COMMENTA EPISTO



R. 3.

Henricus Bebelius Justingensis
Suevus poëta laureatus:
Commentaria epistolarum
anno 1513.

habuit in sua potestate anno 1908
Adamus Grechowicz studiosus
philosophiae C. K. Universitatis
Jagiellonicae Cracoviensis.

Religio mihi non regio, et publica non
Propria curatur, ius colo, non gero vim
Invidys caret, haec pax, non haec subditus noli
Fidere securus, non struo servitium

Religio mihi non regio

Liber Marchi

Feliciani Wagrodzki

BIBLIOTEKA M. HR. BIELINSKICH
1243

Auctor.

Henricus Bebelius Justingensis
Suevus Poeta Laureatus.

Titulus Operis:

Commentaria Epistolarum conficiendarum contra epistolandi modos Pontii et aliorum. Contra Epistolas Caroli. Commentaria de Abusione Linguae Latinae apud Germanos, et de proprietate ejusdem Vocabularium optimarum dictionum. Annotationes et lima in Mammetractum. Annotationes pro Lingua Latina. De Magistratibus Romanorum cum expositione Terminorum. De nominibus artificum. De nominibus Morborum corporis humani Graecis et Latinis. De Falsa Etymologia nominum Propriorum maxime Sanctorum. De Pagis Suevorum et Neccaro flumine. Apologia cum Commentariis. Retractatio ejusdem. Instructio bene scribendi. De nominibus Officiorum apud Principes. De accentibus Hebraicarum dictionum.

Argentinae
apud Schurerium
1513.

Dedicatio: Ad Udalricum Principem Virtembergensem [illegible]ensem Ducem.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
14160
495 A 1970

tiſcaris, id mihi perſuadēs, te preces meas minime irritas fieri paſſurum. Tu igitur modis omnibus enitere, vt cōtubernio tuo fruamur, hoc pro certo habens, te nō mei tantū, ſed oīm ſimul Macedonū eruditorē fore. Nam qui Macedoniæ regē erudit, atq; ad virtutē imbuit, eum & ſubditos quoſq; inſtruere ad fortitudinē, & probitatē certū eſt. Nā cuiuſmodi fuerit dux, tales vt plurimū ſubditos fieri neceſſe eſt. Hæc ille. Vide & quanti Alexāder ille terraꝝ domitor, literas fecerit, qui ſcripſit Ariſtoteli philoſopho, ſe malle ſcientia & doctrina alios anteire, q̄ꝫ diuitijs. Nec falſus eſt, & deceptus, per ſapientiā enī reges regnant, vt ſapiētiſſimus Hebræoꝝ Salomon teſtis eſt, qui &. iij. Prouer. dicit. Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia, & ſciētia, melior eſt enim acquiſitio eius negociatione auri & argenti, primi & puriſſimi fructus eius, precioſior eſt cūctis opibus ſapientia, & omnia quæ deſiderāt, nō poſſunt huic cōparari, longitudo dierū in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. viæ eius pulchræ, & oēs ſemitæ pacificæ. At quid te externis obtundam exēplis? cū domeſticis abūdare poſſim. Pone ante oculos Eberhardū ſeniorē, Vuirtenbergēſis ducatus primū auctorē, & Theccenſis inſtauratorē, tuum nō ſolum neceſſariū, ſed patrē, ſed educatorē indulgentiſſimū. Vide quantū ſcientiā, & ſcientiarum cultores obſeruauerit, vide quantū cōſecutus ſit, id ſcilicet, vt nullus præſtantior, neq; foris, neq; domi, nec ſapientior in tota Germania princeps iudicatus, & p cōfeſſo ab oībus habit⁹ ſit. Cui⁹ laudib⁹ enarrādis, ſi Homerus adeſſet (vt verbis vtar Hieronymi) vel ſuccūberet, vel inuideret. Eius nāq; virtutes adeo inter ſe certare exiſtimant, vt quā cui pręferas, ſit difficillimū ferre ſententiā, adeoq; oīb⁹ ſunt exploratę, vt ſi qd egregiū ſi quid magnificū, ſi qd principe dignū, optimates Germanię meminiſſe volūt, ex illius reb⁹ bene geſtis, acute dictis, prudēter excogitatis, exēplū adducant. Illū igit potiſſimū æmulare, eiuſq; maximas virtutes effinge, q te iure hæreditario ſucceſſorē, nō liberaliter mō educauit, ſed & ſupra oēs mortales dilexit, & q̄d mai⁹ eſt amauit plurimū. Vidēs ī te eas eſſe ingenij dotes, & iuuenilē anī vigorē, & tāta futurę virtutis argumēta eāq; formę & pulchritudinis veneratione (gratior nāq; ē pulchro veniēs e corpe virt⁹) vt ſi bona anī et corpis tibi a natura

liberaliſſime adminiſtrata, ſequi, nō deſerere velis, futurū aliqñ, vt non ſuas tantū incredibiles, eaſdēq; imortales virtutes ſis ſuperaturus, ſed & cū omni antiquitate, de omni genere virtutis cōtēdere poſſis q; glorioſiſſime. Quod vt tibi cōtingat, ſtudeas ſapiētiæ quæſo optime princeps, & bonis literis præſertim in tenerioribus annis, quarū fructus a me ſuperius cōmemoratus eſt. Q; & ſi nullā aliā vtilitatē haberent literæ in principibus, hæc eſſet vel maxima, quā Demetrius Phalereus expreſſit ad Ptolemęum regē, vbi monebat, vt crebro libros lectitaret. Quoniā quæ amici nō audent principibus demōſtrare, ea omnia in libris ſcripta reperiunt. Nam nemo ex aulicis eſt, qui & ſi videt principē perturbato animo qñq; facere quæ ſunt cōtra decorū & honeſtatē, audeat tñ eundem vel caſtigare, vel quod lenius eſt, admonere erroris, indignationē enim timet. Et cū omnia blanditijs & applauſu ſic agant, fit (cū nemo vnus per ſeipm omnibus rebus vel modeſte, vel prudēter agendis ſufficiat) vt ſępe maximi reges & principes in ſummā præcipitent calamitatē, florētiſſimaq; regna vnius temeritate euertant, & ſæpius ſint euerſa. At quid ego infimę ſortis homo te pluribus demorer? & tuas pientiſſimas obtundam aures longa oratione? cū tecū habeas plures viros, in oī genere virtutū & ſcientiarū præſtantiſſimos, quoꝝ ductu & auſpicijs nihil ages, quod te feciſſe pœniteat. Ego aūt, q̄d noſtri inſtituti eſt, tibi, & nomini tuo glorioſiſſimo nūcupatim hoc opuſculū dedico. Sub tuo igitur patrocinio, & tutela protegas hoc mancipium tibi deditiſſimū, & cum per ocium licuerit, legas, & relegas, inuenies enim quæ tibi placitura ſpero, & quæ minime ſunt principi dehoneſtamēto. Q; tametſi nō dubitem princeps optime, futuros nōnullos, qui intemperanter mihi inſultabūt, inquientes, Pluribus verbis ſapientiā prędicaſti, at nihil affers de ſapiētia, ſed de ſcribendis literis, & linguæ latinæ vera obſeruatione, quæ nihil ad ſapientiam faciunt. Quibus facile reſpondendū eſt, neminē poſſe aſcēdere vno momēto & gradu per ſcalam ab imo ad ſummum, ſed gradatim & p ſingulos gradus eundo. ſic neminē ad ſapiētiā niſi p multos gradus, & multas variarū rerū exercitationes, aſpirare poſſe certiſſimū eſt. Nec credas te principe indignū hoc paruū de cōdendis epiſtolis rudimentū, atq; de abuſione

linguæ latinę cõmentariola. Aristoteles enim rem se gratam facere arbitratus est Alexãdro, cũ esset in tua ætate, vel paulo prouectiori, cũ paruũ in primis libellũ de cõponendis oratio-nib⁹ illi dedicauerit, & Alexãder magni muneris loco duxit, & dignissimũ in quo principis ingeniũ desudaret, iudicauit. Alexander ille inquã magnus Macedoniæ rex, qui (vt scribit Plutarchus) cũ audisset Anaxarchũ de infinitate mundo-rũ dis serentẽ, fleuit, amicisq; rogãtibus, quidnã fleret, an nõ inquit, dignũ est flere? si cũ infiniti sint mundi, domini vnius vix fa-cti fuerimus. Nihil igitur alienũ a veterũ instituto fecisse mihi persuadeo, cũ & Iulius Pollux de rerũ vocabulis librũ, Cõmo do Imperatori Romano dedicare non erubuerit. Accipe igit̃ princeps, & columen Sueuorũ, fausto numine famuli tui de-ditissimi munusculũ, quod quanto breuius, tanto acceptius est. Q2 si tibi hæc placuisse intellexero, dabis mihi stimulũ ad edenda maiora. Vale, & cõmendatum me habe. Ex Tubinga quarto Idus Iulias. M.CCCCC.

AD LECTOREM HENRICVS BEBELIVS POETA LAVREATVS.

Ore Romano cupidus profari
Verba, vitando triuiale murmur
Barbarę gentis, studiose lector
Huc aditabis.
Instruam te te latia loquela
Condere hic chartas nimium decentes.
Arguam quosdam vetulos, docentes
Barbara lexim.

SAPPHICON EIVSDEM AD EVNDEM PRIN-cipem Vdalricum Vuirtenbergensem ducem.

Sueuiæ princeps, columen, vel vna
Spes Vdalrice, & facilis patrone
Omnium qui sunt studio vigentes,
Ingenioq;.
In tuas c̃uis mea musa laudes
Torpeat princeps, faciat parum ve,

Mens tamen gestit cecinisse dulcis
Carmina Sapphus.
Dedicent grandes alij cothurnos,
Arma vel Martis tumidi vomentes,
Turbidis pulsent animisq; Phœbum
Magna professi.
Thure nos paruo, tenero litamus
Flosculo ætatis, teneræ iuuentæ
Principi austeras capiet Camœnas
Serior annus.
Lacte perfusum Cytherea vultum,
Sanguine & rubro, tibi dat benigne,
Vt solet pulchris, simul & pudicis
Sæpe puellis.
Vt tibi missa feritate, tigris
Luderet coram cupiens amare,
In tuum & tristes traheres fauorem
Ipse nouercas.
Pulchrior virtus nitido refulget
Corpore, a nullo peritura fato,
Qua magis cunctos venies per annos
Conspiciendus.
Diligis multum Cecropis Mineruæ
Dona, virtutis studio retentus,
Diceris vates colere, & fouere
Castra sororum.
Fronte quapropter nitida capessas
Ingenij nostri vigiles labores.
Qui iubet crassum posuisse linguæ
Murmur ineptæ.
Qui iubent Sueuos triuij magistros
Ore Romano didicisse fari,
Edere & docte Ausonio latinas
More loquelas.
Signa laturus medium per hostem
Barbaræ gentis, veluti Camillus,
Comprimam nuper Geticum venusto
Ore labellum.

O mihi quantas docilis iuuenta
Debet, o quantas studiosa habebit
Gratias, q̃ Bebelio magistro
Hæc didicere.

CARMEN HENRICI BEBELII IVSTINGENSIS ad iuuenes, vt tempore iuuentutis discant.

Disce bonas artes iuuenis, suadente Minerua,
Dum non maxillas hispida barba tegat.
Instrue nunc mentem studijs, dũ floreat ætas.
Iam veniet volucri pigra senecta pede.
Ingeniũ rapit hæc feruens, animũq̃ rapacem
Hęc rapit, & formã, & corporis omne decus.
Deturpat nitidos crines, rugasq̃ seniles
Inducit, nobis nil nisi triste ferens.
Candida nonne vides surgũt nunc lilia campi?
Surgit in hamatis nunc rosa pulchra rubis.
Quæ peritura breui bruma torpente rigescunt.
Tempus edax celeri sic pede cuncta vorat.
Nec tibi concessum est, annosi more colubri
Annos, & veterem deposuisse cutem.
Nec tibi cornicis, cerui aut spacioſa vetustas
Est data, nec viues tempora Nestoria.
Sed tua vita cito transit, ceu lilia campi,
Nec quæ præterijt hora redire potest.
Ergo frequẽs discas sophiæ pulcherrima dona,
Ex his post cineres candida fama venit.
Singula nam pereũt vulgus quæ ducit opima,
Et color, & facies, forma, decore nitens.
Diuitiæ, vestes, Phrygijs innixa columnis
Atria transibunt, durat in orbe nihil.
Sola mori spernunt musarũ & dona Mineruæ,
Atq̃ his post tumulum gloria maior erit.

VIGINTIQVATTVOR LITERAE GRAECORVM.

a		b		g		d		e		z	
Α	α	Β	β	Γ	γ	Δ	δ	Ε	ε	Ζ	ζ
i longũ		th		i breue		k		l		m	n
Η	η	Θ	θ	Ι	ι	Κ	κ	Λ	λ	Μ	μ
x		o breue		p		r		s		t	
Ξ	ξ	Ο	ο	Π	π	Ρ	ρ	Σ	σ	Τ	τ
y		ph		ch		ps		o longum.			
Υ	υ	Φ	φ	Χ	χ	Ψ	ψ	Ω	ω		

SEX DIPHTHONGI GRAECAE.

æ	au	eu	i vel e	i vel œ	u
αι	αυ	ευ	ει	οι	ου

IN GRAMMATICAM BEBELIANAM Decathostichon Thomæ Aucuparij Argentinensis.

Ingenij teneris meliora infundere venis
Dogmata grammatices, tempora nostra fauent.
Eloquij & rudimenta aliter præbere iuuentæ,
Q̃ nostri pueros instituere patres.
Munere chalcographo librorum copia tanta
Dum data sit, decet hos nobiliora sequi.
Romanos linguæ priscos assumere honores,
Vt scopulos fugere & barbara cuncta maris.
Scripta imitanda igitur pueris, vel quæ fugienda
Sunt, hæc Bebelij grammata culta docent.

VM HOMO AD HOMINIS VTILITATEM
natus sit, vt Stoicis placet, & ortus nostri partē vendicet
patria & amici, misertus sum quorundā scholasticorum
qui per auia, & indoctorū nemora aberrantes, recti itine-
ris ducē non inuenerūt, illis ego venio auxiliū pro virili parte mea la-
turus. Legimus em̄ nuper quosdam modos (vt ipi dicunt) epistolandi
Pauli Leschern̄, Ioannis Boridæ, Pontn̄ cuiusdā, & Mennelln̄, a quor̄
doctrina adeo abhorreo, vt nihil magis existimē adolescentibus no-
cere, quā horum p̄ceptiones, cū maxime inhęrere soleant, & pene inde
libilia esse q̄ in tenera ętate discūtur, propter animor̄ mollicie profun
de insita. Iuxta illud Horatn̄. Quo semel est ibuta recēs seruabit odorē
Testa diu. Vnde sctūs Hiero. in epistō. ad Demetriadē virginem. Ipsa
quoq; literar̄ studia teneris melius inserūtur ingenijs, idq; penitus ihę
rere solet sensibus, q̄d prius federit in mēte. Et optimi sunt ad institutio-
nem morū primi quiq; anni. Facilius est em̄ rectam viā ignorantibus
demōstrare. q̄ reuocare ab errore iam lapsos, vt Quintiliano placet.

Tradunt nostri germani magna cōmentaria, & aniles alucinatio-
nes, de cōponendis epistolis, non credo latinis, sed barbaris penitus &
gotthicis, p̄cipiunt ante omia ne maiores nobis tibi semus, vt ipsi bar-
bari loquūtur. Item nostrū nomen infra scribemus. Itē ne maiores sa-
lutemus, sed salutis loco captationē beniuolentiæ ponemus. Itē ponūt
quinq; partes epistolę, salutationē, exordiū, narrationem, petitionem
& conclusionē, quæ aliquæ potius sunt orationis partes, quæ omnia
adeo discrepant ab om̄i Romanæ linguæ p̄stantia, vt existimē eidem
nihil magis alienū posse reperiri. Incipiētes taliter. Discreto ac circum-
specto socio Ioanni, vel Rapardo de Bevuinden, vel de Ronstetten,
scholari in Schelcklingen suo socio charissimo, promptitudinē famu-
landi cum om̄i fidelitate. Itē vel filialem dilectionē præmissam. Est em̄
fere semp eorū principiū filialis vel paternalis, vel socialis affectus, de-
syderiū, fauorabilitas, discretio, dilectio. Item certifico te, vel notifico,
vel promulgo, vel insinuo, elucido, clarifico. Item salutes quas papy
rus ferre potest, vel salutes plurimas vna cum sui recōmendatiōe &c.
Et mille cæteros aniles errores, sunt em̄ indigna vocabula q̄ in epistō
lis ponātur, nec quisq; scriptor̄ talibus multū vsus est, de receptis lo-
quor. Vnde hæc habes bone ignorantiæ p̄ceptor: quo auctore hęc
scribis? nam & si haberes auctores tui similes, nōne melius imitando s
duxeris doctos & probatos, q̄ rudes & insipientes, cū Plinius iunior
dicat. Stultissimū esse ad imitandū non optima quęq; proponere, nul
lum tn̄ inuenies om̄o qui aliquid tuo more post se reliquerit, nisi Ca-
rolum quendā, vt opinor Burgundū, cuius epistolæ vndiq; circūfe-

rũtur, velim perpetuo silẽtio vitã transisset, & propter suũ honorẽ nihil ad posteros trãsmisisset, qm̃ tot egregia ingenia seducit & in perpetuũ errorẽ allicit, ut multo melius fuisset nihil scripsisse, q̃ adeo indocte prolabasse. Scripsit em̃ salutatiões plurimas non mõ non mũdas, sed etiã ab omi latinitate descẽdentes. O quot futuros scio qui macerãtibus linguis me inhoneste lacerabũt, vociferãtes, qd conaris floccipẽdere hoiem, cuius vestigia sequi non es dignus? Fateor multo me doctiorẽ fuisse, sed ingeniũ suum nõ contulit ad hoc, vt lectu dignũ posteris relinqueret aliquid, sed iactabundus effudit ea, quę ab omni antiquitate abhorrentia sonant, nescio quid barbarũ & rancidulum.

SAMVEL DE MONTE RVTILO.

Vagatur etiã hinc inde per Germaniã quidam Samuel, ineptiarum plenus, multos barbarismos seminans, nihil docens, præter incultos rhythmos (quos dicimus) facere, & reliquas latinę linguæ calamitates, a quibus precor caueas tanq̃ ab aspidũ venenis. Salutes vt dicit Martinus Phileticus, numero multitudinis non reperitur apud veteres. Illa autem vocabula socialis, paternalis, filialis, fauorabilitas, discretio, promulgare, certificare, insinuare, & cætera similia, apud alicuius probati & docti auctoris epistolas (quod ego sciam) reperire non potui, vel si reperitur hoc fit rarissime, apud te autem semper & vbiq̃, nisi promulgare in eo significatu, vt infra dicam, Item & insinuare.

OFFICIVM EPISTOLAE.

¶ Epistolare officiũ est, vt M. Tullius ad Curionẽ testat, ut certiores faciamus absentes, si qd esset qd eos scire aut nr̃a, aut ipsoꝝ interest. Qd etiã optime expressit stũs Ambrosius in epl̃a ad Sabinũ. Inter ludamus (inquiens) epistolis, quaꝝ eiusmodi vsus est, vt disiuncti locorũ interuallis, affectu adhęreamus, in qbus inter absentes imago refulget præsentiæ, & collocutio scripta separatos copulat. In qbus etiã cum amico miscemus animũ, & mentẽ ei nostrã infundimus, quod & diuus Hieron y. graphice dicit. Turpilius Comicus tractans de vicissitudine literarũ, sola inquit, res est quæ homines absentes, præsentes faciat.

QVALIS STILVS DEBEAT ESSE IN EPISTOLIS.

Cõpositurus igitur epistolas nõ alto stilo vtat, nec inusitatis vel nouis verbis & orõnibus, sed latinis & puris, & vt Ambrosius dicit, placet q̃tidiano & familiari sermõe epistolas texere. Sic & Seneca q̃lis (inquit) sermo meus esset, si vna sederemus, aut vna ambularem? illaboratus & facilis, tales volo esse epistolas meas, q̃ nihil habeant accersitũ nec fictũ. Plinius iunior, pressus sermo, purusq̃ ex epistolis petitur. Et Iulius Cæsar de analogia. Habe semp in memoria, atq̃ pectore vttan q̃ scopulum, sic fugias inauditũ, atq̃ insolens verbũ. Et Quintilianus

in.i.institu. Abolita atq; abrogata retinere insolētiæ cuiusdam est, & frivolæ in paruis iactantiæ. Sintq; epistolæ breues, iuxta Symachū, piget in epistolis esse prolixū, nisi materia scribēda non possit breuibus scribi. Cauendum tamen ne nimio breuitatis studio, epistola squalens, & ieiuna, & concisa, ac plane sicca fiat, qualis est Senecæ.

DE PARTIBVS EPISTOLAE AN SINT PONENDAE.

Ponūt nostri germani quinq; partes epistolæ, salutationē, exordiū narratōem, petitionē & conclusionē. Et ad quālibet partem certā verborū & orationū congeriem accumulant, vnde oēs epistolas tuas fabrices, q̄d mihi in primis displicet. Fui em̄ a teneris annis, veterū monumentorū auidus lector, nec inueni quenq; latinū de epistolis cōdendis præcepta, nedū partes aliquas tradidisse. Adde q; petitio, exordiū, narratio non sunt epistolæ partes. Exordiū enim nō nisi in orationibus vsurpari conspicio. Plures etiā sunt epistolæ vbi nihil narramus, nec petimus quicq; sed suademus aliquid, vel dissuademus, vel declaramus nr̄am familiaritatē, hortamur ad virtutes, deterremus a vitijs, & plura alia. Sunt etiā plures epl̄æ vbi tm̄ vel petimus, uel narramus tm̄ &c. Q; si me audire uis, abstinebis a ptibus, & multis p̄ceptis epistolarū, hoc te docebit Quintilianus dicēs. Nemo aūt a me exigat id præceptorū genus, quod est a plærisq; scriptoribus artiū traditū, intellige de orationis cōpositione scribentibus, vt quasi quasdā leges immutabili necessitate conscriptas, studiosis dicendi ferā. Erat em̄ rhetoricæ res prorsus facilis ac parua, si vno breui p̄scripto contineretur. Etidem, nam in oīmibus fere minus valēt præcepta q; experimēta. & Augu. in iiij. de doctrina Christiana. Ad cōparandam eloquētiam, magis prodest si quis eloquentes audiat & diligenter legat, quā si quis circa artis præcepta sese occupet, & idem. Nam sine p̄ceptis rhetoricis nouimus plures eloquentiores plurimis qui illa didicerunt, sine lectis vero & auditis, eloquētium disputationibus vel dictionibus, neminē. Et Seneca episto. vi. ad Lucillum. Longum est iter per præcepta, ac infirmū, breue autem & efficax per exempla. Ex quibus omnibus liquido patet, non esse īmorandū præceptis, sed potius elegantijs, iam autē necessariū est scribere de epistolis, vt inueterati apud nos errores tollātur, quia malum nō nisi cognitū caueri pōt, ita alioq; error cogit nos dare p̄cepta.

Si cupis igitur elegantes epistolas scribere, nō ad illorū modos epistolandi recurras, qui nō docent latinitatem, verū hanc aperto marte impugnāt, sed ad epl̄as Ciceronis, & reliquorū monumēta, q̄s noīaui in opusculo illo q̄d inscribit. Qui auctores legendi sint nouicijs ad cōparandā eloquentiā. hic igitur mod⁹ est, hęc ars cōponendarū epl̄arū vt sis latinus. q̄d si fueris, scribas q̄quid in buccā (vt dicitur) venerit,

quod ad tuū propositum idoneū iudicaueris. Q; si non poteris confi cere epistolas, nisi per quendā ordinem, et vt ita loquar, manuductiō nē, taliter habeas rem & ꝓcedas, primo pone causam, salutatiōe semp præcedēte. Vbi narrabis quid te moueat, vel quare sis cōpulsus ad scri bendum. Secundo voluntatē pone principalem, vbi declarabis quid velis, quid postules, & quid in summa sit vt scribas. Tandem conclu das, si fecerit secūdum voluntatē tuam, velis compensare, & similia.

QVALES DEBEANT ESSE ORATIONES IN epistolis scribendis, vel in orationibus alijs.

Scripturo epistolas in primis obseruare suaserim varietatē, & ora tionū, & verbo;, nec si quā nactus fueris elegantiam (vt quidā facere soliti sunt) eam vbiq; inseras, nec si aliquod verbū placet, velis oībus locis hoc verbū infulcire, mutatione em̄ vt dicit Quinti. recreabimur, sicut in cibis, quorū diuersitate reficitur stomachus, & pluribus mino ri fastidio alitur, vt em̄ campus varietate florum cōmendatur, ita epla verbo;. Nec rosa quantūuis pulchra, si passim in oībus pratis sola cresceret, admiratiōnē & recreationem sed contemptū pareret, sic vna elegantia oībus inserta locis, fastidio erit non mediocri. Alterum est æque fugiendū, ne tortuosas faciamus sniās, vt nulla sit cohęrētia ora tionū, vt quorūdam mos est, qui vndiq; ex probatis auctoribus ele gantiolas eripiūt, & in vnū coaceruant, sine vllo ordine, et sine omni verbo; cohærentia, q̄d in primis dānandum est. Hi & in primis pec cant, & ostentāt se latinitatis imperitos, qui longas faciūt verbo; stru cturas, multa interponētes inter suppositū principale, & eius appositū quo magis inuolutas, obscurasq; possint cōficere locutiones, credētes ex hoc eruditionis sibi famā aucupari, cū longe secus eueniat, ab oībus em̄ in puerili iactantia & stulticia, glorioſi debent existimari, nam non intelligi vel maximū vitium est, vt hæc & alia tradidi pulchre in libello, Qui auctores legendi sint ad comparandā eloquentiam. Illud etiā animaduertendū, vt nō minor cura habeatur ad pondus sniaꝝ, & rerū dignitatem, q̄; ad electa verba, neutrum em̄ sine altero vitio ca ret, composite em̄ & apte dicere sine sententijs, insania est. Et vt Cicero de Oratore dicit, quid est tam furiosum, q̄; uerbo; uel optimo;, atq; ornatissimo; sonitus inanis, nulla subiecta snia neq; scientia, iacet em̄ (teste Hieronymo ad Paulinū) oratio in qua tm̄ verba laudātur, sen tentioſe vero dicere sine verbo; ordine & elegantia, infantia est cen senda, &c. Illud etiā cauēdum in epistolis & orōnibus, ne poetarum more, crebro dictiōibus propria epitheta, hoc ē adiectiua adiūgamus nisi necessitas orationis exigat, quemadmodū facere solet Carolus in epistolis, & nuper quidā alijs, qui inter cætera scripsit, Nocteſcūt oculi

tenebris calliginis atræ, in soluta oratione, contra quẽ ita scripsi, si legisses Quintilianũ, non ita scripsisses, qui dicit. Epitheto poetæ & frequentius, & liberius. vtuntur, apud oratorem nisi aliquid efficitur redundat. Tum aũt efficitur, si sine illo quod dicitur minus est, hæcille. Cauendũ etiam ne per multas circũlocutiones scribamus epłas, quæ obscurantes orõnes, fidem & gratiã amittunt. Longasq; transsumptiões vocabulorũ, & orationũ in primis vitabimus, dicẽte Quintiliano, optimeq; demonstrat Cice. Cauendũ ne sit deformis translatio, qualis est, castratã aphricani morte remp. q̃d expressi in alio opere his verbis. Sũt itaq; epłæ Caroli a puerorũ lectione sequestrãdæ, nullo em̃ rerũ pondere innixæ, laborãt in nouis inuctionibus, trãssumptõibus, & macrologia, reliquisq; supuacaneę orõnis illecebris, quę oia cauenda sunt in epłis scribendis. Q; si quis iniquus rerũ iudex me taxare conatus fuerit, q; ego antea abstinendũ suaserim a præceptis epistolaribus, & iam ipse dem præcepta, Respondeo præter rationem superius datam, me præcepta dare quo ad orationes faciendas, in qualibet re scribenda, non ad epistolas faciendas illo vel alio ordine, illis vel alijs partibus, illis vel alijs vocabulis, vt nostri faciunt latinæ linguæ euersores.

ALIA PRAECEPTA AD ORATIONES latinas necessaria.

Vitanda est eiusdẽ lr̃æ nimia assiduitas, vt illud Ennij. O tite tute tati tibi tanta tyrãne tulisti. Et nuper quidã alius, deus dignas dignetur dare &c. Eiusdẽ quoq; verbi assiduitas nimia fugienda est, vt illud. Nam cuius rationis ratio nõ constat, ei rationi non est ratio fidem adhibere. Item cauenda est vocaliũ crebra concursio siue hiatus, vt vaccæ Aeneæ amœnissime impendebant. Plurimæ quoq; dictiones in s terminatæ non bene conueniũt, vt gignis nobis nouas præceptiones. Item cauẽda sunt similiter cadẽtia, & similiter desinẽtia, & eodẽ modo declinata multa, vt illud Ennij, Mœrẽtes, flentes, lachrymãtes, ac miserãtes, & illud. Fortunatorũ imperatorũ, optimorũq; rectorũ, virtus magis q̃ fortuna laudat. Item eos reduci quã relinqui, temni q; deseri malui. Cauendũ etiã ne ex fine prioris verbi, & sequentis principio deforme nom̃ efficiatur, vt dorica castra. Et ne vltimæ p̃cedentes sint primę sequentis, vt Cicero de suo cõsulatu. O fortunatã natam me cõsule Romam. Consonãtes quoq; quæ sunt asperiores, in iunctura rixãtur, vt Sextus Roscius, ars studiosorũ, error romuli. S. vltimæ cũ x proxima stridor est vastus, aut si post x sequtur s, vt fluuius xãthus, dux Xerxes, nix solita. Et si x sibi ipi occurrat, vt rex Xerxes, dux Xantippus. Monosyllaba si plura sunt, male continuabũtur, vt Terentius. Et cum eo clam tute subduxisti mihi, & Horatius. An ni id sit, pulchra dicit For-

tunatianus libro tertio rhetoricæ artis, & Martianus Cap. lib. v.

NOSTRVM NOMEN DEBEMVS PRAEPONERE EIUS NOMINI AD QUEM SCRIBIMUS.

Illud & oĩbus obſeruandũ venit, vt in capite epiſtolæ, primo nr̃m nomẽ pr̃ponamus eius nomini ad quẽ ſcribemus, etiã ſi homo conditionis humilimæ ad pontificem ſummũ, aut imperatorẽ ſit ſcriptus. Deinde dignitatis, officij, ordinis, mgr̃atus nomẽ ſimul tam nr̃o, q̃ ſuo poſtponat, vt H. Bebelius Iuſtingenſis poeta Maximiliano Romanor̃ impatori ſemp Auguſto, uel Alexan. Sexto ſalutẽ dicit. Item Hartmãnus Eptingen canonicus Baſilienſis Vdalrico duci Vurtẽbergenſi ſalutem. Video tamen hoc non ab oĩbus obſeruatum eſſe.

Ne quenq̃ vnũ in ſcribẽdo alloquamur numero plurali, & vt vulgo dicitur, ne vobiſemus illum ad quem ſcribimus. Omniũ igitur tam græcor̃ & latinorũ, quam hebræor̃ tam gentiliũ, quam Chriſtianorũ conſenſu id approbatũ eſt, vt oẽs cuiuſcũq; conditionis, vel dignitatis hoĩnes ſingulari numero alloquamur, qui aliter fecerit, ſciat ſe non ſolũ contra oĩm maiorũ, quos tamẽ honeſtiſſimũ eſt ſequi, conſuetudinem feciſſe, ſed etiam barbariſſime ſe locutũ et non latine, cum Donatus in libello de figuris apertiſſime dicat ſolœciſſimum eſſe. Et Quintilianus in pri. inſtitu. dicat idem eſſe vitiũ, ſi vnum quis ad ſe vocans dicat, venite, aut ſi plures dimittens ita loquatur, abi aut diſcede. Quid igitur eſt, cur tantopere præceptor modor̃ epiſtolandi in tua peruicacia perſiſtas, cum te videas non ſolũ contra religioſæ antiquitatis morẽ facere, ſed etiam oĩno latinitatẽ declinare. Nonne & ſummum principem ſic alloquimur? nemo emi ſanæ mentis ſic dicit. Pater noſter qui eſtis in cœlis, vel date nobis panem quotidianũ, ſed qui es, da nobis. Deſiſte igit̃ ab errore, & ſequere bona &c. Adde ad hæc oĩa q̃ non cõgrue, nec latine dicimus, nos Alexãder vel nos Eberhardus dei gratia &c. vel, O dñe Abbas rogo vos, vel eſtote memor mei, uel in ſiſibus orationibus, nos emi pluralis nũeri, & Alexan. ſingularis, nõ congruũt in vnam conſtructionẽ. Item eſtote & memor, & dñe ſimiliter & vos, oĩmes ſunt igitur illæ orõnes barbaræ, nec quiſq̃ veter̃ ſic locutus eſt, nec poſſunt ſaluari vlla regula, vel latina obſeruatiõe. Statim aũt obijcietis mihi illud Terentij in eunucho. Neſcio qd profecto abſẽte nobis turbatũ eſt domi. Abſente emi & nobis nunq̃ congruũt, nec ſimul conſtruũtur, imo abſente exponitur, teſte etiã Donato grãmatico nõ inter poſtremiſſimos habendo, abſente dico me pythia & nobis mihi & amicis meis, uel Archaiſmos eſt q̃ nobis non permittit. Et vbi Virg. in ix. dicit. Vos o calliope pr̃cor aſpirate canenti, dicit Seruius ſyllepſis eſt, quę ponit numerũ pro numero, vel caſum pro caſu,

quæ figura sine exẽplo a nobis fieri non debet. Si vis igitur vnũ alloqui in plurali nũero & cõgrue, vt aliqui volunt, dicas patres estote memores mei, vel valete sani, sicut Cicero, populo ipsi fuimus & oratores visi sumus cum de se tm̃ loqueretur, vt aũt sic vnum aliũ alloquamur, non est lectum vt existimo, ad vnum em̃ loquendo, estote memores mei, est incõgrua, non quo ad verba, sed quo ad rem, q̃d æque vitiat latinitatem, sed q̃ quis de se loquitur pluraliter non ad alium, non est maior ratio, quam q̃ in vna auctoritas adest, in altera cessat.

AD OMNES HOMINES SCRIBENS DIC S. D.

In oĩbus igitur epistolis tuis ad quoscunq; scribas sit hoc initium: Salutẽ dicit, vel. S. D. P. non aliter nisi more græco, qui dicũt bene agere, vt in epistolis Platonis intueri licet, vel fœlicitatẽ, ut Cratetis Cynici epistolæ ostendũt. Q; aũt maiores nobis non salutemus, vnde habẽt hoc præceptores ignorantiæ: a nullo auctore probato, quoniã oĩes, vt nos præcepimus scribunt, sed ab imperitis linguæ latinæ hostibus, quid em̃ salutatio nisi salutis optio? quis aũt est in hac rerũ humanarũ imbecillitate tam de se confidẽs, tam desperatus, vt nõ optet saluteme nec quicq; est quod magis optandum sit salute, omnibus vel ditissimis vel potentissimis, vel cuiuscunq; alterius conditionis. Cum omnia nostra opera deuotionis, vt nostri loquuntur, ad hoc pergant, vt salutẽ consequi possimus. Scribas igitur. Salutem dicit, vel S. P. D. & non appendas stulticiã tuam, vna cum sui recõmendatione, vel cum fidelitate seruiẽdi, q̃d nullus vnquã latinorũ fecit, oẽs em̃ poetæ & oratores, simul & philosophi scribũt. Salutẽ dicit &c. Itẽ & Chr̃iani doctores, vt S. Paulus Senecæ scribit, Paulus Senecæ salutẽ, si mõ epl̃æ non mẽtiuntur auctorẽ. Et Hieronymus Damaso, Pamachio, Theophilo S. dicit. Itẽ Augustin⁹ scribit Volusiano, Marcellino, Hieronymo &c. S. D. Itẽ Ambrosius Simpliciano, Horontiano. S. D. vel etiã alĩs &c. Iam & si aliquẽ indoctũ aliter scripsisse constaret, insequere doctiores.

DE TITVLIS.

Scribas igitur Theophilus Bevuindẽsis poeta, studioso & multarũ artiũ perito, Ioãni. N. scholastico in Tubinga. S. D. Similiter ingenuo industrio, vel ingenioso, celebri, vel integro &c. Et fuge in epl̃is epitheta sequentia, discreto, cõtemplatiuo, deifico, illuminato, scientifico, subtili, abili, refulgenti, authentico, disciplinato, & multa alia quæ inuenies contra Pontium de statibus, nemo enim doctorum hominũ sic scribere cõsueuit. Caue etiam ne lasciuis, & quasi calamistratis & picturatis inscriptionibus animi leuitatem indicantibus, vtare, vt sunt illa, purpureis literarum floscul̃is, gemmisq; decorato, floribus eloquentiæ purpurato, nitido scientiæ cingulo insignito, septem artium lampa-

de refulgenti. Sed qui tituli cuilibet conueniant infra signabo.

AD SVMMVM PONTIFICEM.

Hæc epitheta seu tituli, summo põtifici conueniunt. Sanctissimus, beatissimus, clementissimus, pientissimus, misericordissimus, benignissimus, venerabilis, quo epitheto singulariter & crebro vtitur antiquitas ad summos pontifices, vt Sanctissimo Christiani gregis moderatori Pio secundo pontifici maximo.

AD PATRIARCHAM CARDINALEM, ARchiepiscopum, Episcopum & Abbates.

Pater integerrim, usc̃imoniæ plenissimus, sapientissimus, grauissimus, in partẽ dominici gregis ascitus, amplissimus, venerabilis, venerandissimus, reuerẽdissimus, beneficẽtissimus, innocẽtissimus, illustris patriarcha, spectabilis episcopus, vel Abbas dicemus secundũ legu leios. Exemplum de patriarcha, vt Hermolao Barbaro Aquilegiensi patriarchæ obseruãdissimo, patri non minus pientissimo quã venerando. Archiepiscopo. Item Bertholdo Mogũtinæ ecclesiæ archiprę suli, episcopo⁊ præfecto dignissimo. Episcopo, vt Ottoni episcopo Constantiensi, & ecclesiasticorum militum duci vigilantissimo. Item innocentissimo patri Ioanni Tritemio Abbati Spanheimẽsi, tam obseruãdissimo quã doctissimo. Præponitur etiã nunc Abbati Reuerendo in Christo patri, & superioribus. Reuerendissimo in Christo patri, quod apud veteres non legitur. Inuenio insuper in antiquis libris sanctorum patrum reuerentissimus per t non reuerendissimus.

AD SACERDOTES ET CAETEROS RELIGIOSOS.

Incorruptissimo talis eccl'iæ canonico, religiosissimo uiro, venerãdo, deuotissimo Chri fratri &c. Studiosissimo religiõis presbytero, sacrę militiæ cõstantissimo militi, patri optio, diuinis deditissimo, diuinę gratiæ religioso, summæ integritatis sacerdoti, probatissimo diuinorum operatori.

AD CAESAREM.

Diuo Cæsari, faustissimo Romano⁊ impatori sp Augusto, sacratissimo, inuictissimo, Christianissimo, gloriosissimo, felicissimo, Christiano⁊ regi Augustissimo Maximilano. Serenissimus aũt ꝙ attribuatur Impatori vel alijs principibus, ego apud idoneos nunc̃⁊ legi, quis em̃ vnquã scripsit serenus hõ, nedũ serenissimus, sed bñ dicimus serenus aer, serena mẽs dicit Seneca, serena fronte hoc legas, seren⁹ est Petrus, uel Henricus, nunquã legimus, quare minus receptũ est in hoc significatu. Legi insup Suetoniũ, Plinium, Cornelĩ Tacitum, & Aureliũ Victorem de Impatoribus, nunc̃⁊ tamen inueni quenc̃⁊ Cæsarẽ serenũ, nec sereniss'imũ ab illis vocitatum. Legi paulo recentiores. Latinum pacatũ Mamertinũ. Nazarium in suis Panegyricis, et ad Cęsares

orationes, alioſq; ad Conſtantinū, Diocletianum, & ad alios Cęſares Panegyricos, nunq; inueni ſereniſſime Impator, ſed crebro ſacer, vel inuicte, Sacratiſſime, Beatiſſime, Sanctiſſime. Legi itē Spartianū, Capitolinum, Lampridiū, Vulcatium, Trebellīū, Vopiſcum, Eutropiū, qui oēs de Cæſaribus ſcribunt, nec quiſquā dicit Cæſar ſereniſſime. At in Codice Iuſtiniani tum demū, qui mihi nō eſt auctor latinitatis legi. Legi item apud Petrarchā & Boccatium, a quibus eruditionē, non linguæ puritatē exigo. Item apud Aeneā Siluium, plus facundū quā elegantem & caſtæ latinitatis obſeruatorem. Legi poſtremo apud Philelphum Franciſcū, Bernartum, Iuſtinianum, non in oībus imitandos. Inueni aūt in epiſtolis Quinti Curtī, ſed ex diſcrepantia ſtili, temporū, rerum & noīm quæ epiſtolis inſerūtur, non credo eum auctorem eſſe ſed potius mētitum & adulteratum titulū, quo vendibilior liber eſſet. Quæ aūt propria ſint epitheta Imperatorū & Cæſarum, facile colligemus ex epiſtolis diui Ambroſij, qui ita ſcribit, quē tu imitaberis. Beatiſſimo principi & clementiſſimo Imperatori Valentiniano. Auguſtiſſimo imperatori Theodoſio, Beatiſſimo Auguſto Gratiano & Chriſtianiſſimo principi & ſimilia, & Mamertinus ad Iulianū. Sanctiſſime imperator, & Nazarius dicit beatiſſimorū Cæſarum, & Ambroſius alibi ad Gratianum. Sancte imperator dicit. Eſt autem propriū epitheton imperatori beatiſſimus & Chriſtianiſſimus, apud quos maior cura & ſolicitudo reipublicæ Chriſtianæ verſatur. Nec credas peculiariter regibus Francorū attributū titulum Chriſtianiſſimus, quorū Pipinus, Carolus magnus, & reliqui eius ſucceſſores, q hoc nomē meruerūt, fuerunt etiā imperatores, non reges tm Francorū, immo germani imperio, et origine fuerūt, & cum hoc poſſederūt Franciā. Solis igitur imperatoribus hoc nomē conuenit. Et primo tributū imperatoribus Carolo magno & eius poſteris, ante oēs tī Pipino germano qui fuit pater Caroli, et regno Franciæ rex datus, quorū proſapia multos ante annos defecit, quod tam & ſi hodie floreret in Francia, virtutes tī & vitia non naſcūtur in nobis, ſed bonis, vel malis opibus nos vel cōmendant, vel obſcurāt, quin potius vt dicitur, caret plærūq; ſucceſſoribus virtus, & cum bonis alīs caueri teſtamento poſſit, virtus in hereditatis appellationem minime concedit. Sed quid plura? nouit totus mundus quam male Chriſtianiſſimus, vel potius Chriſtianus fuerit rex nuperrimus Carolus, in quem hoc epigramma legitur.

Carole maiorum ſequeris veſtigia prudens
Cunq; etiam pennis ipſe volare ſcias.
Nam tu multinubas male Chriſtatiſſimus ales
Gallinas ſtuprans, iure vocandus ades.

Sed qui præcessit te Christianissimus ales
Carolus, hic Iouis est, tu stygijq; dei.

AD REGEM VEL ALIVM PRINCIPEM.

Illustrissimo, fœlicissimo, eminentissimo, fortissimo, mansuetissimo regi, vel duci, vel principi &c. heroicarum virtutum cantatissimo cultori, magnifico, inuicto.

AD COMITES ET BARONES QVOS VOCANT.

Generoso, nobili, inclyto, excellẽti, magnanimo, æquissimo &c.

AD DECVRIONES HOC EST EQVITES AVRATOS, & reliquos nobilitatis & equestris ordinis viros.

Equestris ordinis viro excellenti. Strenuo decurioni militiæ, viro militiæ studiosissimo, nobilitaris ordinis p̃stantissimo, forti bellatori, nobili forti, magnanimo &c. Hos & clarissimos poteris appellare, nostri peculiariter equites istos auratos appellãt, & decorant nomine strenuus, cum quilibet rusticus esse possit strenuus, simplici autẽ n scribitur cuius contrarium est iners, hoc est vigilans & ad res gerendas promptus fortis & laborioſus, vt Columella libro viij. rerum rustica. Magister pecoris, acer, durus, strenuus laboris patientissimus, alacer atq; audax esse debet. Sallustius de militibus. Nam vt quisq; strenuus ceciderat in bello. Et Quintus Curtius in sexto. de Parmenione duce Alexandri, Acer consilio, manu strenuus, charus principibus.

AD SENATORES.

Iustissimo senatori, prudẽtissimo, viro cõsulari, p̃claro senatus patri, spectabili, sapienti, seuero, præstanti, integerrimo, ornatissimo.

AD MERCATORES CIVES ET ALIOS PLEBEIOS.

Industrio & diligenti mercatori, mercaturæ studiosissimo. Ciui optimo, probo & modesto viro, non abiectæ laudis ciui, studioso, innocentiæ & integritatis viro. Diligenti artifici, Bono opifici, Ingenioso fabro, honesto viro, solertissimo, diligentissimo.

AD THEOLOGOS.

Diuinarum literarum interpretes. Sacrarum literarum vel sacræ paginæ vel sacræ theologiæ magistros, professores, doctores eximios & sapientissimos merito appellabimus.

AD IVRISCONSVLTOS.

Legũ interpreti, vtriusq; iuris doctori, ciuilis põtificiq; iurisconsultissimo uiro, vtriusq; cẽsurę doctori, reipub. moderatori, iurisconsultissimo, prudẽtissimo, excellẽtissimo, eximio, integerrimo, p̃spicacissimo.

AD MEDICOS.

Medicinæ doctores, artis medicinæ professores prudentes, expertissimos, solertissimos medicinarũ indagatores, accuratissimos, phy-

ſicos, medicos fideliſſimos appellabimus.

AD PHILOSOPHOS DIALECTICOSQVE.

Sophiæ filio, naturæ exploratori, cauſarꝫ ſpeculatori, ſapiẽtię amatori ſapientiſſimo, modeſtiſſimo, excellentiſſimo, acutiſſimo.

AD MATHEMATICOS.

Immẽſi mundi, ſiderũ & rerũ indagatores dicemus, naturæ mẽſores: ſapiẽtes fati interp̃tes, futuraꝝ rerꝫ cõſcios, occultaꝝ rerũ indagatores accuratiſſimos, ſubtiliſſimos, prudẽtiſſimos, p̃ſpicaciſſimos, diuinos.

AD MVSICOS.

Argutos & iucundos humanæ vocis magiſtros, directores, modulatoreſqꝫ vocaliſſimos appellabimus.

AD POETAS ET ORATORES.

Hos dicemus muſarũ alumnos, lauro inſignes, hedera decoratos, Apollinis ſacerdotes, Phœbi interpretes, hiſtoriæ patres, diuinos poetas, moderatores lyræ, ſacro numine afflatos, ſuauiſſimos, iucundiſſimos, ornatiſſimos, clariſſimos, Oratores eloquentiſſimos, diſertiſſimos, latini eloquij moderatores, pedeſtris orationis ſplendore limatiſſimos. Quoſcunqꝫ autem noueris præſtare in aliqua profeſſione vel ordine, illos clariſſimos vel præſtantiſſimos, eximios vel egregios ſpectatiſſimoſqꝫ poteris appellare.

AD GRAMMATICOS.

Grammaticũ appellabimus reipublicæ literariæ columẽ, latini ſermonis exploratorẽ, literariæ diſciplinæ moderatorẽ, poetarum interpretem, rapſodum copioſiſſimũ, Spectatæ eruditionis virum.

AD SCHOLASTICOS.

Scholaſticos dicemus, literariæ diſciplinæ ſacratos, bonarum literarum ſtudioſos, eruditos, doctos, vigilantiſſimos.

AD FOEMINAS.

Caſtitatis decus, pudiciciæ exemplũ, honeſtatis ſpeculum, pudiciſſimam, caſtiſſimã, integerrimam & honeſtiſſimã matronam & dñam dicemus. Plura de titulis inuenimus apud Mariũ Philelphũ. quicqd autẽ germani de his ſcripſerint, quod ego ſciam oĩno protritũ, & ab omni politioris ſermõis proprietate alieniſſimũ eſt, vt in ſequentibus comperies, quæ diligenter legas, oro & obſecro.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM VDALRICVM Vuirtenbergenſem & Theccenſem ducem, Epiſtola Henrici Bebelij Iuſtingenſis poetæ laureati.

Sup̃ioribus cõmentariolis princeps clariſſime quid in ep̃is cõſcribendis obſeruandũ duxerimus, nõ obſcure intellexiſti, nũc qd vitandũ in eiſdẽ ſit, ſcire uel maxie neceſſariũ putaui. Scripſi igitur cõtra vul

gares quosdã modos (vtipi loquũtur) epl'andi cuiusdã qui se Pontifi-
inscripsit, & aliorũ quorꝝ hallucinatiões adeo vulgatę sunt, & tanto in
precio habitæ apud quosdã germaniæ lr̃atores, ut nõ dubitent quidã
ad illarꝝ exẽplar noua quædã deliramẽta cudere, ut oĩno necessarium
existimẽ illorꝝ errores in mediũ afferre, ne per eos labi plures cõtingat
Induxi itaqꝫ per modũ dialogi Philologũ, qui amatorẽ studiorꝝ desi-
gnat, qm̃ eius maxie interest errores declinare & errãtes in viã rectam
ducere, quod si quis a me querat, cur in tantã descenderim tenuitatẽ, vt
has ineptias & ineptiarꝝ auctores refellendo, velim mihi laudẽ & glo
riã vendicare, cũ sint peritis illorꝝ noĩa vel ignotissima. Respondebo
& ingenue fatebor nun q̃ induci potuisse, vt hos taxarẽ, nisi in dies vi
dere liceret multos, qui hos vel imitẽtur, vel pueris proponere non
erubescãt. Sunt igit̃ auctores illi obscuri fateor, materia aũt quæ cõtra
eos scribit̃, meo iudicio lectu dignissima est, qm̃ innũerabiles hæreses,
vt ita loquar, & errores linguæ latinę & barbarismos refutat, & cauen
dos esse persuadet, nam hæc est vel potissima causa, cur hanc prouin-
ciã assumpserim, vt pĩ & studiosi scholastici abstinendũ esse ab hmõi
barbasculis epistolandi modis exploratũ haberent. At q̃ contradico
scriptoribus interdũ etiam antiquis, si vsquã vt homies errauerint, &
nomina eorũ taxaui, consulto me fecisse credas, nam is sum (vt cum
Platone loquar) qui meorũ nulli parcam, præterq̃ rationi, quę ratio-
cinanti mihi optima videatur, exemplo monitus eorũ qui in arce sci-
entiarũ steterunt, nam & hĩ veri habendi gratia si quid a scriptoribus
perperã dictum fuisset, id corrigere & emẽdare non erubuer̃t, nec vel
amicissimis parcer̃t, dũmodo veritati patrocinarẽtur. Sic Aristoteles
Platonẽ. Seruius Sulpitius, Sceuolam. Hieronymũ. Augustinus. Hie-
ronymus multos, nonne et Demosthenes & Homerus Ciceroni dor
mitare quandoq̃ videntur? quorũ concertatione bonæ artes & illu-
stratæ sunt & creuerunt maxime. Et hoc in primis necessariũ fuit, quo-
niam multi nimia capti credulitate tantũ tribuunt festiuis librorũ titu-
lis, auctorumq̃ vetustati, vt horũ auctoritatem pro ratiõe potissima
sumere non venerãtur, quod ne sæpe contingat glorioſum puto scri
ptorum errores si possumus de medio tollere, hoc ego facer̃ cupiens
scripsi hos labores tibi non omnino indignos, quos sub tui nominis
maiestate & patrocinio emisi, sperans multis profuturos q̃ maxime.
Vale principalis iuuentutis princeps & monarcha.

TETRASTICHON AD EVNDEM.

Aspice nos vultu princeps Vldrice sereno
Gloria Sueuorum, Teutoniciq̃ soli.
Et tibi sit gratum quicquid depinximus ad te

Post hoc maiori tu celebrere lyra.

COMMENTARIA CONTRA MODVM epistolandi Pontij.

Retorica Pontij vel alterius grāmatistæ, qui se hoc noīe inscripsit.

PHILOLOGVS.

Rhetorica scribendum est per rh & t sine aspiratione.

PONTIVS.

Circa modum dictandi.

PHILOLOGVS.

Nescio profecto vnde hæc sartago loquēdi veneritin linguas germanorꝫ, vt oēs fere accipiant dictare pro eo qđ est cōponere, & dictamen materiā, quæ cōpositasit cum tñ longe fallātur. Dictare em̄ est id dicere qđ alius excipiēs notet. Testis Georgius Merula. Domitiꝰ Chalderinus, & quo nemo ex recētioribus latinitatis obseruatior Laurētius Valla. Idem te docet Cicero cum dicit ad Atticum, se illa nō scripsisse, sed reparandi lateris gratia dictasse. Sappho. At mihi Pegasides blandissima carmina dictant. Plinius lib. vij. cap. xxv. loquēs de Iulio Cæsare. Scribere & legere simul dictare solitū accepimus, epistolas vero tantarū rerum quaternas pariter librarijs dictare, aut si nihil aliud ageret septenis, quod si ethnici scriptores vobis sunt ignoti, vos grāmatistæ saltem sequimini vestigia sancti Hieronymi qui apertissime ostendit quid sit dictare lib. v. super explanatione Isaiæ, dictamus hæc non scribimus currente notariorū articulo. Idem super Abdia. Neqꝫ enim ea latinitate & compositione verborꝫ dictamus, ut scribimus aliud est mi Pamachi sępe stilum vertere, & quæ memoria digna sunt scribere, aliud notariorū articulis præparatis pudore reticendi dictare, quodcunqꝫ in buccam venerit. At ex hoc in hūc errorem incidimus, quod reperimus. Ratio dictat, qđ est frequentissimū, quale est illud Plinianū in epistola. O mare o littus cꝫ multa inuenitis cꝫ multa dictatis. Et illud Beotij. Ecce mihi laceræ dictāt scribenda camœnæ. Verū hic manifesta ratio subest, nam camœnæ & littus solitudo tacite nobis suggerūt quod scribamus, ita & ratio loquitur, qđ nos scribendū putamus. Est igitur dictare quasi, vt ita dicā ad pennas legere, & dictamē ipsa lectio, si saltem est in vsu doctorum, quod ego nōdum legi, sed dictata sunt quasi themata & præscripta quæ ludi magistri pueris præbent.

PONTIVS.

Et dicitur epistola ab epi quod est supra, & stolon missio, quasi supra missio, quia epistola supra mittitur memoriæ nunciorum, vnde Græcista, Fitcꝫ stolon tibi missio sic & epistola signat.

PHILOLOGVS.

Certe deliras quisquis sic dixeris, latini em̄ scriptores sic dicunt, epi-

ſtola deſcēdit a medio pacimeno.i.ptō pfecto huius greci ΕΠΙΣΤΕΛΛΩ epiſtello,q̄d ſignificat mitto, mādo, nā amittit vnū l in futuro,& dicit epiſtelo, deinde cū e in penultima futuri mutat in o vocalē dicit epīa.

PONTIVS.

Item nota q̄ quinq̄ ſunt partes dictionis eſſentiales, ſcilicet ſalutatio, exordium, narratio. petitio & concluſio.

PHILOLOGVS.

Quo auctore hęc p̄cepta effundis? ego em̄ q̄d ſolū de me ipſe pfiteor, multa veterū monumēta pellegi uel vidi, nec inueni quenq̄ latinū de epīs cōdendis p̄cepta nedū partes aliquas tradentē, niſi te et tui ſimiles Adde q̄ petitio, exordiū, narratio nō ſunt epiſtolæ ptes. Exordiū em̄ eſt ſolius orōnis, plures etiā ſunt epīę vbi nihil narramus nec petimus quicq̄, ſed ſuademus aliqd vel diſſuademus, vel vbi declaramus noſtrā familiaritatē, hortamur ad virtutes, deterremus a vitijs,& plura alia. Nulla em̄ pars eſſentialis eſt, immo vna harū partiū ſufficit ad epiſtolā. Si cupis igitur eloquētiæ gloria celebrari, nō ad illos modos (vt ipſi dicūt) epiſtolandi te cōferas, qui nō docent latinitatē, ſed huic bellū indixerūt,& contra hanc palā martem cōſerunt, ſed ad epiſtolas Ciceronis, Philelphi,& illorū quos noīaui in opuſculo q̄d inſcribitur Qui auctores legendi ſint nouicijs, q̄d & te Auguſtinus docebit dicens. Ad cōparandam eloquentiā magis prodeſt ſi quis eloquētes audiat & diligenter legat, q̄ ſi quis circa artis p̄cepta ſeſe occupet,& vt dicit Seneca, longū eſt iter per p̄cepta ac infirmū, breue aūt & efficax per exempla. Nullus eſt igitur modus, nulla ars cōponendarū epiſtolarū, q̄ vt ſis latinus, q̄d ſi fueris, ſcribas quicquid in buccā venerit & quicquid ad tuū propoſitū idoneū iudicaueris, q̄d ſi error quorundam ſcribentiū modos epiſtolandi neceſſario per quædā documēta extirpādus ſit,& germani ſcholaſtici velint nō niſi per quaſdā doctrinas cōponere epiſtolas, accipiant tres epiſtolarū conditiones nō requiſitas nec eſſentiales, ſed quaſi manuductiones quaſdā (ut ita loquar)& ordinē. Primo cauſam, quid moueat eos ad ſcribendū. Secūdo voluntatē principalē (vt dicunt) vbi declarent quid potiſſimū velint ab eo ad quem ſcribunt. Tertio conſequens, vt ſi fecerit quod petieris, te nihil vnq̄ omiſſurū eorū, quæ ſibi cōmodare ſperabis, vel ſimile, quod facile ex ſuperioribus ſcriptis fingere licet. Quod aūt dicis partes eſſentiales & accidentales, miror te tradē modū rhetoricū, cum in vulgatiſſimo orōnis grāmaticę genere verſeris,& a ſolis grāmatiſtis vſurpato. Rhetor em̄ qualem tu inſtituere polliceris, non vtitur his vocabulis eſſentialis & accidentalis, generalis & ſpecialis, principalis & minus principalis, præſertim in hac ſignificatione, ſed grammatiſtæ & dialectici.

PONTIVS.

Item illa diuisio quintumembris scilicet q̄ quinq; sunt partes dictaminis, sic reducitur ad bimembrem, nam omnis pars dictaminis aut est circa affectum, aut non, si primum sic est salutatio &c.

PHILOLOGVS.

Consultius esset me hercle silētio transire has totius libelli ineptias & mōstrosas hallucinatiōes, nisi plures essent apud germanos qui non solū his rebus fidē haberent, sed etiā id alijs censoria & Aristarchi virgula p̄ciperent, nulla est crede mihi ibi dictio quę redoleat vllā rhetoricam. Sed hic p̄ceptor ignorātissime & dedisscere volentibus pessime merite, vbi legisti apud Ciceronē vel Quintilianū, vel aliquē latinum illas reductiōes, & (vt vulgo dicitur) sufficiētias stolidissimas: quod te dij perdāt, quid ex media barbaria progressus polluis nobis oēm latinitatem? Illæ em̄ tuæ sufficiētiæ non sunt tradendæ in aliqua facultate nedum in rhetorica, vbi purius & syncerius est loquēdum. Sunt enim vbiq; prorsus inutiles & nuper ab indoctis excogitatæ.

SEQVITVR DE STATIBVS, PONTIVS

Tituli archiepiscopor̄, Patriarcharū, Episcopor̄, Abbatum, Legatorū &c. sunt tales, honorabilis, venerabilis, venerandus, reuerendus.

PHILOLOGVS.

Primū nunc̄ legi apud idoneos statū dici conditionē vel qualitatem eā esse hoīm qua nr̄i germani vtūtur dicentes, ille est in statu secu/lari, vel spirituali, vel in statu clericali, sed ordo apud latinos dicitur, vt ille est equestris ordinis, vel ordo ecclesiasticus, vel ordo senatorū, vel ordo plebeius. Venerabilis aūt epitheton est summor̄ virorum, hoc est Cæsaris, vel sūmi pontificis, vel alior̄ optimatū. Leo Papa in epistola prima suor̄ sermonū, promisisse me memini venerabil' imperator. Cornelius Tacitus, quia Vespasianus venerabilis senex. Ausonius ad Gratianū Cęsarē. Tu Auguste venerabilis districtus maxīo bello. Hieronymus in prologo super Zachariā. Itaq; mi Exuperanti Papa venerabilis. Idem super Abachuch. Alterū mi Chromati papa venerabilis in Abachuch librū scribens. Idem super Ionam. Cęterum non ignoramus Chromati Papa venerabilis. Item cæteris homībus attribuitur sanctitudine, vel longa ætate florentibus. Apuleius de deo Socratis, nempe Pilius orator eloquio comis, experimētis cautus, senecta venerabilis &c. Et præsertim mulieribus multa vitæ & ætatis honestate & regia dignitate pollentib⁹. Curtius in tertio, sed oīm oculos animosq; in semet cōuerterant captiuę mater cōiunxq; Darij, illa non maiestate solū, sed etiam ætate venerabilis, hæc formæ pulchritudine. Hieronymus in epistola ad Marcellā, nec em̄ ignoramus venerabilis

ſoror & Benedicta filia tuã poteſtatem in hoc ſeculo & gloriã. Idem in prologo Oſeæ prophetæ. At nunq̃ legi in titulis inſcripticijs illarũ perſonarũ. Cedat hic plæbeia germanorũ literatorũ cohors, quæ prędictas dictiões lege quadã tantũmodo artiũ magiſtris attribuit, quod ſi fieri poteſt, apd̃ doctiores tñ nunq̃ legi, habent em̃ alios titulos magis proprios, quibus cõmendãtur a ſcientia in qua excellũt, vel a moribus. Attribuitur & venerabilis rebus inanimatis, Corneliꝰ Tacitus Ego vero oẽm eloquentiã, omneſq; eius partes ſacras & venerabiles puto, Macrobius lib. vñ. ſatur. honeſtatẽ dico & modeſtiã, nec minus cum ſobrietate pietatẽ, quam em̃ harũ dixerim minus eſſe venerabilẽ. Et Iuuenalis Saty. xvi. Atq; ideo venerabile ſoli, ſortiti ingenium &c. Honorabilis, honeſtus, reuerẽdus, venerãdus. ſunt epitheta attribuẽda hoibus cuiuſcũq; conditionis vel ſtatus (vt dicitur) fuerint, dũmodo honore dignos iudicemus. Sicut Papa honorabilis, venerãdus agricola, honorãdus miles (Sanctus tñ Iuo Carnotenſis epũs in ſuis epl'is ſingulariter epiſcopis ſcribit venerabilibus vel reuerẽdis) Sicut & hæc ſequẽtia. Egregius, ſingularis, clarus, præſtans, fortis, cõſtans, inſignis, illuſtris, nobilis, notabilis. Dicimus em̃ nobilis grãmaticus, nobilis pictor, egregius magiſter, egregius poeta, egregius miles, egregius rex. Sic Hora. in iiij. car. Antris egregij Cæſaris audiar. Egregie Cæſar dicit Plinius Cecilius ad Traianũ Cæſarem. Item illuſtris poeta, vel orator. Cice. in ij. de oratore. Sed eorũ oratorũ ſcilicet, qui partim in pompa, partim in acie illuſtres eſſe voluerũt. Illuſtris em̃ vt Seruí. dicit li. vi. ænei. nomẽ noticiæ eſt nõ meriti, vñ etiã in meretricibus inueníẽ, nam & nobiles & illuſtres vocãtur, nemo tñ facile dixerit illuſtris agricola, vel ſimile. Adde q; hæc (vt dixi de illuſtris) vocabula, bonis & malis poſſunt attribui, vt inſignis prĩceps & inſignis meretrix, egregiꝰ latro Singularis neq̃, nobilis p̃do. Plini. li. iiij. natu. hiſtorię. Meſſalina elegit in id certamẽ nobiliſſimã e proſtitutis ancillã. Et Modeſtinus, ff. de appel. & rela. dicit inſignes latrones. Lactan. li. iij. in ca. xv. Ariſtippo Cyrenaicorũ magiſtro, cum Laide nobili ſcorto fuit conſuetudo. Idem in iiij. cap. xvi. & ab hoibus inſigni ſupplicio affectũ. Quintus Cicero ad fratrem. qui nequaq̃ ſunt tam genere inſignes, q̃ vitijs nobiles.

PONTIVS.

Abbas maior vel minor prior, prępoſitus. Decanus &c. Tales habent determinatiões, præcioſus, virtuoſus, decorus, religioſus, pius.

PHILOLOGVS.

Bone l'rator iſtos titulos, vel vt tu indocte dícis determinatiões vel ex te ipo cõfingis, vel mercede cõducꝰ a barbaris cõfundis linguam latinã. Precioſus em̃ nunq̃ legi in titulis inſcripticijs, ſed mꝰto plus re-

bus inanitatis attribuitur. Virtuosus aũt vocabulũ est si credimus Philelpho q̃d nemini mortaliũ hactenus cõuenire potuit, q̃d et maximus orator et phũs Cicero scriptũ reliquit, Georgius quoq; Valla ita dicit, nã virtuosus non dicit nisi rustice & barbare, pro q̃ qui laute ac minie sordide locuti sunt virtutis studiosũ dicũt. Et diuus Augustinus in sua dialectica. Vt a virtute nõ põt dici virtuosus, sed moderatus & industrius. Et Cicero licet vitiosus dicat, nunq̃ tñ virtuosus, q̃uis Bœotius fecerit. Recurras aũt ad nra commentaria de epistolari rõne, & inuenies titulos hoibus cuiuscũq; conditionis sine verecundia tribuendos.

PONTIVS.

In infimo statu sunt. Sacerdos, plebanus, diaconus, acolythus, sacrista, horũ determinationes sunt, discretus, deificus, honestus, humilis.

PHILOLOGVS.

Plebanus vocabulũ est credo ab idoctis inuentũ & plane barbarũ, vel saltẽ non antiquũ, melius forsan diceret plebeian9 uel plebeiarius, ego mallẽ dicere rector vel pastor huius sacrę ædis vel alterius, & si pastor vix tollerabile sit in prosa, vel curator animarũ. Sacrista quid sit, ego nescio, sed remitto ad Apollinẽ, vel eius collegã dñm Losbartũ pseudophrophetã Tubingẽsem, est em̃ barbarũ vocabulũ. Discretus nihil aliud est q̃ diuisus, caue itaq; ne in posterũ ea dictione vtaris, qua nemo doctus in tua significatione vsus est, vt in cõmentarijs videbis. Deific9 nunq̃ legi apud pbatos nedũ in titulis. Humilis aũt apud idoneos & veteres significat abiectũ & hoiem infimę uel fortunę, uł natiui tatis, quo sacerdotes absonũ est dehonestare. Pli. in prologo lib. xiiij. natu. histo, nec deterrebit quarũdam rerũ humilitas. Et Plinius iunior, quin tu ipe humiles & sordidas curas alijs mãdas. Et humilitas est abiectio quędam quasi vilitas. Non me fugit apud ecclesiasticos aliter accipi, q̃bus in hoc nõ assentior oĩno, nec itẽ repugno q̃m ita vsus est Cyprianus, Lactãtius, Hieronymus, & alij quibus nõ nihil in eloquẽtia tribuo, pserti̇m cum illius virtutis aliud nomen vere propriũ ipse non sciam. Plura inuenies de hac re in cõmentarijs nostris linguæ latinæ.

PONTIVS.

Magister theologiæ. Doctor iuris, doctor medicinæ, rector vniuersitatis tales habent determinationes. Sapiens, prudens, scientificus, illuminatus, industriosus, legalis &c.

PHILOLOGVS.

Sciẽtificus, illuminatus, industriosus, legalis nemo scribit in suis titulis. Industriosus em̃ non dicit, sed industrius, vt Valla testis ẽ, quod aũt consuetudinẽ multorũ allegas, nihil probas, vt audies in cõmentarijs nris de abusione linguæ latinę. Etiã contra tuã consuetudinẽ loquitur

Hieronymus ad Ruffinũ Aq̃legiẽsem, errantiũ multitudo nõ parit errori patrociniũ. Et Paulus iuriscõsultus de regulis iuris. Qd' initio vitiosum est, non põt tractu tp̃is cõualescere, et sic de alijs oĩbus dicas consuetudinibus, vel potius corruptelis, non tñ nego a lege legalis dici, vt legalis scĩa, attamẽ haud facile inuenies in externis inscriptiõibus se solo, ut legali viro vel legalis homo, id est vrbanus, vt nostri dicunt.

PONTIVS.

Baccalareus simplex, studẽs simplex, licẽtiatus ad magisteriũ, has habẽt determinatões, autẽticus, subtilis, refulgẽs, abilis, splẽdẽs, beniuolus

PHILOLOGVS.

Baccalaureus scribendũ est quasi laureatus bacca, hoc est fructu lauri arboris coronat⁹, de bacca videbis in cõmentarijs de abusione &c. Studens aũt sumitur pro quocũq; qui operã dat studijs siue doctor, siue magister. Ergo caue ponas pro certo℞ hoĩm qualitate. Licentiatus vero in nr̃is cõmentarijs audies q̃d sit, dicã tñ hoc vocabulũ non esse latinũ, nedum dignitatis nomẽ quod si esset nomẽ vsitatũ, significaret illũ qui potestatẽ haberet peccãdi & vagandi quorsum vellet. tales aũt nunc docti quidẽ auctoratos dicũt, vt auctoratus theologiæ vel iuris &c. vbi nos licentiatos dicimus. Illæ autem determinationes autentiticus, subtilis, refulgens, habilis, splendens, beneuolus non ponuntur in titulis scribendarum epistolarum, nisi ab his qui in sordidissimo orationis genere versantur, & cum linguæ latinæ elegantia habent nullum commercium. Qui autem tituli & epitheta cuilibet homini in suo ordine attribuenda sint, videbis in commentarijs nostris de ratione epistolarum componendarum.

PONTIVS.

Infimus status studentiũ, Locatus, Pædagogus, Scholaris, Beanus, horũ determinationes, docilis, ingeniosus, obediens, disciplinatus.

PHILOLOGVS.

Locatus nõ est nomẽ dignitatis, sed minor vicarius dicendũ est. Illud aũt signifi. illũ qui locat̃ ab aliq̃. Beanus nec græcũ est nec hebraicũ neq; latinũ, sed plane thracũ, vt opinor vel getar℞. Scholaris autẽ (sic em̃ scribendũ est per ch) dicit̃ res pertinẽs ad scholas, sicut libri, calamariũ, & sil̃ia, homo aũt qui disciplinæ discendæ gr̃a intrat scholas scholasticus dicit̃, vt alio loco dicemus. Et nõ dicitur scholastic⁹, vt apud indoctos rector scholę. Disciplinatus se solo nõ est ponendũ in titulis et epithetis, qm̃ sicut & disciplinosus teste Varrone tã in bonũ q̃ in malũ accipi põt, sic etiã disciplina, nam ut tradit Augusti. in dialectica, discibilis rei disciplina dicit̃, q̃ quarũq; rerũ scĩa est, nec multũ legi disciplinatus, nisi apud Vlpianũ. ff. de excusa. & tẽpo. l. sed & reprobari, qui accipi vi

detur pro disciplinis inhærente & intento. Disciplina autem parum latine pro castigatione & correctione accipitur a nostris meo iudicio.

PONTIVS.

Infimus status secularis, miles militaris, aduocatus castellanus, ciuis horum determinationes, inuincibilis, strenuus, fortis, robustus.

PHILOLOGVS.

Miles vt ostendam in commentarijs non est nomen dignitatis, sed quilibet qui bello militat, & precio conductus bella sequitur, & præsertim pedites. Inuincibilis vix vel Alexãdro magno addi possit & ascribi. Est enim insueta dictio, & epitheton inuictus & inuictissimus plus quadrat, in vsuq; doctorum est. Robustꝰ autem cuilibet rustico potest adiungi, si habet corporis vires, & si a Cicerone etiam robustus animus dicatur libro primo de finibus. Item præcors & præcordialis sunt vocabula indoctorum grammatistarum.

DE SVBSCRIPTIONE PONTIVS.

Ioãnes Schabenseckel seruitor in Argẽtina vester filius cordintimus

PHILOLOGVS.

Seruitor est vocabulũ illoꝝ qui renũciauerũt latinitati, quare nõ seruus vel famulus, vel melius clienscnã nunq̃ lectũ est apud latinos seruitor. Cordintimus similiter vocabulũ est germanoꝝ vel indoctoꝝ getaꝝ. Socius tuus fauorabilis, etiã est idiotaꝝ dicere. Socie mi fauorabilis, q̃uis latinũ sit fauorabilis, sed non bene in tuo significato.

PONTIVS.

Regula subscriptionis est, æqualiũ subscriptio in inferiori margine est locanda.

PHILOLOGVS.

Hæc est vna barbaries a recentioribus profecta, quam eradicabo in commentarijs nostris de ratione epistolarum condendarum. Omnis enim quicunq; scribit siue maximus, minimusue, in superiori margine se scriptitabit, & ante nomen illius ad quem scribemus, sic tenet religiosa veterum & sanctissima consuetudo & maiestas.

PONTIVS.

Regula q̃ in subscriptiõe supremoꝝ preterq̃ in dñi Papæ est adiũgenda dei gr̃a quo ad seculares, sed q̃ ad spirituales est adiũgenda diuina clemẽtia, vel miseratione diuina, sed Papa sic formatꝫ diuina propiatione.

PHILOLOGVS.

Ille bonus homo cõspirauit in exiciũ linguæ latinę, quis em̃ hæc vidit obseruare quenq̃ eruditum? Episcopus dei gratia cur non scribat. Etiam hoc vocabulum propicioſus non lego apud veteres.

DE SVPRASCRIPTIONE, HOC EST de inscriptione exteriori.

PONTIVS.

Deinde debet poni illa particula dño ac domino tã in statu spirituali q̃ in statu seculari.

PHILOLOGVS.

Quicquid agant alij tu sp̱ cõspiras in latinę linguę interitũ. Primum sicut suprascribo nõ dicitur, ita nec suprascriptio, q̃a vt Priscianus dicit supra non cõponitur. Insup̱ dño ac dño nemo vnq̃ latin⁹ scripsit (in vsu tñ & lingua germana nõ repręhendo) ĩmo nec semel est adiũgendũ dño. Audi Nicolaũ Perottum episcopũ. Cauendũ pręterea est ne vnq̃ dñm honoris causa noĩbus proprijs p̃ponam⁹, vt dño Pyrrho, barbara em̃ est hęc locutio & nup̱ inuẽta, non hoc latini, nõ gręci veteres fecerũt, hæc ille: Domicellus aũt vocabulũ est oĩno vandalicũ & nunq̃ lectũ. Nec dõnus, dõna sine i in medio, vt quidã ponũt, vt dñs ad solũ deum, domnus ad hoĩem referat̃. Sępius aũt ille Põtius errat in una dictione, q̃d si semel rep̃henderim, nõ amplius repeto tanq̃ superfluũ.

PONTIVS.

Exemplum Nicolao Harter ingenioso frequentanti in Vlma.

PHILOLOGVS.

Frequentanti scholas dicere debes vel simile, alioqui non facis sensum perfectum, q̃uis locutio sit grammatistarum.

PONTIVS.

Exemplum. Discretæ & rubicundæ mulieri Annæ ciuissæ in P.

PHILOLOGVS.

Ciuissa non est latinũ, sed ciuis cõmunis generis, q̃d pueri nouerũt.

DE SALVTATIONE PONTIVS.

Salutatio. Synceræ dilectionis constantiã iugiter pręporectam, vel dilectione cum seruitutis constantia iugiter præporrecta.

PHILOLOGVS.

Hoc q̃d iam dicã debebit tibi infringere om̃es tuas barbaras salutationes, oẽs latini scriptores ad quoscũq̃ scribunt contenti sunt dixisse. Salutẽ dicit, Gręci aũt dicunt bñ agere, & qui aliter facit ostendit se esse barbaꝝ, non latinũ, vt plenius de rõne epistolaꝝ audies, nam & si tuæ salutationes sint latinæ (in quo tamẽ dubito (non tñ earum vsus est, nisi apud grãmatistas, prælibata, præporrecta, ante missa & similia non sunt in vsu rhetoꝝ. Et illa aduerbia cordialiter cordintime non vsurpantur a doctis. Virtuositas a nullis nisi rhetorice indoctis dicitur.

PONTIVS.

Nota has salutatiões in datiuo, charitati indissolubili cum nutus desiderio iugiter prælibatæ amicitiæ indesinenti cum dilectiõe fauorabilitate iugiter præporrectæ, seruituti irremissibili, cum promptitudinis amore firmiter præassumptæ, nutui irremissibili cum fauoris prom-

ptitudine &c. affectui indefesso cũ amicitiæ obsequiositate iugiter ante misso, intuito, parato cum fauoris diligentia, iugiter præscriptæ, ligamini irremissibili cum obsequio prædestinato affamini prompto.

PHILOLOGVS.

Præterq; q vbiq; conspirasti in latinæ linguæ interitum, etiam deliras bone pater, quis enim vnq; tuas istas tam barbaras & gotthicas salutationes posuit? Nam omnia ista tua vocabula & si aliqua sint latina, tamen a doctissimis in raro vsu sunt. Obsequiositas etiã latinum non est, saltem elegãs. Nutui irremissibili. Ligamini, affamini quid velint & significent, ego non satis calleo. Liceret etiam idem facere de alijs exemplis quæ in alijs casibus ponis, sed sunt in eadem barbarie. Iccirco pergam. Item præroboratur, præporrigitur, præcommendatur, prædirigitur sunt grammatistis vocabula propria.

DE EXORDIO PHILOLOGVS.

Sũt meræ ineptiæ sic ptes epl'æ & eas quasi quibusdã prescriptis vocabulis & orõnibus cõstringere. Esset em̃ vt dicit Quintili. li. ij. Rhetoricæ res prorsus facilis ac parua, si vno breui p̃scripto contineretur, sed mutãtur plæraq; causis, tẽporibus, necessitatẽ, occasione, propter quæ (dicit idem) mihi semper moris fuit q; minime alligare ad p̃cepta.

PONTIVS.

Sic vel similiter exordia formabimus, affectus fautoris illuc demerito dirigitur, vbi procul dubio mens petentis nullatenus defuscatur: Aliud, petitio deprecantis istac de condigno refertur, vbi semoto dubio desideriũ mittentis nullatenus contẽnat. Aliud, promotio honoris inibi de honestate reducitur, vbi suppresso dubio semp exaltatur. Aliud, discretio prouidi ibidẽ ad fautorẽ de iustitia adducitur, vbi alienato dubio semp eleuatur, & similia plura facere possis exordia.

PHILOLOGVS.

Quid est bone deus, cur tam penitus cõspiraueris in latinæ linguæ exitiũ, nihil est enim oĩno in tuis orõnibus quod redoleat rhetoricam sed vulgatissimas grãmatistarũ ineptias, nullũ nomẽ, nulla tua oratio quæ alicubi inueniat apud idoneos. Nam & affectus & desideriũ in ea significatiõe qubus tam crebro vteris, plus sunt ecclesiastico q; veterum. Nullatenus aũt non est latinũ, demerito aũt & de cõdigno vix latina sunt, quia vt de doctor indagine dicit Nonius Marcellus. Qui artẽ secuti negãt aduerbijs præpositionẽ addi oportere, quod si veter auctoritas in aliqbus oppositũ fecerit, non tñ est vlla auctoritas meo iudicio q̃ dictas dictões a barbarie eripiat. Idẽ dicit & Seruius Honoratus sup Donatũ. Generaliter tenẽdũ est q; aduerbijs. i. solis positis non debet cõiungi p̃positio, separatim, nemo em̃ dicit desero de mõ. Vnde

nec de mane dicere debemus, q̃d plęrunq; in vsu hñt, hæc ille. Idē dicit Donatus, Idē Diomedes grāmaticꝰ, ita & nup quidā scripsit. Barbare dicimus de cętero, sed cæterū, at ego apud Q. Curtiū lib. iiij. legi, si exēplar nō est mēdosum. Et apud Fœlicē Capellā li. vij. Idē pronunc. extunc reprobauit, cui ego assentior, licet Apuleiꝰ li. vij. de Asino aureo extūc dixerit. Et Orosius li. vij. de alarico ad nūc dicat, ego aūt parum ornate dicta crediderim. Item alienato, vel obfuscato, vel frustrato dubio, vel suppresso dubio, non multum lego apud veteres.

PONTIVS.

Stringente necessitatis articulo.

PHILOLOGVS.

Est oratio fossorum & eorundem Gotthorum.

PONTIVS.

Ad huius arboris tegmina digne conuolant peregrinantes a cuius fructuum dulcedine nutriuntur repausantes.

PHILOLOGVS.

Nescio quid sit repausantes, nec nisi sordidum vocabulū credo.

PONTIVS.

Illuc merito p̃parari debet anius ambulātis, vbi scientiaꝝ fulcimento potest inebriari.

PHILOLOGVS.

Inebriari fulcimēto q̃d significet vix vel Apollinis interpres Sibylla nouerit, q̃d aūt alio loco dicis adolescētis intentio, mallē dixisses animus vel voluntas.

DE NARRATIONE.

Exemplificare est grammaticum vocabulum non oratorium.

PONTIVS.

Sic faciemus narrationes, vobis innotescat in his prælibatis quod ego ibo ad studiū priuilegiatū Basilięnse, & in eo intendo permanere ad trienniū audiendo ibidem facultates oīm artium liberalium.

ALIA NARRATIO.

Tibi insinuo in p̃libatis singulis q̃ ego propono studere totū triuiū cum quadriuio cū hoc varias moralitates q̃bus meā vitā in singulis partibus possim redimere.

ALIA NARRATIO.

Tibi ꝓmulgo in huius facti negocio q̃ ego plumo ꝓambulare ad curiā Romanā et in eadē perseuerabo, pro gr̃æ impetratōe, vt meum possim defendere statū clericalē.

ALIA.

Tibi propono enucleare q̃d mens mea appetit bonū studiū, virtutes adipisci, hoc ꝓpter vitare malas leges, q̃bus pœna stygalis regulat.

ALIA NARRATIO.

Tibi denoto notificare intentionē meam q̃ desideriū versatur mo ribus insistere, hoc propter summū bonum inquirere, quo acquisito cessat oīnis motus naturalis.

ALIA.

Tibi ꝓpono declarare in facto illius gesti ꝙ mẽs mea inquirit circa moralitates virtuositatũ, hoc propter artiũ acumina ascẽdere, sine quibus in vita nullus potest ꝓfectus haberi. ALIA.

Patescat vobis inscriptis his quod ego propono me trãsire ad partes natales deo deo fauente, & ibi mea bona vendendo, vt meum possim inchoatum studium laudabiliter terminare.

PHILOLOGVS.

Quęso te bone Pontĩ, vel quisqs es, qui tibi hoc nomẽ vsurpasti, cũ bona venia dicas mihi, quid velint sibi hæ barbascułæ, squalẽtes, et ieiunę orones, quis vnus veterũ literarũ haud infrequẽs lector & probatorũ auctorũ quicq tale scriptitasse ꝓdicatur: nõne frontẽ amisisse possis existimari: cũ tam vana ridiculaq cõfingis, nõ ad rhetoricã, sed cõtra rhetoricã, cum qua iam apte martẽ conseris. Innotescat uobis, patescat tibi. Illæ orones sunt plane (vt dicitis) incõgruę, cũ sit hic verbũ tertiæ psonę sine suppositõ, ꝙd non põt fieri in verbis psonalibus, nisi velis dicere hæc ipersonalia esse ꝙd etiã hactenus apud idoneos non legi nisi apud quosdã ecclesiasticos, qui psonaliter accipiũt. Plinio Cecilius ad Octauiũ suũ, enotuerũt quidã tui versus. Lactãtius, vt homĩ per se ipm ratio diuina notescceret. In procemio primi libri, sic Apuleius li. i. floridorũ scilicet vti qui suo noĩe obscuri sunt meo innotescãt. Itẽ Iustinus li. xiij. sed vbi Apulis oraculũ innotuit iterfectos legatos in vrbe sepeliũt. Macrobi. v. li. saturna. bene ex his versibus etiã ciuiũ nomen innotuit. Dicit tñ præter morẽ doctorũ Tertulia. cap. xv. Deniq; inde suspicio ꝙ inotuerit nos ad orientis regionẽ precari. Sic & Orosius li. vij. vt quanta multitudo hoĩm præparatã mortẽ euaserit oĩbus notescceret. Ego intendo dicis, nõ possum hic quin sub censurã veniat snĩa mea vitare, dum hic ut sępius contra oĩm fere iam induratũ modum loquẽdi sum locuturus, dicam tñ quod sentio. Intẽdere pro velle & inanio esse non est in vsu doctorũ quãtum ego lego. Nec item intentio pro volũtate, sicut dicit Laurẽtius Valla. Intendere emẽ est sollicitũ esse & suspensum. Inde intentus est sollicitus. Virg. v. ænei. Considũt transtris intentaq; brachia remis. Itẽ intendere est innectere uel illigare. Virg. ij. ænei. Et stupea vincula collo. Intendũt. Marcus Tullius in Hortensio. Quæro enim non quibus intendam rebus animũ, sed quibus relaxem. Item intendere est sollicite, diligenter intueri. Virg. lib. v. Intenti expectant signum. Intendere extendere Marcus Tullius de supplicijs. Tabernacula carbaseis intenta velis collocabant. Et de senectute. Intentum emẽ animũ tanq; arcum habebat, nec languens succũbebat senectuti. Hæc omnia Nonius Marcellus. Item intendere proprie est crimen in aduersariũ iacere. Teren. in Eunu. Hanc si intendit esse. Item intende-

re verbū est a venatoribus translatū, qui retia tendūt ad captandas feras. Teren. in An. repudio consiliū quod prius intenderā, hic ergo qui parat Chremetē & Symōem fallere intenderā dixit. Donatus testis, vt aūt tu accipis intendo teutonice ich mut han, nō inuenio apud probatos. Tibi insinuo apud oratores poetasq; raro lego īsinuo in tali significatōe, apud indoctos vbiq;. Et valet apud eosdē. i. manifesto vel aperio & certū reddo, q̄d nunq; apud ꝓbatos inuenio. Sed Nonius Marcellus dicit. Insinuari est imitti quasi sinu accipi. Sisenna li. histori. iij. Agmen perturbatū peditis insinuāt, ac loco cōmouent. Et p metaphorā apud rhetores dicimus insinuare, non aperte, & simpliciter rem exponere, sed latēter in animū audientis veluti in sinū quod volumus mittere, prælibatis singulis. Quis quęso p̄ceptor ignorātiæ ex auctoribus idoneis tuo more scriptitat? veteris em̄ vbiq; prælibata salutatiōe, prælibatis singulis. i. p̄missa vel ante dicta, sicut tu exponis, q̄d nemo præter indoctoq; sentinā factitasse cōperitur. Dicit tn̄ Macrobius lib. i. de somnio Scipionis tanq; grāmaticus & expositor nō vt orator. Vnde his p̄libatis ad tractatū oratio reuertatur. i. p̄gustatis, & præhabitis, qui & ipse non multū in elegātia laudatur. Quod aūt vbiq; scribis, tibi insinuo vel notifico q̄d propono, q; intendo, q; ego perambulabo, q; desideriū meū versatur, & semp̄ q; repetis in oībus orōnibus, facis vt indoctissimiquiq;, qui em̄ in sordidiore orōnis gne versantur, nō cupiunt varietatē sententiaq;, nec his est cōmercium cū vllis orationibus quæ sunt ex latinoq; scriptorū penetralibus depromptę. Laudat enim Plinius Cecilius Pompeiū Saturninū oratorē, in quo erāt crebrę aptę q; snīæ, grauis & decora constructio, sonātia & antiqua verba. Idē nepoti loquēs de Iseo oratore. Occursant verba sed qualia, quæsita & exculta. Q; aūt dicis propono studere triuiū cum quadruuio, es imperitus plane grāmatista, & cecuciētibus oculis puerilq; studio oīa corrumpis. Per triuiū enim q̄d significat vbi tres viæ cōcurrunt, intelligis tu grāmaticam, rhetoricā & dialecticā. Quod nemo latinitatis cultor protulit. Triuialis tn̄ scientia pōt dici grāmatica quæ in triuijs docetur Perottus testis, vt Quintilia. literarij pene ista sunt ludi & triuialis scientię. Similiter quadruuiū non de scientia, sed de quattuor vijs cōcurrentibus in vnū dat significariōem. Cum hoc varias moralitates. O ridiculū caput & elleboro purgandū, quis vnq; latinus & idem de lingua latina scribens scriptū reliquit moralitates? nam ad minus vix elegan ter dicitur & vsitate apud idoneos. Tibi promulgo, oīes qui superiori tēpestate in germania voluerunt esse latini, in oībus fere ep̄lis vsi sunt hoc vocabulo promulgare pro manifestare, & significare, q̄d apud rhetores nunq; legi, saltē in ea significatione, est em̄ verbū iurisconsul-

torũ. Vnde Festus Pompeius dicit, promulgari leges dicũtur, cum primũ in vulgus edũtur, quasi prouulgari. Quod ego ꝑsumo perambulare ad curiã Romanã, vt tu accipis, in animũ induco, nõ memini me legisse apud idoneos pambulare. Ad curiã autem Romanã est oratio indoctorũ, superabundat em̃ præter alia per vel ad. Item curiã Romanam, sic loquũtur indocti, & q̃bus nullum cõmercium est cũ his scriptoribus qui linguæ latinę proprietatẽ & vocabulorũ significatiões indagarũt. Tibi enucleare ꝓpono, raro & enucleare apud doctores inuenitur, inuenitur tñ, sed caue in hoc significatiõe tua tã crebro vtaris. Quibus pœna stygalis regulatur, nulla est latinitas, nullus sensus. nam pœna stygia dicendũ erat. Regulatur nõ nisi apud grãmatistas in vsu tam frequẽti est. Tibi denoto notificare intentionẽ. Caue ab his barbaris locutionibus. Raro inuenies denotare nisi apud grãmatistas. Circa moralitates virtuositatũ. Virtuositas nemo nisi indocti dicunt. Quod ego propono me transire ad partes natales. Propono me transire est oratio indoctorũ & barbarorũ. Similiter ꝑtes natales, sufficisset dixisse ad natale solũ vel ad patriã. partes in hac acceptõe etiã dicitur parũ eleganter, vt multi prodũt, vt est ne rex in partibus nr̃is attamẽ & apud ecclĩasticos nõ minimos ista inueni, et fortasse ita accipit Cęsar in sexto cõmentariorũ loquẽs de Ambigorige rege atq; ille latebris aut saltib⁹ se eriperet et noctu occultaret alias partes regionesq; petere nõ maiore equitũ præsidio q̃ quattuor, q̃bus solis vitã suam cõmittere audebat. *Et in septimo hoc idẽ fit in reliquis ciuitatibus*, in oĩbus partib⁹ incendia conspiciũtur. Et Iuuenalis in iiij. Saty. *Dicturus tanq; diuersis partibus orbis*, veniret, scilicet epistola. Et Horatius lib. pri. car. ode xxxij. Examen æois timẽdum partibus. At nihil ausim vel cogitare minus elegans, quo vel semel elegantissimus Cæsar vsus est.

DE ARTIFICIALI NARRATIONE PONTIVS.

Siquidem fauorabilitati vestræ clarifico meam cordis subiectionem semper esse pronam ad quæuis mandata vestra, quæ de condigno rationis merito semper seruitori sunt adimplenda.

PHILOLOGVS.

Quã bone deus Ponti abhorres ab oĩ elegantioris sermõis vsu & consuetudine. Nihil me hercle a te prodijt q̃d ex penu Ciceronis & huius similiũ depromptũ iudicari possit, vt nõ immerito dicat Francus Philelphus in vna epł̃a, ea latinitatis penuria germanos laborare vt cũ venerint in Italiã ac Romã, romano sermone audiantur eo, qui cerdonibus etiã apud priscos & pistoribus cõmunis erat. Nam & ego nihil oĩno taxarẽ hæc tua scripta, tanquã penitus barbariæ mancipia, nisi viderim plurimos vndiq; qui maxia cum ꝓtinacia hæc defende-

rent,& ampullosis proclamationibus laudarẽt,quorum ineptijs erat occurrendũ, nisi essemus plane de lingua latina inofficiosi milites. Fauorabilitati vestrę quis latinus in epistolis reliquit? Ego nõ reperi,quis ad vnũ similiter scribens dixit vestræ & non potius tuæ? De qua re in cõmentarijs de rõne epistolari latius disseremus. Clarifico est vocabulum grãmaticum, quo nemo ex elegãtioribus in prosa oratione vti gaudebat,& reliqua quæ in mediũ adduxisti, si non sunt plane barbara,at grãmatica & sordida nemo dubitauit. Nam & seruitor,& de condigno prius etiam taxaui,quapropter hic non est opus.

PONTIVS.

Societati vestræ intimo,sublimo charitatis vinculo,meam scientiarum increscentiam.

PHILOLOGVS.

Mallẽ dixisses incremẽtum q̃ increscentiã. Cogor enodare mẽtis affectũ,promulgo intimo cordis conamĩe,declaro p̃cordiali fauoris libamine,sunt orõnes a nullis p̃ter indoctos vsitatæ. Præcordialis non legi. Libamĩe aliud significat q̃ q̃ hic possit poni apte. Insinuo meã defectuositatis egentiã,est itẽ cognaria oro. Defectuositas nõ facile apud rhetores inuenies. Obsc̃uositas in eadẽ sorde est. Itẽ nubilositas q̃d etiã a te ponit est simile p̃dictis. Quis aũt intelligeret istã tuam orõnẽ,sublimi cordis medicamine? ad nullũ propositũ reducer̃ possum, nisi adsit Apollo,vel eius ministeꝛ Losbartus propheta Tubingẽsis. Vt semota oĩm protelatõe mox uisis p̃sentibus nõ differatis, visis p̃sentibus est oro impitoꝝ Quod aũt dicis premiationẽ, ego nõ lego in rhetoricis. Amicabilitas apud veteres etiã non est in frequenti vsu. Quod studiũ Basilĩense in q̃actu cõstitutus sum. Actu dicunt eodẽ modo actualiter impiti,pro iã vel nunc, vel p̃senti tẽpestate. Constitutus etiã non bene ponitur,cũ constitutio fiat ab alio,vel in seruitio vel in dignitate. nã & dum in epla ad Thimotheũ interpres dixit,orate pro regib9 & oĩbus qui in sublimitate sunt cõstituti,dicit La. Valla, nec elegãter nũc dicitur cõstituti,nec græce legit̃,sed tm̃ qui in sublimitate vel dignitate sũt. Scientiaꝝ rosulas,Istas nimiũ pruriẽtes & lasciuas transumptiões non cõperio apud doctos hoĩes. Idem dicã de ista tua orõne, virtutum lilijs, Crispantis syluæ feritas, nunq̃ legi nisi apud te, Crispas syluas.

PONTIVS.

Vestra dilectio noscat me visitaturum studium Friburgense, vestræ dilectioni meam mentis intentionem quatinus mihi &c.

PHILOLOGVS.

Quod dicis q̃tinus,tãgis morem oĩbus illiteratis,barbaris,cupedinarijs & seplasiarijs cõem, qui loquũtur vbiq̃. Rogo q̃tinus velis ad me venire,lubeo q̃tinus hoc facias,q̃d nemo doctus fecit, nã sc̃dm tę

valeret ut, q̃d nunq̃ lectũ est, dicit em̃ Festus Põpeius sic. Quatenꝰ pẽr e significat qua fine, sicut hactenus hac fine. Quatinus vero ꝑ i quoniã significat. Quod ita esse probat Plinius iunior ad Caninium Ruffum, quatinus denegat̃ nobis diu viuere, relinquamus aliquid q̃ nos diu vixisse testemur. Itẽ Iuuenalis Saty. xij. Quatinus hic nõ sunt nec venales elephanti Quintilianus. Quatinus luctus nostri in ius vocantur.

PONTIVS.

Tertia regula. Si narratio incipit̃ in plurali debet finiri in pl̃i. Et ita faciẽdum in singulari, quia alias generaretur tedium, sic ꝙ aliquis vobisaretur in principio narrationis, & in posterum tibisaretur.

PHILOLOGVS.

Tibisare & vobisare, vel vt quidam alij dicunt singularisare & plurificare sunt dictiones popinariæ, & gotthicæ planeq̃ barbaræ. Vbi dixisti alias, alioquin dicendũ erat. Quod aũt dicis non deber̃ quenq̃ modo singulari, modo plurali nũero appellare, bene dicis. Nam neminem vnum numero multitudinis alloqui debemus. Nosmetipsos aũt pro nostro libito iam singulari iam plurali numero etiam in vna oratione appellabimus. Audi Vallensem, rhetorica ars iubet nos vti modo plurali nũero pro singulari, mõ econtrario, adeo vt vno atq̃ eodẽ loco de se orator in vtroq̃ numero loquatur. Virg. O melibee deus nobis hæc ocia fecit, Nanq̃ erit ille mihi semper deus, vide Vallam. Quo modo Cicero et Quintilianus in prosa orõne sepe vsi sunt, exempla apud Laurentiũ require. Q, autẽ dicit Pontius. sum male dispositus, credo ꝙ non latine et pure dicat ad hanc significationem, sed bene diceret, non sum mecum, sum in mentis perturbatione. vel non sum compositus, vel compositæ mentis. Item sum turbidus vel turbatæ mentis. Quintilianus in ix. Vt si quid fuisset turbidiorum cogitationum componerent. Dispositio vel indispositio pro affectione nostrates philosophi parum eleganter & syncere accipiunt.

PONTIVS.

Vestræ serenitati notifico, me collecturũ esse duas partes bibliæ studendo prædicationẽ fidei Christianæ.

PHILOLOGVS.

Biblia. orum. pluralis numeri tantũ dicit Georgius Valla Placentinus, sicut rhetorica. orum, & physica. orum. In singulari aũt secũdum græcos biblos dicitur, vt notum est, quæ dictio si in latinum transiret, crederem dicẽdum biblus non biblia, doctorũ tamen iudiciũ de hoc reqratur. Prædicatiõem aũt non bene ponis, vt in cõmentarijs audies Nõ dicas aũt vt prius. fonte potatus Tulianico, sed tulliano, sicut Hieronymus sæpius dicit, fluuius tullianæ eloquẽtiæ, & tulliana lucet puritate. Collega etiam est socius non nisi dignitatis alicuius, non colle-

gatus vel collegiatus, quod nunquã lectum est apud probatos.

DE PETITIONE PONTIVS.

Hæc sunt aduerbia ad petitiões requisita, cordintime, humiliter, lachrymabiliter, instãter, affectanter, confidẽter, reuerenter, deuote deuotius deuotissime, p̃cordialiter, fideliter obnixius, totaliter, suauiter, intime, laborioſe. Verba aũt supplico, peto, p̃cor, deprecor, rogo, flagito, gliſco, deſidero, appeto, affecto. PHILOLOGVS.

Hæc aduerbia raro legi in epĩs doctorũ hoĩm, vel nunq̃, niſi pauca ex eis. Cordintime totaliter p̃cordialiter credo penitus ruſtica & barbara. Sed rogo ſuauiter, rogo reuerẽter, vel ſupplico, vel aliud ex his laborioſe flagito, ſunt oratões popinariæ, & a non doctis vſurpatæ.

PONTIVS.

Quare veſtrã paternitatẽ imploro fideliter, quatinus mihi ſuccurratis in ſolacioſũ remediũ, pro inchoati ſtudĩj mei vigore, & plura ſiĩa.

PHILOLOGVS.

Q̃uis hæ tuę orões & oẽs ſint detritæ, ruſticæ, ſqualẽtes, lacinioſæ vulgatiſſimę, & nõ niſi popinis meritorijſq; tabernis & nugalibus triuĩs ſcriptæ tñ peſſima quæq; eradicabo, & plurimarũ dictionũ pios lectores admonebo ne per te decipiantur. In oĩbus petitionibus tuis dicis. Oro te quatinus velis. Supplico vobis quatenus &c. ſemp quatinus, q̃d nemo latinus facit, q̃ non poſſit hic poni q̃tinus, ſupra oſtẽdi multo minꝰ quatenus. Audi Caprum grãmaticũ, quatenus aduerbiũ aut loci aut tẽporis, Temporis, ut quatenꝰ hos exercebis mores? Loci, cum dicimus quatenus ibimus in vnũ manducare? vide tuũ errorem Acron ſuper Horatium. Quatenus, id eſt q̃diu. Nam interdũ aduerbium temporis, interdũ loci. Quatinus vero per i eſt coniũctio tm̃.

PONTIVS.

Alia petitio, quapropter vr̃æ ſupplico reuerẽtiæ p̃inſtanter p̃cibus humilibus quibus poſſum quatenus filiũ meum præſentiũ exhibitorem in veſtræ vniuerſitatis collegiũ dignemini aſſumere.

PHILOLOGVS.

Si formaſti oẽs petitiones tuas, quas longũ eſſet oĩes tangere, qm̃ in eodẽ luto & barbarie verſantur oẽs, tñ ſic habeto. Præinſtanter eſſe popinariã dictionem. Supplico aũt quo ſemp vteris raro vſus eſt Cicero. Supplicatiões ſæpius. Nam fere ſemp ad deos lego, vel eſt humilium vel afflictorũ. Præſentiũ exhibitorẽ, ſic loquuntur indocti, quare non tabellariũ? Veſtræ vniuerſitatis. Docti dicũt, ſtudio Tubingenſi. Patauino vel gymnaſio, vel academia, vel palæſtra, raro vniuerſitas Vniuerſitas eſt aliqua cõmunitas vel ciuitatis, vel aliarũ quarumcũq; rerũ, vt Martianus de rerũ diuiſione in ff. vniuerſitatis non ſunt ſingu

sorū veluti q̄ in ciuitatibus sunt, vt theatra & stadia & his sil'ia, etsi qua alia sunt cōmunia ciuitatū, hæc illæ. Et Plinius iunior Saturnino. Ideo nūc rogo, vt non tm̄ vniuersitati eius attendas, verū etiam particulas qua soles lima prosequaris, hic vniuersitati. i. gn̄alitati. Et Pompeius iurisconsultus de verborū significatōe. Territoriū est vniuersitas agrorū iuxta fines cuiusq̄ ciuitatis. Vniuersitas tm̄ studiorū dici potest, quod vniuersæ & omnes artes ibi doceantur, sed noue & non vsitate.

PONTIVS.

Vobis supplico quatenus mihi in vno floreno succurrere non recusetis, vt mediante illo studium optatum valeam adipisci.

PHILOLOGVS.

Philelphus dicit florinos nō florenos vulgo dici, & est dictio vulgaris, & a ꝓbatis in nullo vsu. Sed aureus nūmus, vel aureus per se solū, aureolusq̄. Illo mediāte est sermo creber in oregrāmaticorū: mediante pecunia, mediante illo viro, quod apud idoneos nunq̄ legi.

PONTIVS.

Quare tuæ sociali dilectioni cordialius duxi consulendum quatenus rebus ac sumptibus tuis dispositis quātocitius poteris nostro studio properes te afferre a cuius scaturiēte dogmate & torrētis voluptatis dulcoribus poteris saciari.

PHILOLOGVS.

Hæc oratio penitus est a popinarijs confecta, & barbascula plane, nihil succi in ea, nihil vigoris, nihil latinitatis vt in oīmbus. Cordialis cordialior cordialissime, & similia, ego nunq̄ nisi ab imperita grāmatistarum cohorte audire potui. A cuius scaturiente dogmate & torrentis voluptatis dulcoribus poteris saciari. Abistis calamistratis & lasciuientibus transumptionibus & circumlocutionibus fere alienis caueamus omnes in oratione. Nam sunt plane odiosæ & ab indoctis excogitatæ, nec alicuius probati auctoritate innixæ.

PONTIVS.

Quare reuerendissime domine & preceptor singularissime, deuote supplico vestræ reuerentiæ, quatenus vna cum clero vestro eodē die solenni processione instituta, solēniorem missam faciatis decantare, vt dominus oīmpotens sic placatus, indignationem suam a nobis auertere, & tranquillam pacis constantiam ecclesiæ suæ conferat.

PHILOLOGVS.

Singularissimus non est latinū. Processio aūt dictio minus propria pro hoc significatu, latiē dicūtur supplicatōes, vt scripsit Ioānes Chrysostomus, et Soldus Brixianus sup̄ Sallustiū. Missa eodē modo latinū nō est (vt testis est Perottus & Philelphus) sed sacrificiū dicendū, vt in cōmentarijs videbis de abusione latini sermonis, vt dominus oīmpo

tens sit placatus indignationem suam a nobis auertere. Oratio est plane incongrua. Quis enim vnq; dixit sit placatus auertere?

PONTIVS.

Quare princeps inclyte vra liberalitas me merito liberare teneatur supplíciter oro & attẽte, quatenus me misere angustiatũ velut ouiculã lupis deputatã, de tã horrendo carcere nõ differatis extraher, pecuniãq; tantã ad tps exponatis, quousq; proprijs restitutus, vobis facer vã leam recõpensam. PHILOLOGVS.

Proh deũ atq; hoĩm fidẽ quid doces Ponti, nisi pugnare cõtra rhetoricã, nedum latinã linguam, quã adeo discerpis, vt vel hostibus misericordiã prouocare possit. Repete totã orationẽ, & nihil inuenies qđ vllam elegantiã redoleat, quis em̃ latinus diceret illã oratiõem, quare supplíciter oro & attẽte princeps vra liberalitas teneat me merito liberare? ita em̃ faciẽda est cõstructio, orõne itaq; ista nihil est insulsius. Angustiatũ & angustiare sunt grãmatica vocabula. Velut ouiculã lupis deputatã, est insulsa & oratio & hic cõparatio. Proprijs restitutus, has & similes orationes nondũ legi apud politiores, non em̃ satisfaciũt intellectui. Recompensam, stabularij & popinarij sic dicũt. Recompensare recõmendare, recompensa &c. non latine sed compẽsa, compensare cõmendare. Item repensare legimus quod indocti dicunt recompensare vt Apuleius, præsentis beneficij vicem mihi per eam repensare te debeř. Alibi dicis, spretis rudibus lampadibus. Quid valeat ista oratio, ego non possum mente complecti, tamẽ hoc vnum scio esse plane insulsam. Sæpius enim eandem rem dico. Istas circũlocutiones inusitatas & deformes vbiq; præsertim in epistolis vitabimus.

PONTIVS.

Quapropter vestram paternitatem mitissimo cordis conamine, refero petitionis libamine obnixius, & similia, rogo precum instantia seduliſſima. Imploro vestram confidentiã toto cordis scrutinio. Cur vestram mititatem rogito intimis cordis viribus amicabiliter, instantissime. Dulci melodia deprecationis insto, quatenus vestra beniuolẽtia a me nõ subterfugiat in necessitatis articulo, vel quatenus mihi congruam, nec non competentem faciat prouisionem.

PHILOLOGVS.

Mitissimo cordis conamĩe, petitiõis libamine, precũ instantia seduliſſima, toto cordis scrutinio, dulci melodia deprecatiõis, in necessitatis articulo. Oẽs istæ orõnes sunt indignæ rhetorices alũnis. Sed inter meritorij & popinæ pfessores multã celebritatẽ sibi vendicarũt, & quasi primã elegantiã. Nec mititas a mitis dicit, sicut nec mititer teste Augustino, q in grãmatica dicit. Sed sunt quędã quæ cũ asperesonẽt dimissa

sunt, vt a miti mititer nõ dicimus, a tristi tristiter non dicimus.

PHILOLOGVS.

Q; dicis, subueniatis mihi in subleuamie studñ, ego nunq; legi sub leuamie studñ, nec quisq; uetez posteritati cõmendauit. Tu aũt in hãc linguę latinæ tenuitatẽ descẽdis, vt cõsulto velis nouã linguã introducere, cũ in dies antiqua moriãtur, vt dicit Quintili. In oĩbus vobis cõplacebo. Cõplacere pro obseq & quasi vicẽ reddere, nõ credo vsitatũ esse apd idoneos. Et sicut nec placẽtia dicit a placeo quantũ ego memini, ita nec cõplacentia, & psertim pro obsequo, ita nec ediuerso displicẽtia, q; et si hoc vltio vsus sit Apuleius, vix tñ alibi apud illustres reperiri credo.

PONTIVS.

Plenaria rogatione vestrã accedo legalitatẽ, pulsu prærogatiuo & prçcatiuo accedo vos.

PHILOLOGVS.

Has omnes petitiones non intelligo, sunt enim popinariæ. Plenaria & legalitas non legi apud idoneos multum, pulsu prærogatiuo & prçcatiuo quid significent ego nescio.

CONTRA PAVLVM LESCHERIVM QVI composuit modum epistolandi.

Offert se hic Paulus Lescherius qui itẽ pari elegãtia & rõne cũ Pontio delirauit, cuius modus epistolãdi (vt ipse scribit) nihil differt a Pontij deliramẽtis, quçcũq; aũt semel dixerim, nõ opus est amplius repetere, quapropter paucis agã cum illo. Scripsit bonus ille uir epl'az quinq; esse ptes, vt superior, & de oĩbus exẽpla posuit eodẽ tenore sonãtia, in eandẽq; sniam deprompta, nesciẽs dictũ Quintiliani in ix. suaz institu. de figuris sententiaz, gaudẽt em̃ res varietate & sicut oculi diuersarũ aspectu rerũ magis detinẽtur, ita semp animus præstat in quod se velut nouũ intendat. Et vt dicit Cornelius Tacitus. Nec oẽs clausulas vno & eodẽ modo determinet scriptor. Hic autẽ noster semp vno & detrito calle vagatur. Versatur item hic noster Paul9 in tam tenui sordidoq; orationis genere, vt si gotthicus oĩno non sit, se tñ triualẽ grãmatistã plane ostentat. Epistola aũt debet esse elegãtibus, puris, ñsdẽq; antiquitatem redolẽtibus verbis & orationibus contexta. Antiquitatem autẽ dico tẽpora Ciceronis. Sallustñ, Liuñ, Quintiliani & reliquorum. Id q̃d ostendit Plinius ad Tuscũ suum. Et pressus sermo puruscq; ex epistolis petitur. Pressus aũt. i. subtilis vt exponit Noni9 Marcellus illud Ciceroĩs in Hortensio, quis aũt est & fuit vnq; in partiẽdis rebus, in definiẽdis & explicãdis pressior. Item vt dicit Oĩbonus leonicenus super illud secũdi libri de oratore Ciceroĩs. Ita porro verbis est aptus & pressus, loquens de Tucydide, id est subtilis. Debet igitur epistola esse non nimis lasciuiens & exuberans, vt Caroli. Item nec ieiu-

na & triſtis & exanguis quẽ admodũ iſtius Pauli ſunt, ſed medio gradi ens itinere præ ſe ferat ſimul & grauitatẽ & elegantiã, quod optime o ſtendit Cornelius Tacit⁹ in dialogo de oratoribus dicẽs, Oratio ſicut corpus hois ea demũ pulchra eſt, in qua non eminent venæ, nec oſſa numerantur, ſed temperatus ac bonus ſanguis implet mẽbra, & exur git torus, ipos quoq; neruos robur tegit & decor commendat. Diſpli cet poſt hoc in modo iſto epiſtolandi Pauli Leſcherij, ꝙ quãdoq; ar guit vt dialecticus & ſophiſta, interdũ grãmaticam introducit, interdũ iura, eſtq; penitus varius in ſuis operibus, quæ oĩa ſunt vitanda rhe toricę magiſtris. Itẽ habet ſuæ materię teſtes Hugutionẽ & Papiã, quos conſtat nõ bonos fuiſſe grãmaticos, nedũ rhetores. Sed audiam⁹ quę dã eius vocabula prius nõ reprobata in ſupiori dialogo. Duciſſa co mitiſſa, principiſſa, p̃cordialiſſimus, abbatia ſunt plane barbara. Item equeſtris ordinis hoĩes audaces uocat in titulis eoꝝ, cum audax in ma lum capiatur, vt in cõmentarijs noſtris de abuſiõe inuenies, ꝙ & ſi mi lites vere ſint audaces, hic tñ vult eos laudare. cũ inde plus graues vi ros dehoneſtet hoc vocabulo, tam & ſi non nunq; etiam in bonũ ca piatur, p̃ſertim apud poetas qui liberius loquũtur. Item proſperatur, elucidatur, certifico, clarifico, ſæpius vtitur, quæ ſunt grãmatica verba in oratoribus rariſſima. Itẽ peramplius degradari, prodigialiter, oĩmi mode, certumfeci, baiulor, inopia (vbi dicendũ tabellarioꝝ) auiſare, ſunt penitus barbara & interdicta mũdioris linguæ ſectatoribus, cum plura eorũ ſint penitus gotthica. Itẽ rationabilis cauſa, p̃ſonaliter, ſunt grãmatiſtis remittenda, ne tecũ lege agant. Itẽ ars latiniſandi, met, am bo, onis, ſunt remittenda barbaris, quia non latina, vt in cõmentarijs dicam. Practicare etiã nunq; legi apud idoneos, licet practice practices vtatur Quintilianus lib. ij. inſtitu. Verbum autem non inueni, non ta men repugno dici. Nec ante Quintilianum quiſq; dixit practica, teſte Aenea Siluio, grẽcũ tamen & bonum eſt vocabulũ, multa alia poſuit delira menta, ſed ea extirpaui in ſuperiori Pontij libro, quapropter hic non erat opus, tamen ſi quis in huius hominis dictamina, vt ipſe dicit inciderit, diligenter animaduertat ea q̃ in Pontio reprehendi, hic etiam eſſe taxanda. Et tantũ de his. Habuit aũt iſte Paulus & Pontius de quo ſuperius diximus auctores Guidonẽ quendam et alium Guilhelmum a quibus omnes iſti triuiales & gotthici errores fluxerunt.

CONTRA IOANNEM BORIDAM DE AQVILEGIA.

Vidimus et nup quendã modũ epl'andi inſcriptũ cui titulus erat pra ctica ſeu vſus dictaminis Ioãnis Boridæ de aquilegia. Erat ſatis gotthi cus titulus et barbarus, practica dictaminis, poſtq; & hunc illũ modũ perſpexi oĩno laborabat penuria linguæ latinæ, ea qua ſuperiores,

annotaui tamen quædam in alijs non contenta, quæ hic subijciam

IOANNES BORIDA DE TITVLIS SIC SCRIBIT.

Prouido & discreto viro septiformi studio⁊ lãpade radianti &c.
Literatoriæ militiæ cingulo decorato.
Floribus eloquentiæ purpurato.

PHILOLOGVS.

Displicent mihi oĩno, vt sæpe testatus sum istæ lasciuiæ & leuitas harum oratiõum, auctoritate fretus Sulpitij Verulani hominis haud quaq; indocti, dicentis. Caue ne lasciuis & quasi calamistratis & pictu ratis inscriptionibus leuitatẽ animi indicantibus vtare, vt sunt illa. Pur pureis literarũ flosculis gemmisq; decorato. Suauissimo odore Pega sidum affluenti. Nitido scientię cingulo insignito, & similia. Purpuror aris. purpuratus literatores semidocti scribunt in epistolis.

IOANNES BORIDA SALVTATI-
onem scripsit sicut superiores.

Debitam reuerentiam & deuotam cum recõmendatione se ipsum: Salutem & oĩmodam reuerentiam. Princeps ad subditos. Salutem & gratiam suam. Item famulatum prius destinatum cum salute.

PHILOLOGVS.

Sunt salutatiões popinariæ, planeq; barbarę. Oĩmoda nõ legi apd̃ idoneos. Cum recõmendatiõe se ip̃m, oro est barbara, & vt dicitis in congrua. Recõmendatio em̃ non põt regere actm̃. Cõmendatio non *recõmendatio dicendũ* erat, famulatũ prius destinatũ. Destinare pro eo q̃d est mittere oẽs ubiq; ponitis, quod ego apud doctos nunq; legi Est em̃ destinare scd̃m Noniũ Marcellũ parare. Itẽ destinare est emere Lucilius lib. xxviij. Facio ab lenone venio tribus in libertatẽ millibus destinet. Destinare est proponere, deliberare. Plinius iunior. Calestrio tyroni, misit ad me vxor eius Hispulla cõmunem amicũ C, Geminiũ cũ tristissimo nũcio destinasse Corneliũ mori. Itẽ destinare est parare. Lactantius in prologo. Cuius asserendæ atq; illustrãdæ septẽ volumi na destinauimus. Item destino significat assignare, deputare, addicere & eligere atq; alligare, aliquãdo taxare, atq; pro precio deputare. Plau tus in Rudente. Ministriginta sibi puellam destinat, hoc idem notificat Præstino apud Apuleium qui dicit, Et percontato precio q̃ centum nummis indicaret, aspernatus viginti denarijs præstinaui. Q̃ autem alij dicũt destinare. i. mittere, allegantes Iuuena. in iiij. Satyra. Destinat hoc monstrũ cymbæ liniq; magister, pontifici summo. Ego expono pro deputat, & magis quadrat meo iudicio, nec illis assentio.

IOANNES BORIDA.

Quod si mearũ erit is facilis exauditor. PHILOLOGVS

Has & similes orationes non lego apud idoneos quas plane incongruas & ineptias credo. Quia eritis facilis exauditor, nō bene quadrāt, siue enim de vno, siue de pluribus loquebaris, omnia in eodem numero ponēda erant. Et si ad vnum loquebaris in plurali, quod vix latine fieri puto, Attamē si ita loqui vis, oīa supposita et noīa ad istud verbū pertinentia & relata, ponenda erāt in plurali, q̄d notat Cicero ad Brutum de p̄fecto oratore, de seip̄o loquēs, cū dixit. populo imposuimus & oratores vsi sumus. Quod genus (vt Quintilianus lib. vij. suarum institutionū tradit) non orationes modo ornat, sed etiam quotidiani sermonis vsus recipit, attamē ad alium sic loqui vix permittitur. Nec quis ad vnum loquens congrue loquitur, estote meus defensor.

IOANNES BORIDA.

Obolum de cætero vix valebo. PHILOLOGVS.

Tenore præsentiū dicis, q̄d a stabularijs didicisti. Idē, demonstratōe præsentiū vel ostensione, q̄ si plura inueniātur in iure canonico, quæ sunt a me repulsa, meminisse debebis in canonibus esse populare loquendi modū, & gothis indoctisq; hos esse scriptos. Nam magna ex parte post corruptionē per gothos & alios linguę latinę ignaros scripti sunt canones. Est aūt argumentū imperitorū, vt dicant cū princeps hoc est Cæsar & pontifex maximus legū condendarū aliarūq; rerum auctoritatē habeant, cur non haberent etiā illam? Vt verba quęcunq; barbara & inusitata faciāt latina, quibus illud respondeo quod Pomponius Marullus grāmaticus Capitoni, is em̄ Marullus Romæ profitebatur, sermōis exactor modestissimus, cū ex oratione Tiberiū Cęsarem reprehendisset, affirmāte Acteio Capitone. & esse illud latinū, & si non esset, futurum certe. Iam inde mentitur inquit Capito. Tu enim Cæsar auctoritatē dare potes hominibus, verba non potes.

IOANNES BORIDA.

Cum talibus venistis ad guerras. PHILOLOGVS.

Guerra est latinū corruptū & barbarū, & male loquit autentica extra vagās Fęderici imperatoris, sic inquiēs, dño guerrā facīente, sed lites bellū, discordia vel seditio, vel sikia, plura hic dimitto q̄ supius repulsam passa sunt. Lites aūt plus sunt in iudicio q̄ bello. Nec litigiū apud veteres facile reperitur. ¶ Hæc sunt igitur q̄ pro cōmuni oīm studiosorū vtilitate & Germaniæ ornamēto in mediū attuli, ea spe, vt cum in alijs multis rebus p̄stemus cæteris natiōibus, hac vna vtputa eloquētia nō inueniamur contēnendi cęteriscq; inferiores. Veturi sunt em̄ plures meduce qui nō solū hęc sed plura alia notabūt, quo magis possimus nos asserere a sorde barbarica, et ad Romanū sermonē exactius ingrendū cuiuis vel mediocriter docto sit via parata. Sed æmulis & aduersarijs

indoctis dictitibus inhumanā esse voluptatē alioꝝ famā in discrimen deduci, vt tuā nobilites (cū puerilis sit iactantiæ accusando illustres viros, suo noī famā quærere, vt dicit Hieronymus in epistola ad Augustinū) rñdebo & ingenue fatebor, eum hoiem a cōsortio humano esse segregandū merito, qui a nullo quoq; iniuriæ gñe lacessitus, inconsulto & temere in alios suā maledicentiā profundit, macerantēq; linguā intendit. Eum aūt qui veritati (q̄ uel amicis p̄ponenda est) patrocinari cupit publicęq; vtilitati cōsulere, qualē me esse laboro, credo non solū non odiū & vitupationē, sed etiam fauorē & gloriā mereri. Vitia igit̄ hoīs vel errata non hoiem taxare soleo, quinimmo tēpora illoꝝ hominū quæ fatoꝝ forsan iniquitate in maxia linguæ latinæ iactura & inopia laborabāt, bene igitur scripserūt suo tpe, doctiq; fuerūt, nunc aūt nihil nisi latinus sermo debet esse in precio, & vsurpādus, q̄d non possit fieri, nisi illoꝝ errores tollant̄, qui contra latinitatē scripserūt, nec vlla ex parte locupletare nouerūt, meus igit̄ labor, vt mihi videor nō improbatum iri, sed laudari meretur, q̄d ego adolescēs & inter linguæ latinæ professores minim⁹, sim id aggressus q̄d nemo ante me tētauit, opus in primis laudari dignissimū, quod si cōtigerit me errare vti nō dubito, debebitis meminisse optimi lectores neminē vnum vt Varro testis est, oīa posse scire. Et item vt in cęteris rebus oibus, ita in his infirma esse principia. Laudetur iuuenilis ad ardua impetus, Valete.

AD EVNDEM.

Multa sunt optime lector, vt verū fatear, in hoc opusculo, quæ & ętatis incuriā et impetum adolescentiæ sapiunt, sed primū cum officio grāmatici functus sim, non opus fuit in expositiōe & interpretatione vocabuloꝝ, verbis cōpositis & oratorijs floribus adornatis vti, non em̄ volui panegyricū scribere, aut controuersiā, sed cōmentarium, vt dicit noster Hieronymus, sed cōmentariū. i. hoc habere propositum, non ut verba mea laudentur, sed vt ea quæ non eleganter vel minus latine dicantur, possint vel aliqua ex parte ex mea hac cōmendatione cognosci, quod autē nimis acerbe illusi Pontio, Carolo &c. vt multis videtur, non est magna iactura. Sunt enim adeo ignoti, quibus detrahere vel nemo potest, quippe quoꝝ nec cognomē, nec patria scitur, addo Pontiū esse fictum vocabulū, ab aliquo qui suū nomen (& merito quidem) in tam inepto opusculo diuulgare nō audebat, Vale.

AD LECTOREM TETRASTICHON.

Scripsimus hæc iuuenes, dum non mihi barba rigeret,
Attamen & pueris sæpe legenda puto,
Q2 si quid lima dignum conspexeris ipse
Emendare precor dexteritate velis,

AD NOBILEM VIRVM IOANNEM GASPAREM, de Bubenhoffen equitem auratum præstantissimum, Epistola Henrici Bebelij Iustingensis.

Religiosi agricolæ Ioānes Gaspar equestris ordinis vir p̄stantissime dñs lacte supplicāt, & mola tm̄ salsa litant (scribit Plinius) qui non habent thura, nec id dñs ingratū existimo. Nam vt desint vires, tñ est laudanda volūtas, hac ego cōtentos auguror esse deos, quod cū ita sit, & ego te honorare vt dñm & aliquo demererī bñficio, vt par est, diu instituissem, cōsulto te primū minutulis quibusdā munusculis & leuioribus adeundē putaui, vt si hæc minutiora te grato aīo suscepisse intellexerim, aniares me, & aditū p̄beres ad grauiora, q̄ deinceps in nōis tui gloriā & immortalitatē cum diligētiori studio meditarer, nā si libere per virtutū tuarū circulum peragrare uellē, non paruo essem episto lio cōtentus, sed perpetuo quodā historiarū contextu tua excellentissima p̄conia posteris demandarē. Longum em̄ esset narrare, qua animi magnitudie floreres, qua rei militaris disciplina, quę oīa ita sunt oībus mortalibus explorata, ut in his p̄dicandis videar rē facere superuacuā oīno. Taceo morū probitatē, integritatis candorē, fideiq; dexteritatē, taceo cæteras virtutes pene infinitas, quæ in te tabernā quasi & diuersoriū fecisse existimantur, quoniā hæc reseruare libet ad quædam alia grauiore cothurno canenda, cum nihil antiquius ducā (si hæc parua non displicebunt) cū dari mihi occasionē, vt omnes homines intelligant, me tibi esse clientē deditissimū, in præsentia autē cum nihil in humana vita magis gratiosum aut fructuosum sit, q̄ literarum tractatio & eruditio, quæ fertiles de se ac luxuriantes in cuncta orbis climata ramos protēdit, tibi de his fructibus exiles primitias (vt aliqua ex parte meam in te obseruantiā declararem) offero non cito perituras, sed cum ingenio longū mansuras in æuū, nec credas te homine in rebus militaribus excellentissimo indignū, legere aliquādo politiores literas & epistolarū decorem. Philippus em̄ rex Macedonię (teste Gellio) cum oīmi ferme tēpore negocijs belli, victorijsq; affectus exercitusq; esset, a liberali tñ musa, & a studijs humanitatis nunq̄ abfuit, quin lepide cōmiterq; plæraq; & faceret & diceret, epistolæq; eius mundiciæ et venustatis & prudentiæ plenissimę vndiq; sunt circumlatæ. Augusti quoq; orbis terrarum domini epistolas se vidisse testatur Franciscus Petrarcha, qui paulo ante centum annos obijt. Accipe igitur heroicarū virtutū clarissime cultor hunc breuem dialogū, contra epīas Caroli, quę multorū seducunt ingenia, ne igitur pios adolescentes semper continuat errare per huiuscemodi hallucinatiōes, parua quædam cōmentatus sum, ex quibus perspicue intelligitur Caroli epistolas ab oīnibus

studiosis vitādas esse, sed cum perspectū mihi sit, nō defuturos elementarios quosdā blaterōes, q om̄e q̄d aut assequi nequeūt aut a moribus et institutis eorum alienū est, carpāt, & macerātibus linguis inhoneste lacerent, dicētes, quid hic contra laruas solet pugnare, et vitupare mortuos? Te contra hos propugnaculū & defensorē constitui, quos noīs tui claritate in turpissimā fugam cōuertes, quibus & ego facile respondebo, me Carolū & alios qui peccarunt in lingua latina solœcismosq; cōmiserunt nō vituperasse, equidē si vitam illorū, si mores, si genus insectatus essem, tunc faterer illos vituperasse, sed nihil tale attigi, neq; attingerē. At em̄ de literis studijsq; cōtendere, ac interdū vehemētius vrgere, & si res exigat aduersariū pungere, disserere id quidem est, nō vituperare. Cogito itaq; neq; posse id mihi vitio dari, q̄d publicæ vtilitatis causa suscepi, neq; iniuriā illi fieri, qui repræhenditur, si modo rite repræhēdatur, q̄d in se fuisset ipse facturus, si errata sua anīaduertisset, quin potius si quis Carolo & alijs in lingua latina errātibus apud inferos sensus inest, ausim affirmare eos nunq̄ ægre laturos, imo gauisuros, secūq; pręclare actū esse testaturos, quoꝝ de medio errores tollamus, ne plures ꝑ eos errare cōtingat. Nōne & diuus Hieronym⁹ acerbissime inuectus in oēs hereticos, & viuos & qui mortui essent, cōsecutus est sanctitudinis coronā, & ea merita apud deū, homīesq; laudem & gloriam, ut nihil supra possit excogitari? Cur ego vel non venia dignarer qui hæresim (vt ita loquar) linguæ latinę extirpare cupio, non aura populari allectus, sed solius latinitatis quā publice profiteor motus commiseratione. Sed quid plura? non scribimus populo & indoctis, sed tibi & doctis, qui sapitis & diiudicare potestis æqua lance, ea quæ recte instituta sunt, & hominibus fructum sunt allatura non dehonestamenta. Vale o præsidium & dulce decus meum.

PHALEVTICI ENDECASYLLABI AD EVNDEM.

Inter martigenas viros corona
Grate suscipias mei minuta
Laudes q̄ celebrāt tuas per orbē
Virtutesq; tuæ venustiores
Tam famā nitidā referre cuiq̄
Pulchrū est post obitū relinq̄re int̄
Testē, qui fueris perenni in æuo
Exorsus animo sereniori
Gaspar, nobiliū decusq; rarum
Cōmenta ingenij, rudesq; ofellas
Immensum, & veniēt virū per ora
Nunq̄ diuitiæ caduciores
Possunt, vt facilis fauor poetæ
Mortales veneratione dignū
Ob hoc suscipias minutiores
Post hoc per calamū sonantiorem
Te tollam super astra, Iam valeto.

CONTRA EPISTOLAS CAROLI.

¶ Scripturo mihi cōtra ineptias epistolaꝝ cuiusdā Caroli, vt ex eius scriptis facile liquet Burgūdi, tota Germania in me eijciendū & explo-

dendũ conspirabit, adeo sacer, & celebri noĩe est apud nos ut p̃ripuisse palmã oĩbus qui mõ in conscribẽdis epistolis operã locar̃t, existimet̃, nec quisq̃ epl̃as se confectur̃ sperat, nisi eius copiã habuerit. Ego autẽ qui eius lectiões dissuasurus venio, nihil eorũ quę recte instituisse confidã mutabo, & si oẽs quotq̃t sũt in Germania reclamarẽt, & meũ hoc inceptũ tanq̃ temerariũ improbarẽ. Nõ em̃ debita laude fraudabor, veniat mõ æquus rerũ ęstimator, & non plus in hoĩs verba q̃ in veri fidẽ iuratus cõtingat iudex, nec assis faciã censores illos pulpitarios triuialesq; mgr̃os, quor̃ vnum studiũ est doctiores fodicare, cætera oĩa cœcutiẽtibus oculis pueriliq; doctrina tractantes, dũ modo hoc meo labore sim pluribus vtilitatẽ allaturus nõ mediocrẽ, cum ad hæc non mõ legenda inuitauerim plurimos, verũetiam ad simile aliquid elaborandũ, æmulationis studijs excidẽtur non pauci, & eo pacto barbarię renũciabit Germania. Verũ vt aliqñ aggrediamur rẽ, sic habetote pij lectores. Om̃es salutatiões fere quas cõgessit in hunc librũ ille audaculus verbor̃ structor esse incõgruas, hoc est barbaras, vel ab om̃i reuerendę vetustatis religiõe & sanctitate alienissimas, et pueriles in primis quas vsurparẽt vix pueri elemẽtarij. Antiquitatem aũt, hoc est Tullij & æqualiũ tempa in latina lingua in primis imitari decet, nec sine piaculo ab his dissentire datur. Vetustas em̃ vt dicit Macrobius tertio Saturna. nobis semp si sapim⁹ adoranda est. Et Phauorinus phũs apud Aulũ Gellium li. i. ca. x. dicit antiquitatem tibi placere ais, q̃ honesta & bona & sobria & modesta sit &c. At antiquitas & antiquitatis admiratores non scribũt salutationes pueriles sicut Carolus. Sed dicũt tantũ. Salutẽ dicit, uel salutem plurimã dicit. Græci aũt bene agere. Plurimi ex latinis dicũt fœlicitatẽ optat. Et qui aliter facit, non scribit latino more, nonne & antiquitas (a qua ad nos defluxit omnis doctrina) si nouisset meliorẽ & magis idoneũ modum salutationũ in hoc cõcordibus omnium monumẽtis non perseuerasset, sed barbaras vt tu scriptitasset salutatões. At nosco te primũ responsur̃ fingere necesse est, q̃d tibi concedo, si fiat citra Romanę linguę detrimentũ. Caue igitur quisqs cupis esse latinus ab huius epl̃is, nam nõ solũ peccat in salutationibus, sed & alibi, vt plurima loca taxando in mediũ proponã, quod tam & si plurima relinquerit in istis epistolis, q̃ sunt ad oẽm eloquentiã accõmodatissima, sapuerintq; plane latinã linguam non tamen legenda censeo. Quoniam (vt dicit Aulus Gellius in x. de Seneca) Adolescentium indolem non tam iuuant quæ bene dicta sunt, q̃ inficiant, quæ pessime, multoq; magis & si plura sint q̃ deteriora sunt, q̃ si inter doctos sibi locum non infimum vendicauerit, ut certe potuit, ingenio tamen suo indulgere q̃ tẽperare maluit, ut de Ouidio scribit Quintilianus. Nunc

institutum iter continuãtes, ponemus eius ineptissimas salutes, postea valedictiones, tandem alias ineptias.

SEQVVNTVR SALVTATIONES CAROLI.

Salutes plurimas q̃ effundere possit hic calam⁹ aut fere papyrus.

PHILOLOGVS.

Hæc oratio est barbara, & vt dicimus incõgrua, plurimas & q̃ effundere possit, non quadrãt, quod elementarius puer dijudicaret. Sed plures, vel alius comparatiuus, superlatiuus non, aliqui habent non quãsed quas, quod magis placet. Etiam salus secundum grãmatistas non habet salutes, sed caret. Sed tamen non repugno potuisse etiã dici salutes, si aliquis veterũ protulisset, quẽ tamen nullum scio. Cum Martinus Phileticus super epistolis Ciceronis dicat salutes numero multitudinis nõ inuenitur apud veteres, de quibus rebus & nominũ carentia in cõmentarijs nostris de abusione linguæ latinæ plura audies. Salutem etiam nec effundit calamus, nec fert papyrus, quoniam a solo deo procedit, nec in potestate vllius est hominis, nedum inanimatorum, vides igitur etiam hanc primam salutationem esse contra grammaticam & congruitatem & verborum proprietatem. O Carole de latina lingua pessime merite, quot vidi literariæ disciplinæ milites perte deceptos? qui hæc prima tuæ salutationis deliramenta in suis epistolis scriptitarunt. Sed iam ad alias salutationes quas simul ponam, tanquam in vno ignorantiæ luto demersas.

SALVTATIONES CAROLI.

Immensas perenni fauore salutes.
Salutes fœlicium votorum datrices.
Amicitiam supra quam dici potest pro salute.
Seruicium promptissime ad quæcq; placita pro salute.
Salutes ad astra vsq; ferentes. Fœlicitatem sine carituram.
Salutes æquantes Maris arenas.
Animum ad placita paratum pro salute.
Plurimæ salutis longum affluxum.
Centenas salutes millesies resumptas.
Salutes supra quam scribi potest lætiores.
Subiectionem humilimam loco salutis.
Largas abundo fluxu salutes.
Salutes plurimas omni salute lætiores.
Multarum salutum plenissimum sinum.
Ineffabiles spe multa salutes. Ingentes tumulo profundo salutes.
Plurimas abundo fauore salutes.
Salutationem quam dare solet suo pressori Scorpio.

Salutes quas inter vngulas milui assequitur pullus.
Salutes illæ quas mihi optas in te redeant pro salute.
Salutem quam Cretenses suis hostibus optauere.
Mille item & mille milleſies mille salutes.
Salutes numero multas, mole magnas, ponderecq; onustas.
Salutes plurimas ex centro cordis egressas.
Plurimas effectu immenso salutes.
Fortunas speratas cum salute.
Salutes innumeras rosis & violis amœniores.
Salutes plurimas amœno splendore fœcundas.
Salutes plurimas sine atq; mensura carentes.
Salutes tibi nuncius meus dabit. Honores plurimos pro salute.
Ingentes ad vota salutes. Fœliciter viuere pro salute.
Salutes plures q̃ messis aristas. Salutes stellis numerosiores.
Salutes plurimas aduersitatis nescas.
Salutes plurimas melle & succurra dulciores.
Salutes fraterno amore venustas.
Salutes plurimas beniuola penna depictas.
Summas summo fauore vel vigore salutes.
Cupidi obsequiũ loco salutis. Salutẽ in eo sine q̃ salus esse non põt.
Salutes tam abundas, vt saccos repleant sportas & bigas.
Præmissa recommendatione decenti ac debita.
Salutes lætissimo sole lætiores. Plurimas iugi cremento salutes.
Salutes non pauciores q̃ gerit æstas aristas.
Salutes numero incalculabiles. Ingentes cordis ex fronte salutes.
Salutes quas tibi mens plenissima gestit nec calamus sufficit pingere.
Amicitias adamante solidiores. Decenti cum vrbanitate salutes.
Salutes astris splendidiores
Gaudiorum nostrorũ manipulũ saltem vsq; ad vnum pro salute.
Altos ad tumulos vsq; salutes.
Boni viri scyphos plenos lætosq; hausfus pro salute.
Salutes omnes quas tenet polus, humus aut pelagus.

Et alias innumerabiles posuit hic Carolus, quas tamen longũ esset omnes recensere, cum in his iam scriptis satis sit ineptiarum.

PHILOLOGVS.

Quã sint rusticæ, inelegantes, incõcinnæ, stultę & barbaræ salutationes istę Caroli, q̃s est tam cecus qui nõ videat? Quid aliud facis o bone Carole, nisi bellũ gerere cũ latina lingua, vbi legisti illas & reliquas pene oẽs salutatiões, tam insulsas tã ridiculas, tam barbaras? a te prodeunt, tuæ inuentiões sunt æque ab oĩbus studiosis cauẽdæ atq; vene-

num publicũ, posuisti item plures alias ineptias & salutatiões quas & quarꝝ similes superius reprobaui. Audistis prius salutes apud idoneos non reperiri. Veniã nunc ad alia quædã, quia magnũ crescere in volumẽ, si oẽs errores essent taxandi. Amicitias supra quã dici potest pro salute, nec illa oratio est a quoq; exponibilis ad congruã sententiã. Salutes ad astra vsq; ferentes est puerorum sermo, Similiter illa. Salutes æquãtes maris arenas. Similiter illa. Centenas salutes millesies resumptas. Etiã lego millies, nunq; millesies apud idoneos inueni. Et fatuæ illæ sequẽtes salutationes. Salutes numero multas mole magnas ponderoq; onustas. Salutes innumeras rosis et violis amœniores. Salutes q̃s inter vngulas milui assequatur pullus. O bone Carole præter alias ineptias debuisses dixisse vngues, nõ vngulas. Differunt em̃ vngues & vngulæ, q̃uis vnũ ab altero deriuetur, qm̃ vnguis est eorũ animaliũ quæ digitos habẽt separatos penitusq; distinctos, vt sunt hoïes, simiæ, aues. Plinius. Vngues simiæ imbricati sunt, hoïbus lati, rapacib⁹ vnci, cæteris recti, vt canibus, p̃ter eum qui a crure plærisq; depẽdet, & sæpius apud Plinium inuenies. Vngula vero de his dicitur q̃ digitis carẽt. Idẽ de struthio camelo qui ex gñe volucrũ est, vngulæ huic sunt ceruinis similes. Idẽ. Sues illyrico quibusdã locis solidas habent vngulas. Idem sæpius & aperto hanc differentiã monstrat. Hæc Perottus. Vnguicula de his dicitur q̃ habent vngues. Errat Græcista qui dicit. Vngues non brutis dantur, datur vngula brutis. Salutes q̃s Cretenses suis hostibus optauere &c. Salutationẽ quã dare solet suo pressori Scorpio. Salutes quas inter vngulas milui assequitur pullus, & innũerabiles aliæ. O q̃ deforme chaos, o q̃ totus ineptus es, non em̃ solum nõ sectaris elegãtias, verũ etiam sine omni verbor̃ ponderе prolaberis in quãq; ignorantiæ sentinã. Primo, non habes differentiã inter salutẽ & salutationẽ. Secũdo sine om̃i sententiarꝝ ratione scribis, quicquid in buccã venerit, quod est furiosi hoïs, etiã si vsus esses elegãtibus verbis, quod te docet Cicero in primo de oratore ad Quintũ fratrem. Quid est em̃ tam furiosum q̃ verbor̃, vel optimor̃, vel ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sniã, neq; scientiæ? Audi & Quintilianũ in nono suarum institutionũ. Sunt qui neglecto rerũ pondere & viribus sententiarꝝ, si vel inania verba in hos modos deprauarũt, summos se iudicẽt artifices, ideoq; non desinũt eas nectere quas sine substãtia sectari tam est ridiculum q̃ quærere habitũ gestumq; sine corpore. Quod añt dicis salutes innũeras rosis & violis amœniores, est deformissima transsumptio & inepta. Contra quã & simílẽ (sæpius enim cõmittis eandẽ) loquitur Quintilia. in viij. dicens. Optimeq; Cicero demõstrat ne sit deformis translatio, qualis est castratã morte Africani rempub. Salutes plu-

rimas omni salute lætiores, vide qualis sit ista oratio, salute lętiores ꝙꝫ stolida. Item lætus vel lęta non est congruū valde epitheton salutis in prosa oratione, ꝙ si esset congruū, superabundaret, quia per se omis salus nobis gaudio est. Epithetis aūt in prosa oratione non est utendū quēadmodū in carminibus, nisi aliquid agant ad sensus perfectiōem. Audi Quintili. in viij. li. Ornat em̄ epitheton ꝗd recte dicimus appositū, a nōnullis sequens dicitur, eo poetæ & frequētius & liberius vtunt. Nam ꝙ illi satis est cōuenire verbo cui apponitur, & itaq; dentes albi & humida vina, in his non repræhēdimus apud oratorē, nisi aliquid efficitur, redundat, tum aūt efficitur, si sine illo quod dicitur, minus est, qualia sunt. O scelꝰ abominandū, o deformē libidinem. Itē largas abundo fluxu salutes, præter ꝙꝫ ꝙ est ineptissima oratio, etiā nunꝙꝫ legi apud doctos abundus a, um. sed bñ abunde vel abundāter aduerbiū Itē salutes plurimas ex centro cordis egressas, nemo orator diceret ex centro cordis. Quāuis centrū sit philosophoꝝ et mathematicoꝝ vocabulū. Fortunas speratas cum salute, es malus philosophus Carole, nam rerū & verboꝝ pondus minīe attendis, vbi em̄ salus est, ibi procul cedat fortuna, multū em̄ dñatur fortunæ, & ab eius ministerio procul est, ꝗd a summo datur & optimo maxīo deo. Honores plurimos pro salute. O bone Carole es vtrecū iocer cōtra nr̄am fidē obstinatus maxīe vel capitalis inimicus illi cui hanc optes, nō dico salutē, sed maledictiōem, qm̄ vanos & instabiles & caducos honores qui cōplures pessundederūt (vt dixit Socrates apud Valeriū Maximū lib. vij. de sapienter dictis & factis) optas ei pro salute, qua nihil pōt melius excogitari ī humanis. Salutes plures quā habet messis aristas. O bone Carole vbiq; optas multas salutes, credo ꝙ sis gētilis, qm̄ tantū vna salus est, quę procedit a deo. Tu forsan credis esse plures deos, & a quolibet singularē procedere salutē, & ob hoc dicis salutes. Salutes plurimas aduersitatis nescias, hic etiā deliras Carole, aduersitatis nescias, ꝙa nulla salus vera, nisi eadē sine aduersitate. Salutes tā abūdas vt saccos repleāt sportas et bigas. O Carole magna audacia usus es, cū tam puerilē rem trāsmisisti ad posteritatē, quō enim res imaterialis magnitudini & oneri, id est rebus materialibus possit cōparari & conuenire. Præmissa recōmendatione, hæc & similia plurima superius taxaui, qua propter de his hic nulla mentio. Plurimas iugi cremēto salutes, ego raro legi crementū apud idoneos, sed bene incrementum. Salutes non pauciores qua gerit æstas aristas, æstas aristas cacophaton est, κακοφατον, hoc est malus sonus, qui est plus fugiendus fere ꝙꝫ vllum aliud in grāmatica vitiū. Nam dicit Aulus Gellius lib xij. noctiū atticaꝝ, quod a scriptoribꝰ elegātissimis maior ratio habita sit sonitus vocū atq; verbo-

rum iucundioris, quæ a græcis εὐφωνία Euphonia, id est vocalitas, consonātiaq; dicitur, quā regulæ disciplinæ quę a grāmaticis reperta est. Idq; probat auctoritate Valerij probi, Virgilij, Ciceronis, Lucretij & reliquor, de qua doctissimū Augustinum in sua grāmatica audi, nam euphonia inquit, id est suauitas bene sonandi admissa est ad latinum sermonē, vt aspera temperet, & ab arte ex ratione recessum est, vbi asperitas offendebat auditum. Sic Cicero ait, impetratum est a ratione, ut peccare suauitatis causa liceret. Salutes numero incalculabiles Incalculabiles nondum legi apud idoneos ad salutem pertinere, ne dum in frequenti vsu. Ingentes cordis ex fronte salutes, est insulsa oratio, nescioq; profecto vbi vel quæ sit frons cordis. Salutes quas tibi gestit mens plenissima &c. Quid tibi vis Carole, q̄ dicis mens plenissima? forsan plenissima stultitiæ & sic est sensus perfectus. Q; autē hic apud te gestit regit accusatiuū quas, non legi adhuc apud idoneos immo & nuper quidam scriptor comœdiarum eodem vitio laborauit, contra quem ita scripsi in annotatiōibus, vbi legisti gestire post se exigere accusatiuum? ego em̄ non legi, vide quid Terentius in Eunucho dicat. Cherea quid est quod sic gestis. Virgilius in georgicis. Et studio incassum videas gestire lauandi. Est igitur gestire (vt scribit Seruius Honoratus grammaticus) læticiam suam corporis habitu significare. Item Nonius Marcellus gestire lætum esse significat, dictum a gesticulis facilioribus, & sic secundum illos est verbum absolutum, vt dicunt grammatici, quod non regit accusatiuum. post se, potest tamen quandoq; regere accusatiuum quādo pro cupere ponitur, nec tamen legi nisi apud Tertulianum, qui dicit in principio Apologetici, vnum gestit interdum ne ignota damnetur. Boni vini scyphos plenos prosalute. O Carole vt rideam tuas ineptias, es plane epicureus, qui nihil curas de salute, sed tantum de gula & voluptate, esq; aliter Sardanapalus, qui fecit scribi in sepulchrum suum. Cum te mortalem noris præsentibus exple Delicijs animū, post mortem nulla voluptas. Nanq; ego sum puluis qui nuper tanta tenebam. Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido Hausit, at illa manent multa & præclara relicta. Strabo hęc. Has & oēs salutationes possem reprehendere pluribus modis sed non est opus, cum noueris eas esse fatuas, ridiculas, & barbarale xim vbiq; olentes, procedā iam ad valedictiones eius, vbi nō minus ineptit q̄ hic, ponamq; tantum aliquas, quia his cognitis poteris alias etiam his similes vitare, tanquam ridiculas & barbaras.

VALEDICTIONES CAROLI. SEQVVNTVR.

Tu fœlix vale & quidem valentius quam qui valentissimus.

Tu lætius vale quam apis in thymo, quam piscis in vndis.

Vale raptim ex Parrhisius acta iam cœna cadente lumine solis.
Vale in eo qui facit valere.
Vale ex Roma octobris decima velocius euro dū nox tulerat silentia
Vale in eo qui dat escam omni carni. (terris.
Vale longa die & voto fœlici ex Bononia tarde dū lęta traherēt crepu
scula noctē ex. N. mane dum iam cessarūt profecto sole tenebræ.
Vale propecq; diem me expecta, intro quoq; me infra cor tuū firmare
Vale valentius quam qui fœliciſſime. (digneris:
Vale lætus & faustus optatoq; voto fruare.
Vale fœlix teq; in æuum seruare dignetur creator astrorum.
Vale & tuā naturam tuāq; promissionē sequęre in p̄clara te vocantes
Vale, longior essem sed ad quietem sopor me inuocat.
Valete mihiq; præcipite nihil mihi dulcius erit votis paruisse.
Valete in eo sine quo valor esse non potest.
Tu vale in eo qui neq; fallitur neq; fallit. Et fœlix valeas corpe sano.
Vale atq; sic studeas vt semper magis valeas.
Vale estoq; faustus in æuum ex. N. volante manu leuissima penna.
Vale ex Parrhisius eo calami cursu quo lepus segnior erat.
Vale ex Louanio tam rapido cursu digitor, vt vix oculi sequerētur.
Vale ex. N. adeo cursim vt visus calamus ventos superare fugaces.
Vale atq; fausta fœliciq; sospitate fruare. Et vale gaudentissime.
Vale ex. N. sancti Lucæ profesto tarde iam terris luce dimota.
Vale ex. N. tarde dum nox aderat crescentibus astris.
Vale ex Louanio digitorum motu non segni.
Vale ex. N. leporino cursu & quidam ocyus quam corpus opacum
soli obiectum causauerit vmbram.
Vale ex Louanio oculi trepidantis in ictu.
Vale teq; ille custodiat in cuius manu nos & nostra consistunt.
Valete pater optime in eo cui nullus præfuit auctor.
Valeto & merearis & ea benedictione fruaris, quam oues a luporum
dentibus recipere solent.
Ex. N. tarde luce cadente volante noctua nuncia noctis.
Ex. N. celerius q̄ suos aspergat radios phœbus.
Valete lætissime siccatis oculis dolore seiecto.
Ex. N. Iunij septima, irundinis volatu raptius.
Vale in eo qui numerat seculorum dies & horas.
Vale Maij q̄nta tā rapido calamo quasi iūctas haberet Dędali pēnas.
Ex brugis perfestinātēr vna tibia stante altera ferente papyrum.
Vale semper intentus q̄ labilis sit mundus.
Vale tibiq; persuade q̄ me totum tibi dedo.

Vale ex Parrhisius alato calamo pennatis digitis.
Vale ex. N. raptius q̄ fulgura cadunt.
Vale sponso lætius regeq; fœlicior;
Interea vale meiq; semper meminens esto.
Vale semperq; præcipe tuus semper fuero, si tēpus postulat aut res;
Vale scriptum sub blauio cœlo luna supplente diem.
Vale fortis semper & sanus ferriq; recocti robore firmior.
Vale perhilariter & quidem gaudentior muscis in melle.
Vale constans studio intentus omniq; pendentia mentis secluſa.
Vale ex. N. ocyus q̄ imaginem specula reddunt.
Sed vale sūt calamus, parcito q̄so dando epl'am ne crescat in librū:
Fac valeas idq; signātissime cura, ut si qd studio demas ꝟ tutibꝫ addas
Vale ex. N. Horæ labuntur, cadit sol & duplicat vmbras, parat se dies cedere nocti &c. PHILOLOGVS.

Videte pij lectores barbari Caroli nouā latinitatē, æque em̄ hic atq; in salutationibus delirat ineptissime, vel em̄ oībus scriptoribus doctrina prestat & oīm doctissimus est, vel oīm ineptissimus, quoſquos em̄ scriptores dico probatos, vnq̄ legi, cauēt ab istis ineptijs, soluſq; Carolus scribit ea, quæ nullus vnq̄, vel legit vel scripsit. Q, si cōmendarent epistolas, & eorū venustati patrocinarētur, nōne & Cicero & reliqui etiā nouissent sic addeē in fine pueriles & barbaras orōnes & comparatiōes? De industria pariter barbaſculus hic Carolus adiungit vel versum vel mediū versum, q̄ etiā tam crebro nemo vnq̄ latinus fecisse cōperitur, vnde Quintilia. lib. ix. de cōpositione. Versum in oratione fieri multo fœdissimū est totum, sed etiā in parte deforme, vtiq; si pars posterior in clausula depræhēdatur, aut versus prior in ingressu: Ego aūt dixi non crebro fieri, quoniā apud Ciceronem aliquādo in orōne inuenitur integrū modo, modo mediū metrum, sed raro. Sed vt dicit Fœlix Capella. Hic tū vir & longo opere & ipsa sua maiestate defēditur. At tu scribe tot & tam egregia q̄ fecit Cicero & tibi etiā somnum nō abnuimus. Tu aūt in epistolis cōficiundis sequere maiores & doctissimos, scribaſq; vale tm̄, vel si velis, Vale, & me cōmendatum habeas. Vale & me, vt soles ama. Vale & me apud principē tuum cōmenda, vel simile &c. sine istis vanitatibus & puerilibus cōmentis. Vt aūt in summa dicā, omnes iste valedictiōes quas hic apposui, sunt vanæ & cauendæ ab oīmbus qui volunt & censeri & esse latini. Ex Bononia, tarde dum læta traherēt crepuscula noctē. Carole sepissime peccas in dictiōe tarde. Debebas em̄ dicere sero non tarde. Aliud enim est tarde, aliud sero, quod puer elementarius scire deberet. Vale eo calamicursu quo lepꝰ segnior esset. O ridiculā comparationē & nunq̄ apud

doctos lectã. Es Carole vt coniectura consequor rusticus, & stilus tibi rusticus cordi est (vt Plinius ad Ruffum suũ dicit) Sunt enim ut castris, sic etiam in literis nostris plures cultu pagano. Vale ex. N. sancti Lucæ profesto, mallẽ dixisses vigilia. Nam profestũ a festo & religione vacuum est, & quilibet dies non festus, vt dicit Nonius Marcellus, & Macrobius lib. pri. saturnaliũ de diuisione dierũ scribit profestos dies hoĩbus ob administrandã rẽ priuatã publicãq; concessos. Vale ex. N. tarde dum nox aderat crescẽtibus astris. Bone Carole, astra nocte nec crescunt, nec decrescunt. Nam in eodẽ numero & die & nocte sunt, quamuis die propter solis splendorẽ ea obsuscantẽ non videantur, quod & stabulariĩ & popinariĩ nouerunt. Tamẽ is sermo poetæ est concessus, & frequens, qm̃ vt Acron grãmaticus dicit, ex vulgari opinione plærunq; poetæ sensus cõcipiunt. Oratoribus autẽ sententiarũ grauitas & pondera verborũ conueniũt in primis, quod tu hic non consideras: Vale & quidẽ ocyus quã corpus opacum soli obiectũ causauerit vmbram. Quis vnq̃ ex literatoribus nedũ ex doctis vel audiuit, vel legit hanc quã sordidissimã comparationẽ, celeritatis cum corpore opaco Adde q̃ corpus opacũ est philosophorũ, non rhetorũ, prout opacũ dicitur nõ translucidũ. At opacũ ut dicatur (cuius contrariũ est Apricum. i. soli expositũ) vmbrosum latine, & ab ipo Cicerone dicit. Causauerit semidoctorũ grãmatistarum non illorũ qui emuncto & romano loquũtur sermone verbũ est, prouulgata significatiõe. Causari vero deponẽtaliter est in vsu poetarũ & rhetorũ. Est autẽ causari causam rei gestæ afferre. Quintilianus in declamationibus, nec causanti pupillo sic tutor irascatur. Virgilio. Causando nostros in longũ ducis amores. Causari etiã significat causam dicere, vel defendẽ, vt Nonio Marcello placet. Vale meiq; semper meminens esto. Meminens non est in vsu nostro, vt dicit Mancinel. In Plauto meminẽs legitur tamẽ effuge lector, quod tam & si Sidonius in epistola ad Hesperiũ etiam vsus sit, non debet mihi obesse. Ab illo em̃ eruditionẽ, non puritatẽ sermonis aut receptorũ vocabulorum auctoritatem mutuãdam esse existimo: Vale tibiq; persuade q̃ me totũ tibi dedo, nihil ista oratione insulsius. Est em̃ penitus incongrua, & popinariorũ peculiaris loquendi modus sed dicendũ erat, tibiq; persuade me totũ esse tibi deditum, vel tibi esse deditissimũ. Vale ex. N. alato calamo, pennatis digitis. Oridiculũ totum Carolũ nihil apportat, nisi quod est alienũ ab omni latini sermonis elegantia. Vale semperq; pcipe, tuus semper fuero si tẽpus postulat aut res. Bone Carole nimis concisas & tortuosas, hoc est sibi non cohærentes orõnes cõglutinas, quod est vitiosissimũ, vtpote sp in tertio verbo aliã inceptare sniam, quod tu hic & sæpissime facis. Vale signã-

tissimeq; cura. Signãter et signantissime nunq̃ legi apud illustres. Vale ex Parrhisius, ego dicerẽ ex Parrhisijs, nixus auctoritate doctissimi viri nostra tẽpestate Philippi Beroaldi, qui dicit in annotationibus contra Seruiũ, ego annum agens tertiũ & vigesimũ, cum Parrhisijs celeberrima totius Galliæ ciuitate, studia humanitatis publico auditorio profiterer. Parrhisij parrhisioꝝ pluralis numeri tantum significat & gentem & ciuitatem illius gẽtis. Est igitur notum ex Beroaldo Parrhisijs pluralis numeri tantũ esse, & non debere dici ex Parrhisius. Item & Parrhisios esse populos illius vrbis, ex eiusdem auctoritate notũ, atq; auctoritate latinissimi historici Iulij Cæsaris qui dicit Lutetiam esse oppidũ Parrhisioꝝ. Et vt quandoq; finiam, om̃es istæ Caroli valedictiones sunt non minus ridiculæ q̃ ineptę, & in primis ab om̃ibus latini sermonis studiosis vitandę, quas oẽs singulatim taxare esset superfluũ & nimis tediosum. Nunc descẽdemus ad epistolas Caroli, earundẽ uel saltẽ aliquas ineptias & incongruitates studiosis ostendendo, vt ab earum lectione sint penitus alieni. Nam si om̃es (vt ita loquar) incõueni entias exhibere pergerem, res cresceret in magnum volumen, & epistolis grandius multo, quod esset lectoribus fastidiosum.

CAROLVS.

More vinarioꝝ qui de quolibet vase probã tradere consueuerũt.

PHILOLOGVS.

Probã ego in vita mea nunq̃ legi pro illa significatõe, nisi apud indoctos & eosdẽ plane barbaros.

CAROLVS.

Sed nunc isto cum opportuno gerulo te scire exopto.

PHILOLOGVS.

Hæc est or̃o meo iudicio non multũ in vsu eruditoꝝ & receptoꝝ, dicẽdo sic, gerulus pręsentiũ, quod ego nunq̃ legi, vel gerulus se solo, vel portitores licet Hieronymus & Sidonius vtãtur, sed dicendũ est secundũ veteꝝ vsum Tabellarius. In hac em̃ or̃one lator pręsentiũ et similibus (vt Perottus dicit) non modo barbare loq̃mur, sed etiã falso, non em̃ lator est, nec cum scribuntur literæ, nec cum legũtur, cum em̃ scribũtur, laturus est, dum legũtur attulit, hæc ille. At Perottus vix satis exacte vim illius verbalis in or & etiam similiũ considerauit, possunt em̃ oĩbus tẽporibus applicari, dicitur em̃ doctor siue doceat, docturus sit, vel docuerit, ita lator legis tam qui tulit q̃ fert, aut laturus est dicitur. Sic etiã victor dicit, tam qui vincit q̃ vicit, vbi igitur nostri dicũt lator vel baiulus, vel ostensor. vel exhibitor, vel gerulus, vel pręsentator pręsentiũ, uel harũ, tu dicas vno verbo & elegãter tabellarius gerulus tamẽ literarum magis admittitur (non gerulus præsentiũ vel harum) cum Plautus dixerit Salutigerulos pro salutem portantibus.

Ita etiã in bacchi. Chrysalus dicit, non prius salutẽ scripsit. Nicobulus respondet, nusq; sentio. Chry. non dabis si sapies. Verũ si das maxime ne ille alium gerulũ querat. Idẽ in pseudo. munigeruli vtitur. quasi gerentes munus, & Suetonius de Caligula. Magnificas Romã literas misit monitis sæpe latoribus &c. Et Solinus de Germania dicat, potuũ gerulus. Apuleius similiter gaudij sui gerulus scriptũ reliquerit, aliud tamen magis est in vsu probatoꝝ, quod & graphice expressit Hieronymus dicens, rudes Italiæ populi ante chartę & membranarꝝ vsum, aut in dolatis ex ligno codicillis, aut in corticibꝰ arborꝝ mutua epistolarꝝ colloquia mittitabãt, vnde et portitores earũ tabellarios, & scriptores a libris arborꝝ librarios vocauere. Portitor aũt vt sit ille qui aliquid portet, & vt alij volũt, qui portaẽ, nõ possum scire vnde deriuetur, tñ a portare portator potius q̃ portitor diceẽ, de qua re ita dicit Baptista Pius Bononiensis, quos græci telonarios appellãt. Cicero mgros scripturæ. Primores tñ latini portitores appellant. Inoleuit & stirpescere caulescereq; iam pridẽ occepit labes opinionis, quæ meo primũ marte demolienda est, portitorẽ scilicet appellarent literarꝝ nuncium. Nec obstat Cassiodorꝝ cæteroſq; neotericos portitorẽ literarꝝ dicere audacter. At ego vt dicã quod sentio, non Cassiodorus solũ, verumetiam Seruius, Hieronymus & Ambrosius illo doctiores ita vtuntur, & his oñibus multo venustior, maioriſq; auctoritatis lib. pri. theba. Statius Languet hyperboreę glatialis portitor vrsæ, atq; Martialis de ariete, q̃ traiecta est Helle. Quid meruit nemees terror quid portitor helles.

CAROLVS.

Nescio quid mihi ad aures cecidit, q; ex vrbe ad nos q̃ primũ descendere paras.

PHILOLOGVS.

In aurẽ cecidit, est inusitata oratio, pro eo q̃d intellexi vel percepi.

CAROLVS.

Si sortem patriarum luctus & squalorem cerneres.

PHILOLOGVS.

Ista est vna oratio popinariorum, qui dicunt in ista patria crescunt bona vina, cum deberent dicere regione vel prouincia.

CAROLVS.

Quæ iam ita deperijt, vt ne domuncula salua permanserit.

PHILOLOGVS.

Si elegãter Carole nouisses loqui, dixisses profecto, vt ne domuncula quidem. Item vt, in hac significatione requirit coniunctiuũ, vt sic, vt ne domuncula quidem salua permanserit.

CAROLVS.

Memoriã certe rapacem habet & tenacem quo eum sacratissimarꝝ legum aptissimũ iudico auditorẽ.

PHILOLOGVS.

Q2 memoria sit rapax nunq̃ legi, forsan furis, manus Carole fuit rapax, memoria nõ. Item quo similiter quemadmodũ vt, postulat coniunctiuum, vt quo eum aptum iudicem auditorem legum.

CAROLVS.

Tu igitur indilatæ prouidebis sibi de corpore legum.

PHILOLOGVS.

Indilatæ sæpissime dicis, ego autem apud idoneos nunq̃ legi.

CAROLVS.

Scias amice ad cor vsq; dilecte, similiter ad cor vsq; rogitans.

PHILOLOGVS.

Ad cor vsq; dilecte sæpius dicis, & aliã orationẽ sequentẽ, sed an bene nec ne, nõ possum iudicare, ego tamẽ non dicerem, nec vnq̃ apud alium legi.

CAROLVS.

Habes Macrobium in Saturnalibus, habes etiam Donatum super Terentio quos libros si mihi concedere non recusaueris.

PHILOLOGVS.

O puérile Carole ingeniũ, quis vnq̃ dixit concedere pro cõmodato dare vel mutuare? nisi plane imperiti literatores. Cõcedere ẽm significat zugeben non leihen.

Comodare

CAROLVS.

Cogor iam tibi cordialis amice quiddam quod me angit et vrit deuelare.

PHILOLOGVS.

Cordialis non legi vnq̃ apud doctos. Item deuelare sæpissime vsurpas pro manifestare, quod & si possit esse latinum, tamen apud probatos est nullo in vsu, apud te frequentissimo.

CAROLVS.

Fili q; ad gradum tanto desiderio aspiras gaudeo.

PHILOLOGVS.

Ista est oratio popinariorũ et seplasiariorũ, habes gradũ in quo gradu est, est ne gradatus, pro eo quod est in qua dignitate est studiorũ, uel quã dignitatem nactus es in literarũ studijs. Item vel quæ insignia meruisti in literatoria militia, vel es ne aliqua dignitate insignitus.

CAROLVS.

Nam doctrinari qui sistit negligit, retrocedit qui non progreditur.

PHILOLOGVS.

Doctrinari cum sis rhetor bene grãmatistis remississes, quorũ est, nõ rhetorum.

CAROLVS.

Ago iam annũ sexagesimũ tertiũ.

PHILOLOGVS.

Elegãtius dixisses, ago annũ tertiũ & sexagesimũ, & si secũdum grãmaticũ bene dixeris.

CAROLVS.

Qui adulari soleã vel insufflare vesicas.

PHILOLOGVS.

Quid sit insufflare vesicas, & quale prouerbium nondum legi.

CAROLVS.

Primam missam fauente dei clementia celebraturus.

PHILOLOGVS.

Prima missa quid sit bonus latinus non intelligit, sicut in cõmentarijs nostris de abusione audies, dixisses latine primas operationes, vel prima sacrificia, vel primitias initiationis meæ. Nec bene dicitur volo canere primitias meas, sed offerre deo primitias mei sacrificij, vel celebrare, nec satis est dicere primitias, nisi addideris cuius sint primitiæ. Sunt enim primitiæ omnium rerum primi fructus.

CAROLVS.

Itaq; absq; viro mercantiam excercet. PHILOLOGVS.

Mercatura legi, mercantia apud doctos nunquam.

CAROLVS.

Q. ante instans Martini festum eas restituero?

PHILOLOGVS

Iste est iterũ vnus indoctorũ modus loquendi cũ dicunt ad instans natiuitatis dñi festum te soluã, & similia, cũ dicere deberẽt ad festũ Martini, vel alterius proxime futurũ. Nemo em̃ ex oratoribus q̃d ego sciã sic locutus est. Dialectici aũt accipientes instans pro nũc, fallũtur meo iudicio, q̃m tempus significat mox futurũ, ita accipit Martianus fœlix Capella li. ix. dum inquit Ipsaq; tripos trini cursus p̃sagia pollicet, hoc est extantis instãtis & rapti, hoc est p̃sentis, futuri & p̃teriti. Apud Diomedem aũt instans pro p̃senti videtur accipi, dum dicit, eius tũ perfecti instans apud veteres sustollo erat, & apud Prisc̃ianum.

CAROLVS.

Sed in antea videro ne te amando perdidisse videar.

PHILOLOGVS.

In antea est barbarum, sæpius enim ante dixi, præpositionem adverbio non posse præponi, nisi auctoritas suffragetur.

CAROLVS.

Meministi eorum quæso quæ elapsis diebus ad te scripsi.

PHILOLOGVS.

Elapsis diebus, vel effluxis, vel retroactis diebus, imperiti quidam & in forensi iurgio detriti rabulæ vtuntur, exactis siue superioribus dicendum erat, vt Merula Alexandrinus in Galiotum testis est, attamen præterita die dicit Cæsar libro vij. de gallico bello, & Plautus in Merca. Seruibo mihi decurso in spacio, & dilapso tempore Sallustius in Iugurtino. Item respirium quid apud te sit plane ignoro.

CAROLVS.

Vt nostras aperiant requestas. PHILOLOGVS.

Requesta est vocabulū apud indoctos in precio, apud doctos barbarū. Item per iamiā dicis, quod itidē barbarū est, sicut supius ostendi in dictione inantea. CAROLVS.

Itaq; cautelose hoc efficit. PHILOLOGVS.

Cautela cautelose apud grāmatistas nō apud rhetores suū locū hñt. CAROLVS.

Nam doctiores pro cautela cautio dicunt.

Ex raritate meæ temperaturæ. PHILOLOGVS.

Temperatura vocabulū est gotthicum & nuper inuentum. CAROLVS.

Nucleum cordis mei pandam. PHILOLOGVS.

Quid sibi velit ista oratio, ego nō video. Est em̄ inusitata apud doctos. Est igitur tuū figmentū Carole. Q; aūt dicis appreciare, grāmaticum est verbū, vix elegans, & si vsus sit eo etiam Hieronymus. Item improtracte, id est sine mora, nemo nisi barbarus sic loquitur. CAROLVS.

Affectuosissimas salutes. PHILOLOGVS.

Affectuosus, a. um, in tua significatiōe apud grāmatistas forsan valeret, apud rhetores barbarū. Itē credentia nunq; nisi apud te & tuisimiles legi. CAROLVS.

Salutes plurimas melle & succura dulciores. PHILOLOGVS.

Saccarus signi, quod teuto. nos dicimus zucker. Et non succura, vel zucharus. Plinius in xñ. cap. viñ. Saccaron & Arabia fert, sed laudatius India. Ergo male Philelphus epi. li. vi. Iacobo Constātino, pauc̄is enim contenti sumus pluriscq; lactucam & pyrum facimus quam & cinnama & zucharum. Sed quid pluraciam receptui canam. Infiniti enim operis esset omnia persequi, consultissimū autem est ab eius lectione penitus abstinere. qui non docet sed dedocet. legas autē Ciceronem in epistolis, Philelphū & alios. Ego ad alia progrediar. Iam vale. BEBELIVS.

Legimus nuper Iuonis sancti Carnotēsis ecclesiæ quondā episcopi epistolas nō minus doctrina q; sanctitate cōmendabiles, in quibus tamen omnino displicent salutationes, non more veterum scriptæ, sed rusticæ & vitandæ, de quibus iudico vti Carolinis, Vale.

COMMENTARIA DE ABVSIONE LINguæ latinæ apud germanos, & de proprietate eiusdē. Et vocabularius optimarum dictionum.

EPISTOLA

AD LECTORES HENRICVS BEBELIVS.

Clangere romano quisquis sermone diserte
Optas, & caste verba latina loqui.
Hucprecor accedas, non sim tibi sordidus auctor:
Inuenies quæ te nancq; iuuare queant.

AD PRAESTANTISSIMVM ET VTRIVSQVE iuris peritissimum doctorem Gregorium Lamparter ducis Vuirtẽbergensis cãcellariũ dignissimũ, Epla Hẽrici Bebelij Iustingẽsis Sueui poetę laureati.

Quærenti mihi atq; sæpius cogitanti vir p̃stantissime cui nam potissimũ meos de abusione linguæ latinæ cõmentarios dedicarẽ, tu mihi quoquo me uerterã occurrebas, is em̃ es habitus, qui p̃ter mirificas easdẽq; immortales virtutes tuas, ea etiã splendescas politior̃ studiorum excellẽtia, & tam sis emeritus om̃is literariæ expeditõis miles, vt si sub tui noĩs auctoritate has nõstras lucubratiões emisero, tutissimũ patrociniũ mihi videar adeptus, aduersus triuiales & barbasculos grammatistas, qui rugata fronte, dimisso supcilio, solutis labijs, obtorta lingua & stridente saliua, verbisq; trutinatis auctoritatẽ sibi doctor̃ & iudiciũ vendicant (vt verbis vtar Hieronymi) vt apud eos qui audiunt docti existimẽtur, aut certe ex hoc rumusculo turpia sectẽtur lucra, qui tñ sunt plærũq; ea ingenij tarditate, vt temere plæraq; oĩa eructẽt, nec vllũ illis cõmercium sit vel fuerit cũ his scriptoribus qui latinæ linguę proprietatẽ, et remotior̃ uocum significatões indagarunt, solũ igitur illud hoĩm genus timeo, qui paulũ aliquid vltra primas lr̃as progressi, falsam sibi scientię persuasionẽ imbuerũt, nam & cedere p̃cipienti peritis indignãtur, & oĩm studijs obstrepũt, a quor̃ cognitione sunt alienissimi, fodientes oĩa ea quæ neq; in scholis eorũ triuialibus cõculcata neq; in schedulis Alexandri & similiũ protrita sunt. Contra hos te patronũ, te defensorẽ, teq; propugnatorẽ appello, qbus obsecro respõdeas, vt figãt ipsi stilũ, tria vt dicitur verba cõiungant, studeãt paululũ experiãtur semetip̃os, & ex labore proprio discãt ignoscere laborãtibus. Ego em̃ cum videre liceat passim & in varijs Europæ romanicq; imperij nationibus bonar̃ artiũ studiosos maxie in id niti conaricq;, vt latine, venuste, & significãter sermones suos efferant in mediũ, soli germani & nos p̃sertim Sueui peruicacia quadã lenocinia verbor̃ veræq; latinitatis obseruationẽ minime curemus. Subueniendũ duxi (cũ sit uel maximũ pietatis opus errãtibus viã demonstrare) nobilissimis quorundã in Germania ingenijs, qui cum sint alioqui eruditi plane, et multis in rebus excellentes, præceptor̃ tamen suor̃ inscitia adeo barbari, gotthici, & vandalici in suis & scriptis & sermõibus audiuntur, &

adeo iniurioſi in linguā latinā, vt me hercles vix Cicero vel aliquis ſu
orum æqualiū in vitam reuocatus latinā dijudicaret. Accedant igitur
huc oēs bonarū artium ſtudioſi, preſertim germani, quibus potiſſimū
ſcripſimus, et legāt relegantq; has lucubratiōes noſtras, inueniēt enim
docti pariter & indocti, pueri & prouectioris ætatis hoīes plurima le-
ctu digniſſima, q̄bus ſe iuuare poſſunt, iam in proſodia, nūc in ortho
graphia, quādoq; in ſyntaxi, hoc eſt cōſtructione, & plerūq; in etymo
logia, vbi vulgo & ab indoctis peccatur, quā prouinciā apud germa
nos, quod ego ſciā nemo ante me tentauit, perſuadeo tñ ſolū, nec ſcri-
bere volo inuitis legē. Inuitus em̄ me nemo legat, vel ſequatur, vtatur
quiſq; ſi vult ſua latinitate, vel barbarie potius. Legāt me ſtudioſi, & q̄-
bus curæ eſt bene loqui & latine, nolentē non cōpello, volentē ſūmo
cum ſtudio ducere cupio, q̄d vt cum dignitate p̄ſtare poſſim, nihil nō
librorū quos p̄ſertim habere potui reuoluere, introſpicere & olfacere,
non ſine magno labore meo conatus ſum. Q; ſi me cōtigerit interdū
errare, vti nō dubito (cū nemo vnus iuxta Varronē li. iij. de re ruſtica
oia ſcire poſſit, & Ruffinꝰ ſcribat operi arduo & magno ſomnū non
eſſe abnuendū, & q̄nq; bonus dormitet Homerus) nō ęgre laturus ſū,
nec reformido coargui, adeo vt grās quoq; habiturus ſim qui me ve
riora, certioraq; docuerit. Tam lōge em̄ ab hac excellētia (vt & Augu
ſtinus profitetur) abſum, vt ſi nullū verbum q̄d reuocare vellē protu
lero, ſim fatuo q̄q; ſapienti ſimilior, ſed proinde fateor me ex eorū nu-
mero eſſe conari, qui proficiēdo ſcribūt, & ſcribendo proficiūt. Parū
itaq; exiſtimo æquū iudicē immo impudentē & ingratiſſimū qui tot
barbariſmis & tot millibus erroꝝ a me confectis et eradicatis vno ali
quo pluribuſue aut ptis aut ignoratis, aut male iudicatis compenſatio
ne agi nolit, ſed vt ineptū, indoctū & male meritū de lingua latina cō-
merito literaꝝ interdicat, quis mihi nō iure concederet clamare cum
Hieronymo: O labores hominū ſemper incerti mortaliū ſtudia, con
trarios interdū fines habentia, vnde putabā bene mereri de germanis
noſtris & noſtroꝝ ad diſcendū animos concitari, inde in culpam vo
cor, & nauſeanti ſtomacho cibos ingero, aut quid in homine tutum
ſit, ſi innocentia criminoſa eſt, hoc tñ vnum in primis conſolatur me,
q; ſtudioſis hominibus fecerim rem gratiſſimā, & de literaria republi.
apud germanos male meritus nunq; debeam cenſeri a quoq;, veniat
modo æquus rerū æſtimator, nō aſſis faciens detractores peſſimos &
indoctos literatores. Nam vt loquar cum Seneca, nunquā volui pla
cere populo. Nam quæ ego ſcio, populus non probat, quæ probat
populus ego neſcio, quis enim populo placere poteſt, cui placet vir-
tus, & ea quæ ſunt ſupra populum? Tibi igitur non populari, ſed do-

ctiſſimo, ſed ſtudioſoꝝ ſtudioſiſſimo, ſed ingenioſoꝝ fauentiſſimo, amplíſſimæq; dignitatis viro dicauimus hos imaturos fœtus, ea conditione, vt quæ emẽdari opus ſit, pro tua humanitate velis cognoſcere, & in meliorẽ lectionẽ redigere quæ bene dicta ſint nõ recuſes apud ſemidoctam grãmatiſtarum cohortẽ defenſare, & tui vatis dexteritatem ab omni indoctorum iniuria aſſerere. Vale & me cõmendatum ſemper habe. Ex Tubinga, M. CCCCC.

AD EVNDEM ASCLEPIADEVM CARMEN.

Inter iuridicos gloria Gregori
Non ſpernenda viros Sueuia quos fouet,
Nec non eloquĩ terſiloqui pater
Tractans ardua factaq; principum,
Quæſo ſi timide noſtra minutula
Te muſella adĩt plena ruboribus
Pergens ad faciem tam nitidi viri
Agreſti ſimilis quæ ſit arundini
Illam ſuſcipias fronte ſerenula
Si non eximio diſpliceat tibi
Non aſſis faciam Zoile liuidos
Latratuſq; tuos, qui quod amabile
Quicquid conſpicuum moribus & tuis
Diuerſum eſt, triuio rumigero furens
Explodes veluti cuncta valentia
Liuoris ſtimulo ducis in infimum
Sed non barbaricis, ſed tibi Gregori
Docto, atq; egregio ſcribere mens mihi:
Quapropter famuli iam precor aſpice
Exorſus iuuenes, quæ tibi dedicans
Vellem mente hilari ſuſciperes vale.

AVCTORES QVIBVS VSI SVMVS IN HOC OPERE.

¶Ex grammaticis
Seruius
Sergius
Donatus
Priſcianus
Aulus Gellius
Acron
Porphirio
Pedianus
Nonius Marcellus
Feſtus Pompeius
Marcus Varro
Diomedes
Caper
Agretius
Terentianus
Charíſius

¶Ex græcis
Iulius Pollux
Ioannes Craſtonus

¶Ex Poetis
Virgilius

Ouidius
Horatius
Lucanus
Silius italicus
Claudianus
Lucretius
Statius
Calphurnius
Seneca tragicus
Plautus
Terentius
Persius
Marcus manilius
Iuuenalis
Serenus Samonicus
Ausonius
Tibullus
Propertius
Catullus
Martialis
Ruffus Festus
Germanicus Cæsar
Martianus capella
Petronius arbiter
Ex christianis poetis
Sedulius
Prudentius
Iuuencus
Sidoniꝰ Apollinaris
Fortunatꝰ episcopus
Arator
Alcimus Auitus
¶Ex oratoribus
Cicero
Quintilianus Fortunatianus.
Plinius nouocomẽsis
¶Ex historicis
Titus Liuius
Quintus Curtius
Cæsar, Orosius
Valerius maximus
Florus
Flauius vopiscus
Amianus marcellinꝰ
Iulius capitolinus
Sallustius
Suetonius
Iustinus
Cornelius Tacitus
Iosephus
¶Ex medicis
Cornelius celsus
Serenus samonicus & is q Macer inscribit de virtutibus herbarum scribens, sed non est.
¶Ex Panegyristis
Latinus Pacatus
Nazarius
Mamertinus
Plinius iunior
¶Ex scriptoribus rerum rusticarũ
M. Cato
Iunius columella
Palladius
Marcus Varro
¶Ex philosophis
Seneca
Bœotius
Apuleius
Albertus magnus

¶Ex ecclesiasticis scriptoribus
Lactantius
Ruffinus
Cassiodorus
Tertulianus
Hieronymus
Augustinus
Ambrosius
Fulgentius
Beda presbyter

¶Ex ambiguis auctoribus
Plinius
Solinus
Macrobius
Iulius Firmicus astrologus
¶De re militari
Vegetius
Iulius Frontinus
¶Ex iurisconsultis
Vlpianus
Paulus
Modestinus
Caius
Martianus
Pomponius
Et quidam alij
¶Ex neotericis hoc est recentioribus
Laurentius Valla
Tortellius
Dionysius nestor
Iunianus maius
Nicolaus Perottus
Christophorus lãdi.
Beroaldus
Georgius merula
Domicius calderinus
Sulpitius verulanus
Frãciscus Philelphus.
Leonartus aretinus
Georgius valla

Mancinellus
Franciſcus petrarcha
Iouianus Pontanus
Raphael regius
Poggius
Angelus politianus
Antonius ſabellicus
Baptiſta mantuanus
Ioannes Craſtonus
Antoniꝰ panormita
Paulus pompilius
Hermolaus harbarus
Martinus phileticus
Hubertinꝰ creſcẽtinas
¶ Auctores taxati & errorũ accuſati ab auctore.
Iſidorus
Hugutio
Catholicõ ꝗs Neſtor
inſectãtur taxando eorũq; plures errores annũerat.
Papias
Brachilogus
Henricus de colonia
Mammetractus
Ioãnes de garlãdria
Alexander gallus
Greciſta. Petrus heliæ

DE ABVSIONE LINGVAE LATINAE.

De ꝗbus Catolicone & aliꝫs taxatis dicit Neſtor Dionyſius, nõ ſatis admirari queo, ꝙ cũ latinaꝝ literaꝝ mediocrẽ haud quaq; ſciam, grẽcarũ prope nullã habuerint, vocabulis grẽcis nõ latinis mõ nõ inepte dicã, aut inerudite, ſed a uero, prſus veriſimiliq; abhorrẽtes interꝑtationes, etymologias, cõpoſitiões, deriuationes cõtra approbatiſſimoꝝ eam grẽcoꝝ q; latinoꝝ auctoritates innectere auſiſint, ꝗs ego tñ excuſandos puto, cũ viguerit eo tpe ꝗlingua latina corrupta erat per gothoꝝ & vandaloꝝ influxionẽ, vt nemo fere tunc reperiret qui emunctæ & ſynceræ latinitatis curã haberet, tales igit de induſtria ſenſiſſe eo tpe cum plebeia ĩdoctoꝝ oĩm cohorte poſſunt exiſtimari, nõ credas vocabulario ex quo, & vocabulario rerũ. Nam in mille et multo plu ribus locis aberrãta vera terminorũ acceptione & ſignificatione.

CONTRA EOS QVI VOLVNT ABVSIones & barbariſmos cõſuetudine defendere.

Antẽq; ad materiã nobis propoſitã ingrediar, in primis ꝗrundam blateratoꝝ inſanas obiectiões refutãdas cenſeo, qui has nr̃as cõmentatiões, ꝓ vtilitate publica ſuſceptas moleſtiſſime ſunt laturi, qm̃ ab eoꝝ ignorãtia multũ diſtant, dicturi ꝗd tu tantã præ te fers iactantiã & ſcientiaꝝ oſtentationẽ, vt in alioꝝ hoĩm vitia & rep̃henſiões deſcẽdas? cum tu ip̃e in minimis forſan interdũ prolabaris. Quibus ego rñdeo me hũc ſuſcepiſſe laborẽ (mater Chriſti ſit mihi teſtis) pro cõmuni ſtudioſorũ vtilitate, & ſi vt dicitis ſæpius errare me cõtingat, cũ nemo tã prudẽs, tã circũſpectus poſſit eſſe qui non aliqñ labaꝫ (vt teſtatur Lactãtius Chr̃ianus Cicero) tñ emẽdari patior. Scio enim ita cõparatam eſſe oĩm naturã hoĩm, aliena vt melius videant & iudicent q; ſua. Nr̃i aũt dialectici mox dicẽt ſufficit nobis mẽtis conceptũ exprimere, ſufficit ꝙ intelligimur, nolumus fieri vel poetæ vel oratores. Sed phĩ vel theologi, has res minutulas parũpẽdentes. At ſi me audire vis, ſi eſſe & haberi cupis latinus, in ſingulis intuendũ eſt, vt dicit Fabius de elo-

eutione li. viij. vt sint latina q̃ dixeris, perspicua, ornata, & ad id q̃d effi cere volum⁹ accõmodata. Si aliter loqueris iã gotthicus es nõ latinus At vero q̃ est tua tanta puicatia & mentis obduratio: vt cũ poteris la tine & Romane loqui, malis gotthice & barbare, tam em̃ facile itur re cto itinere q̃z deuio & erroneo, nisi forte (q̃d et concedit) uelis barbare nõ latine philosophari. Q̃z aũt theologis, phis & quibuscũq; aliis elo quentia & tersus sermo non solũ ornamento sit & decori non medio cri, sed pene necessarius audiamus Senecã Chrianissimũ philosophũ ad Paulũ apostolum dicentẽ. Velim itaq; cũ res eximias proferas, vt eaz maiestati cultus sermõis non desit. Idẽ ad Luciliũ, nõ (me Hercule) ieiuna esse volo & arida, q̃ de rebus tam magnis dicẽtur, neq; em̃ phi losophia ingenio renũciat. Et Quintilianus lib. ij. institu. quin ipa vitæ præcepta etiã si natura sint honesta, plus tamẽ ad formandas mentes valent, quoties pulchritudinẽ rerum claritas orationis illuminat.

Vlterius obiectat aduersarius. Artẽ discamus, sed vsum teneamus. Cõsuetudo em̃ certissima loquẽdi mgra est, vt dicit Fabi⁹ & Horatius Multa renascẽtur q̃ iam cecidere cadẽtq;. Quæ nũc sunt in honore vo cabula si volet vsus. Quẽ penes arbitriũ est, & vis & norma loquendi. Sed in cõmuni dicũt indocti, sic log mur, q̃d ergo cũ tuis ineptijs nos redarguis? Rñdet tibi Quintilianus. Consuetudo repræhẽsione carere debet. Nam in loquẽdo non si quid vitiose multis insederit pro regu la sermonis accipiendum erit. Nam vt transeã quemadmodũ vulgo imperiti loquũtur. Tota sepe theatra et oẽm circi turbã exclamasse bar bare scimus, ego consuetudinẽ sermõis vocabo cõsensum eruditoz, sicut viuẽdi cõsensum bonoz, hęc Fabi⁹, hoc idẽ dicit sctũs Hiero ny⁹ ad Ruffinũ. Errantiũ multitudo nõ parit errori patrociniũ. Et Pau lus iuriscõsultus. ff. de regulis iuris. Quod initio vitiosum est, non põt tractu tpis cõualescere. Hoc idẽ repetitũ de regulis iuris lib. vi. ca. Non firmatur. Vsus etiã est vt sup poetica Horatij tradit Porphirio luculẽ tus interpres, nihil aliud q̃z regula sermõis latini. dicunt aũt multi, audi ui sępe doctos ita loqui, põsertim in pago nr̃o est vnus sacerdos admo dum bonaz artiũ peritus, vt passim de illo prędicant, & tñ ita vt nos loquitur. Dico tibi in hoc nõ est doctus, põt in alijs habere peritiã, in hoc nullã auctoritatẽ habet. Vna etiã voce soletis oẽs opponere dictũ nescio q̃d Bœotij, Miserrimi est ingenij tm̃ inuentis vti & nunq̃ inue niẽdis. Et Aristotelis dictũ, fingere necesse est. Fingere dico tibi, vt testa tur Fabius magis cõcessum est gręcis, qui sonis etiã quibusdã, & affecti bus nõ dubitarunt noĩa aptare, nostri aũt in iungẽdo, aut in deriuãdo paulũ aliq̃d ausi, vix in hoc satis recipiũtur. Et idẽ dicit, noua vocabu la nõ sine quodã periculo fingimus. Nã si recepta sint modicũ laudis.

afferunt repudiata etiã in iocos exeunt, vsitatis ideo tutius vtimur. hęc ille. Hoc idẽ vult Aulus Gellius lib. x. ca. vij. Et Quintilianus in vij. Fictio nois græcis inter maxias habita virtutes, nobis vix permittit, deniq; tanq; consũmata sint oĩa nihil generare audemus ipi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriãtur. Et Cicero de perfecto oratore ad Brutũ. Ergo ille tenuis orator modo sit elegans, nec in faciẽdis verbis erit audax & transferendis verecũdus & parcus, & in priscis reliquisq; ornamẽtis & verbor; & sententiar; remissior. Si autem velis fingere a græcis mutuabis. Audi Horatiũ. Et noua fictaq; nuper habebũt verba fidẽ, si Greco fonte cadant Graphice & de his rebus disserit consultus Fortunatianus li. iij. artis rhetoricæ in hæc verba. Tertius modus qui est, vt nouemus verba, quę tñ parcius debemus attingere, nam & ęgre nouũ verbũ facere possis leue ac decor; & fere aspernãtur hoies quę nõ recognoscãt, vir pfectissimus dixit verbis vtendũ esse vt nũmis publica moneta signatis. Idẽ verba quibus modis nouantur, primo greca transferimus vt noua, ex his latina cõfingamus, de hinc per geminationẽ, vt Cicero feras soliuagas dixit, & per deriuationẽ noua re possumus, vt ab autumno Cato ait autumnitatẽ, & a perpetiendo Cicero perpessionẽ. Vltimo dixeris nolo esse tam singularis, vt nostri loquũtur, derideor a vulgo tam curiose loquens, promptum est inquam non a doctis sed ab imperitis & indoctis derideris, quibus si placere vis desperandum est de tuis studijs.

DE ORTHOGRAPHIA QVARVNDAM DICTIONUM male a vulgo scribi solitarum, & q̃ necessaria sit orthographia grammaticis.

Orthographia (hoc est recta scriptura) o Germana iuuẽtus quã nõ solũ decora sed etiã necessaria sit, p̃ter Donatũ tuum etiã ex Quintiliano in pri. discas, qui ita dicit. Quis hoc nescit, alios barbarismos scribẽdo fieri, alios loquẽdo, quia q̃d male scribit, male etiã dici necesse est. Et Augustinus, Barbarismus qd aliud est, nisi verbum non eisdẽ lr̃is, uel sono enũciatum, quo ab eis qui latine añ nos locuti sunt enũciari solet, ex quibus verbis etiã aptissime habes, æque in scribendo ac dicẽdo & orõnibus barbarismos fieri. Quare posui quasdã vulgatas dictiões & earum rectã scripturã, vt cũ in his scribẽdis prius erraũerimus, iam simus cautiores, ne toties barbarismos admittamus simusq; oĩbus doctis ludibrio, & germano nomini dehonestamento futuri. Passim igitur sine ordine cõgessi huc (vt quæq; nobis se obtulit) dictiones perperã antea scriptas, q̃d cum notissimę sint significationis, & ego tantũmodo rectã scripturã in his desiderẽ, nolui quanq;

seorsum & suo loco ponere. Scribe igitur IENtaculū per i, non gēta-culū, teuto. morgenessen. IMBer nō hymber vel himber, CHRiso-stom⁹ vel crysostomus. PERennis nō perhemnis, qa a per & annus deriuatur. PRESbyter nō prespiter vel bresbiter, sed per y. SCHeda schedula non cedula. SABbatum duplici bb scribitur non sabatum. LEOnardus vel potius leonhartus nō lenhardus. Et scd'am producit apud Philelphū in Saty. Ingenia hæc eadē patit facundia nri. Ipse Leo-nardus secli ducis atq; panormi, ego tñ mallē corripere. PROtonota-rius, proto martyr protoplastus, & oia a protos q̄d est primus, t exili & non aspirato scribūtur, ut proto martyr nō prothomartyr. Hic etiā nota scribendū esse MARtyr, in vltima syllaba per y græcū nō mar-tir. Et martyr gręce latine dicit testis, protos aūt primā produ. qa per ω mega scribit, q̄d quidā nri non bñ obseruarūt. LOTH scribit nō lot. PROlepsis nō prolēpsis. PROœmiū non prohemiū. EXCcribere nō exscribere, qa post x nunq̄ pōt sequi s, vt dicūt grāmatici, sed non video semper ita obseruatū esse, lego q̄ exscribo etiā & similia apud re centiores eosdēq; doctissimos. SYLlepsis nō silemsis. SYNecdoche non sinodoche. SCHisma non sciſma, non em̄ a scindo venit, vt in-docti grāmatici dicunt, sed græcū est. SCHema non scema. SYNa-lœpha non sinalimpha. SPHæra cū ph & æ diphthongo non spera DiPhthongus non diptongus. PELlego libentius dicerem q̄ per le-go. *Sicut enim dicimus* INTelligo non interlego sic pari ratione pel *lego. At in disputationem reuoco* non decido rem. DIOnysius non dionisius græco y ante s scribitur. HIEronymus similiter y græco in penultima scribitur, & h in principio. EVANgeliū non euuangeliū TROchus nō trocus. BARabbas non barrabas. Sedulius. Tunc co-luere bahal tunc elegere barabbā, quia ex bar & abba componitur. PHLEBotomia non flebotomia & prima breuis est. ANTonius cum t exili scribi debet & o longa, quia ω mega, vt nuper in gręco co dice vidi. Iuue. x. Saty. Antoni gladios potuit contēnere si sic. Et Auso nius. Antoninus ab hinc regimen capit, ille vocatu. HEBdomas adis, vel hebdomada indifferenter dicimus, non ebdomada. SCYphus non sciphus scribitur. HYDria non idria. TEVTo-nus vel teutones sine aspiratione, non theutones vel teuthones. HABilis non abilis, habilitare tamen quo nostri vtuntur nondum le gi, at bene aptare. RHEnus non renus. Hulcus non vlcus. HYPocrisis cum y græco & simplici p non hippocrisis, quia prima breuis est. PECunia simplici c scribitur, quia prima breuis est, vt in *Horatio. Et genus & formam regina pecunia donat.*

CANtharus non cantarus, & est græcum vocabulum

PARalyticus cum y græco post l. SACcus sacculus duplici cc. HETeroclita non etroclyta. RHEtor, non rethor. CHArta non carta. ALExander simplici l scribitur. VLYsses duplici s, non vlixes, vt Philelphus in epistola quadã ostendit. CHIrographus non cyrographus, hand tg eschrifft. GEOrgius non Ieorius. aliqui etiam diphthongo scribunt Gæorgius. CYPRIAnus non ciprianus. VLVlare & exululare simplici l scribuntur, non vllulare. Ouidius primo metamor. Exululat frustraq; loqui conatur ab ipso. TROia in soluta orõne trisyllaba est. Verum aliquãdo bisyllaba est per synæresim in carmine. Hora. Dic mihi musa virũ captæ post tẽpora Troiæ. PROxeneta per x non proseneta, vt indocti scribunt, est em crebrum verbum apud iurisperitos, sic enim scribitur προξενητης. Et est compositor vel mediator emibilium & vendibilium rerum, & in genere conciliator ad aliquid faciendum, & deriuatur a προξενεω, quod est hospitio coapto. PARapherna non paraphrena, vt imperiti scribunt, & dicũtur a iurisconsultis quæcunq; præter dotẽ fœminis sponsis dantur, a παρα, id est præter, & φερνη, id est dos.

DE NOMINIBVS QVARVNDAM AVIVM IN QVIbus nos germani erramus, & de laude Alberti magni.

Laudes Alberti Magni

Legimus nuper vigesimũ tertium de animalibus librũ Alberti magni, Alberti inquã illius sueui, qui ex incredibili multarũ artiũ eruditiõe cognomẽto magno appellitatur, oĩm recte philosophantiũ princeps qui ut doctis persuasum est, in physicis & latentibus rerũ causis, Aristotelem illum peripateticũ, & totius antiquitatis philosophos ad vnum superauit, & a tergo reliquit lõgissime, quis eñ illo ex omni hoĩm memoria, aut in dialectica acutior, vel in philosophia locupletior, aut in sacris literis sublimior, & vt vno verbo plura cõprehendã, in omni literatura doctior? De quo tale est nostrum epigramma.

LAVS ALBERTI MAGNI PER BEBELIVM.

Cedite philosophi quos græcia iactat alumnos
Extulit, & si quos Itala terra suos.
Quos longe Albertus vicit merito Polyphemus
Gloria Sueuorum teutoniciq; soli.
Par decus ingenij, nec phas sperare nepotes
Hic nouit quicquid philosophia docet.

In illo ipso libro de animalibus offendi quædã de noĩbus auiũ, in quibus nos erramus. Primo nostri dicũt ibis & ciconia idẽ sunt, quod non est verũ. Audiamus Albertũ: IBIS ibidis est auis q̃ in Aegypto iuxta Nilũ est, est aũt auis magna in multis ciconię naturã imitans, sed non est ciconia. Hoc idẽ confirmat Plinius in x. natu. hist. ca. xlviij. di-

cens, visam in alpibus ab se peculiarē Aegypti ibin. M. Egnatius calui
nus prefectus earū prodidit. PHAsianus teste Alberto est gallus syl
uester, quod Plinio videtur cōfirmare in libro quo supra, rursus Pha
sianę in cholchis geminas ex pluma aures submittūt, phasianus tamē Gallus Auritus
vt ego credo & gallus syluester quē nos gallum auritū vocamꝰ, non
sunt idem, & vna auis. ACCIPiter, habich teste Alberto, etiā astur Astur
vocatur. COTurnix vulgo ein vuachtel, est auis teste Alberto quā
vulgo indocti quistulā vocant, quā graeci ortygem appellant, dicitur Ortygometra
etiā ortygometra. FVLica est species aquaticae auis quę mergus vel Ortygonom
niger anate minor, vocatur. ERODius teste Alberto est notissima
aquila, quasi heros auiū, vel potius graecū est nomen. Est aūt grandis Erodius
valde & tota nigra. Seruius aūt in xi. dicit dio medeas aues graeci ero
dios vocant. CHILuones item a Plinio dicūtur aues de gñe accipi Chiluones
trū, qui hodie falcones dicūtur. ALAVda vulgo ein lerch, est vo
cabulū gallicum, sed latine dicitur galerita, hęc Plinius libro naturalis
historiae vndecimo. BONosa teste Alberto, ein haselhun.

GARrulus heher teste Alberto nō graculus, vt indocti putant, atta
men noua sunt noia graculus, Bonosa, turdella. Nam haec apud Ari
stotelem, nec Plinium, nec alium ex veteribus legi haec nomina.

TVRdella vt dicit Albertus vulgo trossel nō tordela. GRAcu
lus vulgo duol, non heher, vt indocti volūt. Alio noie monedula di
citur, est teste Alberto auis nigra coruini generis magno rostro, albo
vbi cōiungitur capiti. FRInguilla, vel ut alij dicūt frigilla auis dicta
ꝙ tempore frigoris cantet & vigeat, alij aliter dicunt. ACAnthys
vulgo disteluogel, vt dicitur, nō acanthilis vel accalandis, vt indocti Carduelis
dicūt. Virg. Resonant, & acanthyda dumi latine carduelis dicitur.

MOTacilla auis est apud nos nota, vuasserstelz, ꝙ semp moueat Cadatremula
caudā, vulgo codatremula dicitur. Veteres em̄ codam caudā dixerūt.

NOCtua, bubo & vlulae simplici l diuersae aues sunt, vt aperte o
stendit Plinius in x, dicens vncos vngues & nocturnae aues habēt, vt
noctuae bubo et vlulae. ISPida eisuogel, teste Alberto. BIStarda Bistarda
teste Alberto quod nec item antiquū nomē credo, significat apd' nos
trapp. Itali hanc auē sterdam & trapū, Hispani tardā a tarditate vocāt Sterda Trapa
ab athenaeo videtur tetrax dici, ab alijs tetraon vel tetragon. non pi
gardus, vt indocti dicūt. Pigardus em̄ est de gñe caprearū teste Plinio,
aliquādo genus aquilae est vt Suidas ait. Tu autē vera & recta literatu
ra lege pygargus non pygardus, vt graeca intuenti videre licet.

AD LECTORES HEINRICVS BEBELIVS.

¶ Non irascere mihi quaeso lector si quaedā vocabula taxauero, quae
apud te sunt in frequēti vsu. Ego em̄ non nisus proprio iudicio, sed stu

dio & diligentia cõquisiui ex diuersis auctoribꝰ quicqd reperire potui ad latinitatẽ apud germanos locupletiorẽ reddendã, collegiq; ad vnũ opusculũ, vt paruo labore lector saltẽ aliqua vocabula iueniat, qbus prius vel abusus est, vel quoꝝ ignorauit penitiorẽ significationẽ, nec ægreferas si qñ barbaros vel indoctos noĩtabo eos qui aliter ac ego prẽcipio vtũtur verbis vel oro̅nibus, indoctos em̃ credo elegantioris sermõis, q̃uis ĩ alijs sint doctissimi, nec dialecticos, phõs et theologos &c. obstringo ad tantã puritatis sermonis & castitatis obseruantiã, vt pote eos qui nõ in verbis sed rebus laborant, q̃uis tersus sermo esset maxio ornamẽto & decori, vt antea dixi, sed eos qui epl̃as & orõnes conficiũt, & qui latini & esse & haberi volũt, hoc tñ vnũ dico oĩbus literatis syntaxin, hoc est constructionẽ & congruitatẽ, ut vulgo dicitur prosodiã & orthographiã necessariã esse in primis, dialectici aũt & hi de qbus prius dixi quædã habẽt vocabula parũ latina, qbus vti non prohibẽtur, q̃ oratori essent turpia & dedecori. Iurisconsulti aũt quinquaginta digestoꝝ libros hñt cultissimo sermõe conscriptos, a quibꝰ maxie & præceteris oĩbus linguæ latinę nitorẽ exigerẽ, si solus barbarus illæ (vt dixit Sacrianus) Iustinianus suis vandalicis legibus cultam latinitatẽ non supplantasset, de quo Philelphus ita refert. O vtinã supi si quid mortalibus vsq; est. Iusticię reliquũ te Iustiniane sub imis. Manibus ardenti plectãt phlegetonte iacentẽ. Postq; tanta Italis millena volumina legũ. Principe te clade te principe pestis ademit. Cum tua venturæ moliris noĩa famæ. Inserere & vulgi titulos demẽtis inire. Lex & iura tuo perierũt inclyta fastu. Ille inquã barbarus Iustinia. (dixit ille) vt suæ barbariei testimoniũ relinqueret, sanxit in suo codicis x. li. poetas nulla ĩmunitatis p̃rogatiua iuuari, qs optime meritos de humano gñe, & primarios phĩæ magistros primosq; theologos & diuus Augustinus & totius antiquitatis cõsensus confitetur. Q2 si quidã Philippus impator cuius esse dicitur lex poetas odio prosecutus est, tuę tamẽ prudẽtiæ erat o Iustiniane & æquitatis iniquã (vt notissimũ est) legem tollere, quoniã & philosophi aliquãdo Roma pulsi fuerunt, & plus q̃ semel, non tamen iccirco philosophis suus est denegandus honor, de barbarie tamẽ excusandus est imperator. Nam latinũ non nouit, qn̄ immo culpa est eius assessorum & vicariorum, Vale lector.

CONTRA ETYMOLOGIAS QVORVNDAM indoctoꝝ.

¶ Ethymologia est (teste Quintiliano) q̃ verboꝝ originẽ inquirit, a Ciceroẽ dicta ẽ hęc notatio, qa nomẽ eius apd Aristotelẽ inuenit συμβολον, q̃d est nota. Nã verbũ ex verbo ductũ est veriloqũ, ipe Cicero qui finxit reformidat, in primis autẽ ille error germanis est maxio impedimẽto, quo minus linguæ latinæ sint idonei professores, dũ (se-

cuti Isidorꝰ. Catholiconē. Papiam. Hugutionē, & cæterā grāmatistarꝫ sordē) oia vocabula anxie velint ꝓquirere, vnde veniāt, vel quale habeāt interpretamentū, quod est propemodū impossibile, & sæpe constat mendacē esse etymologiā, & sic maxīas infundūt linguæ latinę tenebras, dū vel græce dictioni latinā dant etymologiā, uel econtrario, græcū em̄ vocabulū non pōt habere latinā etymologiā, ut dicit Seruius pri. georgicorꝫ. Et ita bene repræhendit Varro L. Leliū, vt est apud Aul. Gelliū li. i. ca. xvi. de etymologia leporis, nō em̄ LEPorē dicimus (vt ait) q̄d est leuipes, sed q̄d est vocabulū antiquū græcū. Nec VVlpes bene dicit, quasi volipes, testis est Quintilia. At Gellius cundē etiā Varronē rep̄hendit, cꝫ dixerit & eū secuti iurisconsulti FVRem ex eo appellatū, cꝫ veteres romani furuū atrū appellauerint, et fures per noctē q̄ atra sit facilius furētur. nōne sic videt (vt dicit Gellius) Varro de fure dixisse, tanc̄ꝫ Lelius de lepore. Nam q̄d a græcis nunc κλεπτ. i. fur dicitur, antiqo re græca lingua φωρ eſt dictū, hinc per affinitatē literæ q̄ φωρ græce est, latine fur dicit. hęc ille. Itē & PETra male interpretatur quasi ledens pedē, est enim græcū vocabulū, vide suo loco de p. Nec COLumba dicit quasi colens lumbos, vt voluit Acron grāmaticus, & Albertus magnus, sed vt Varroni placuit li. rerū rusticarꝫ. iij. a culminibus villæ dicta, cū propter timorē naturalē summa loca in tectis colūbæ captēt & turres sequātur, nec Cassiodorus placet qui dicit. Columba quasi cellæ alūna, quę vitā sine alterius grauamine peragit, nec Isidorus, & Barto. anglicus, qui dicunt a colore colli. Itē nec IVNo a iuuando, nec IVPpiter quasi iuuās pater dicitur & interpretat, vt optime probat Lactantius meus lib. i. institu. suarꝫ de origine Iouis, sed maxime ex eo cꝫ neminem iuuare possit. Quid aūt sentiat Cicero de istis etymologiarū ineptijs hic inspice. Ita em̄ dicit lib. iij. de natu. deorū, Inenodādis aūt noibus quod miserandū est laboratis. SATurnus q̄si se saturat annis. MAVors quia magna vertit. MINerua qa minuit vel quia minatur. VENus quia venit ad omnia. CERes a gerendo, cꝫ periculosa consuetudo. In multis enim nominibus hærebitis, quid de Ioui facies, quid Vulcano, quanc̄ꝫ NEPTVnum a nando appellatum putas, nullum erit nomen quod possis vna litera explicare vnde dictum sit. In quo quidem magis tu mihi natare visus es cꝫ ipse Neptunus. Magnam molestiam suscepit & minime necessariam primus Zeno, post Cleantes, deinde Chrysippus cōmenticiarum fabularum, reddere rationem vocabulorum, cur quæcꝫ ita appellata sint causas explicare, hæc ille. At vide quantum detestetur & insectetur has etymologiarꝫ hallucinationes Quintilianus in pri. vt etiā doctissimos taxare nō dubitauerit, qui supuacuā operā his ludibrijs ipendēt

eius verba hæc sunt. Iam illa minora in quibus maxīe studiosi eius re fatigatur, q̄ verba paulū declinata, varie & multipliciter ad veritatem reducūtur, aut correptis, aut porrectis, aut adiectis, aut detractis, aut p̄ mutatis literis syllabisue, inde prauis ingenijs ad fœdissima vsq; ludibria dilabūtur. Dicit igitur ille (licet Raphael Regius refragetur huic lectioni, meo iudicio male) etiā interpretationē rectam sequendā, impro bandā contrariā, ne a contrarijs aliqua sinamus trahi, vt LVcus quia opacus vmbra parū luceat. Et LVdus, quia sit longissime ab lusu. Et DIS quia minime diues, uides hic aperte Quintilianū reprehēdere has interpretatiōes. Ex illis etiā Quintiliani verbis non placet mihi q̄d dicit Priscianus, & diuus Hieronymus in epistola ad fabiolā. BELlum interpretari, q̄ nequaq̄ bellū sit, nec Seruius placet dicens. Dicūtur enim PARcæ per antiphrasim. i. contrariū sermonē, quia nemini parcant, sic LVcus cū non luceat, & BELlum q̄ nulla res in eo bella sit. Nam p̄ter Quintilianū lucus ab eruditis dicit a luce sacrificio⁹. Et PARcę a doctissimo Varrone a partu quasi partæ, vt Gell. in iij. tradit. BELlum aūt Festus dictū voluit, qm̄ beluar⁹ est pernicioſa dissensio. Cicero et Quintilianus per literar⁹ mutationē a noīe duellū, & ita factū esse bis a duis. Et sic cū Cicero, Varro, & alij bellū, parcas, lucum nō a contrario trahāt, nec ego illos secutus volo, qui mihi (contra opinionem Raphaelis) Quintiliani lectionē confirmare videtur. Nec officiū a cōtrario q̄ nemini noceat, sed vt dicit Ambrosius in libris officio⁹ litera īmutata quasi efficiū, sicut nec eumenides &c. Addit Quintilianus etiā ne HOMInem quidē appellari, quia sit humo natus, quasi vero non oībus animalibus eadē origo, aut illi primi mortales ante nomē ab aere verberato, p̄gamus, sic peruenimus eo vsq; vt stella lumis stilla credatur. Cuius etymologię auctorē clarū sane in literis noīari in ea parte qua a me reprehēditur inhumanū est, qui vero talia libris cōplexi sunt noīa sua ipsi inscripserīt, ingenioseq; visus ē Gabinius CAElibes dicere, veluti cælites, q̄ onere grauissimo vacēt. Idq; græco argumēto innuit, nec ei cedit Modestus ab inuētione. Nam quia Celio Saturnus genitalia abscideri hoc noīe appellatos, qui vxore careant, aīt Lelius PITuitam quia petat vitā, sed cui non post Varronē sit venia, qui AGRum q̄d in eo agatur aliquid, & GRAculos, quia gregatim volent dictos Ciceroni p̄suadere voluit (ad eum em̄ scripsit) cū alterū ex græco sit manifestū duci, alterū ex vocibus auiū, sed hoc tanti fuit vertere vt MERula quia sola volat, quasi mera volās noīaretur, quidam nō dubitauerunt etymologiæ subijcere oēm noīs causam, vt ex habitu (quēadmodū dixi) longos & ruffos, ex sono strepere murmurare etiā deriuata, vt a velocitate dicitur velox, & cōpositā plæraq; &

ſimilia his, quæ ſine dubio aliunde originē ducunt, ſed arte nō egēt, cuius in opere non eſt vſus niſi in dubijs, hæc Quintilianus in primo. In vltimo igitur dicto vult non multū ſectandas eſſe huiuſmodi etymologias, niſi in dubijs. Addo & alia quoq; protrita etymologia improbatur. VITupero ēm non a vita, ſed a vitio & vitādo venit. GRAdiuus nō a gradior dicitur, ſed vocabulū eſt teſte Quintiliano thracū. RHEda non dicitur a redeundo, ſed gallicū eſt teſte Quintilia. nec teſte codē EPIredium a rheda & epi græca ꝓpoſitione ſed A. Gellius totū eſſe barbaq; affirmat. Sicut & ESSEdum & Petorritū gallica vel britannica noīa exiſtimātur. NVMiſma ſimplici m et prima breui nō a nūmo deriuatur, ſed vox grēca eſt, et potius nomiſma dicit. FERalia Feſtus a ferēdo vel feriendo dicta putauit, quare qui feram antiquitus mortē dicunt, ipſi viderint. Itē & A. Gel. li. vi. deridet Seruiū Sulpitium virū ſuæ ætatis doctiſſ. qꝫ TEStamentū interpretatus ſit quaſi teſtamentē, quid dicitur (vt idē ait) calceamentū, quid paludamentū, quid pauimentū, quid veſtimētum, quid alia mille per eiuſmodi formamq; etiā in iſta, oīa compoſita dicemus &c. quaſi dicerēt, nōne & hæc etiā a mente dicētur, cū non videatur diuerſitas. Ad hoc alludit Valla dicēs, nam cur a mente potius dicatur, cꝫ a mento vel a menta, quia nihil ad hanc ſignificationē facit mentū mentaue, inquiēs, quid ergo mens ad armentū, ad ſalſamentū, ad condimentū, ad ornamentū, ad armamētum, ad pauimentū, ad tormentū, ad calceamentū, & ad huiuſmodi infinita, nō eſt vera etymologia hæc, neq; a mente, neq; a mento, neq; a menta, ſed potius hæc noīa aſſumūtur tum ſyllabā, cum exirent antea in men, vt veſtimen, calceamē, & vt concludit, nihil habet magis ridiculum hæc de qua loq̄mur ſnia cꝫ etymologia, in qua ipē quoq; Varro & luſit & luſus eſt. Et vt Gel. teſtatur Trebatius lapſus eſt iu verbo ſacellum dicēs. SACellum ex duobus verbis arbitror compoſitū ſacri & cellæ q̄ſi ſacra cella, ſed quis ignorat ait Gellius Sacellū & ſimplex verbū eſſe, & non ex ſacro & cella compoſitū, ſed ex ſacro diminutiuum Etiā poſt Quintilianū (præter neotericos qui vbiq; delirant) quidā in has etymologiæ ineptias inciderūt, vt eſt Donatus, qui ait. Oratio dicta eſt quaſi oris ratio, perinde ac ſi nō ita dicatur ab oratū oratio, vt a ratū ratio, & magis ſit in oro ratio cꝫ in aratio, ploratio, miratio, narratio, nūeratio, & cętera huiuſmodi. Item. SEPulchrū dictum eſt ſine pulchro. Veritus ēm dicere ſeorſum a pulchro, quia ſe in cōpoſitione eſt longū, confugit ad ſine, cuius prima ſyllaba breuis eſt, q̄ſi in ſepulchrū ſit ſine, aut hæc ꝓpoſitio cōponi ſoleat, nec intelligit, ut a ſimulatū dicitur ſimulacrū, mutata t in c, & a lauatū dicitur lauacrū. Nam veteres lauatū dicebāt. Oui. Mane lauaturas illa petebat aquas. Item a fultu

non tã mutata q̃ abiecta t, tanq̃ supuacua dicitur fulcrũ, & a mulctũ. mulctrũ dicitur, ita a sepultũ sepulcrũ. Item Donatus in eo quod dicit LENęus dicitur a leniendo q leniat mentẽ. fallitur, est em̃ græcũ vocabulũ dictum ἀπο του λήνου. i. lacu vt dicit Seruius. Nec bene VIRa virtute vel vireo, sed teste Ciceroẽ a ui, & virtus a viro. Nec VITiũ a vitia, sed vt tradit Cicero in tuscu. questio. a verbo vito vitare descẽdit, nec TVMultus a multũ tundendo, sed vt idẽ vult in viñ. Philippica, a multo tumore, nec TONus a tonando dicitur, sed potius a verbo græco τείνω, quod est intendo. Tonus em̃ significat intentionem vel vocis, vel cordę. MONachus itẽ dicitur solitarius, nec probo hanc etymologiã quã dat Gratia. xvi. q. i. ca. placuit, a monos. i. solus, & achus tristitia, quasi solus in tristitia. A solitudine em̃ deductũ est Nec NAVis a nando, sed græcũ est, a ναυς descendens, nec ANus ab annis propagatur, verũ ab a particula priuatiua & noos quod sensum significi. MAnus non a mano, sed teste Cicerone a muniẽdo. Nec PRESbyter quasi prebens alijs iter, sed græcũ est valetq; latine senior. THEsaurus item non trahitur ab auro, sed grecũ est, nam in thesauris magnor; erat thus & myrrha, vt sacræ literę testãtur, in Iob thesaurus niuis dicitur, & in Plauto thesaurus auri. Vbi datur intelligi esse & aliarum rer; thesaurũ Non sum nescius Thesaurũ diffiniri a iurisconsul. veterẽ quandã depositionẽ pecuniæ. SIMius non a similis, sed a græco vocabulo simios deducit. Pariter & multo maiori in stultitia & ineptiar; sentina versantur hi, qui ex modis significãdi volũt vocabula imposita esse. Dicit em̃ Quintilianus, nõ est lex loquẽdi, sed obseruatio, vtiq̃ am analogiam nulla res alia fecerit q̃ consuetudo, sed nolo in re tam ridicula plura loqui, non sunt em̃ digni isti (vt vocabulo eorum vtar) Modistæ, de quibus verba fiant. Sunt em̃ eorum inuenta meræ nugæ, labyrinthiq; inextricabiles falsi & erronei.

CONTRA LIBELLVM QVI DE DISCIPLINA scholarium Boetij intitulatur.

Circũfertur quidã paruus libellus qui inscribit Boetius de disciplina scholariũ, non pui precij apud̃ doctos, q̃ius titulus sit barbarissimus At ita habeas lector Bœotiũ in omni lr̃atura virũ prestantissimũ nunq̃ edidisse hoc opusculũ, quod ab om̃i veteris eloquentiæ vmbra est alienissimũ, et adeo barbarũ, ut nephas sit Bœotio hoc vile mancipiũ ascribere, q̃d ne ad imperiũ quidẽ Romanæ linguæ admitti vnq̃ dignũ fuit. Bœotius aũt in suis operibus est plane latinus & veterũ emulator, & si nõ vsq; quaq; laudatæ elegãtiæ. Is aũt libellus est oĩno barbarus, & ab om̃i mũdior is latinitatis obseruatiõe discretus, & seiũctus & q̃m barbar; est illius operis ieiunũq; & durũ orationis genus, nolo

bonarꝫ artiū studioſos ſcholaſticos in hoc verſari, caueātq; ab eius lectione tanq; a quadā labe ingenij, q̄d contra hactenus factitatū nouimus pręceptorꝫ ignorātia, qui nos docuerīt ea q̄ iure eſſent dedocenda quod & ſi totius operis orōnes ſint durę & exangues, quædam tñ annotaui vitia, q̄ ſunt a Bœotio & eius ſtilo, & omniū latinorꝫ alieniſſima. Dicit igitur primo inter cætera. Martiane ſocioꝫ chariſſime creditis hunc euenire &c. Et veſtra ſiquidē nouit diſcretio &c. nōne barbaſcule loquitur? quis enim vnq; ex latinis nedum ex antiquis, vnū allo quens dixit. Creditis, vel veſtra diſcretio? cum ſit manifeſtarius ſolœciſmus, vt in opuſculo de cōdendis epiſtolis ſcripſimus. Nam Quintilianus dicit. Idē eſſe vitiū, ſi vnū quis ad ſe vocans dicat, venite, aut ſi plures dimittēs, ita loquatur, abi aut diſcede. Diſcretio etiā in ea ſignificatione qua hic accipit eſt indoctorꝫ grāmatiſtarum & barbarorꝫ, vt ſuo loco diximus, quod aūt dicit p̄clarius eſt mihi ſcholarē confoueri ſcholaſticū dicendum erat. SCHolaris enim nunquā apud idoneos reperies, præſertim in ea ſignificatione. Dicit idem repatriare, quod eſt verbū in primis barbarum, vt alio loco dixi. Item cibaria incarcerare dicit, quo verbo & oratione nihil poteſt ineptius excogitari, dicit, quæ eſt triuialium magiſtra, quadruuialiū potentia, de quibus ſuo loco in nomine ſchola ſatis plura diximus. Item male interpretatur dyſcholus. Dicit in ſuis partibus more indoctorū, qui dicunt in partibus meis creſcunt bona vina. Item dicunt in iſta patria creſcunt bona vina, etiam barbare. Et multa alia deblacterat quæ ſunt a latinitate in primis abhorrentia, at ea omnia paſſim in toto opere taxabo.

CONTRA EOS QVI ANTIQVIS & exoletis vocabulis vtuntur.

Oſtēdimus prius auctoritate diſſertiſſimorꝫ virorū nouis vocabulis nō eſſe vtendū, nunc nimis antiquis et aboletis abſtinendū eſſe idoneis auctoribus p̄babo. Erūpuntem iam quidā ſcioli qui affectato ſermone maxīe delectātur, et eruūt ex antiquiſſimis auctoribus vocabula iamdiu ab vſu deſerta. Contra q̄s primū loquit M. Tullius fons & pater eloquētię ad Brutū de perfecto oratore. Ergo ille tenuis orator modo ſit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, et in tranſferendis erit verecundus & parcus, in priſcis reliquiſq; ornamentis & verborꝫ & ſententiarū remiſſior. Et Quintilianus in primo inſtitu. verba a vetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habēt, ſed etiam afferunt orationi maieſtatē aliquā, ſed opus eſt modo, vt neq; crebra ſint hæc nec manifeſta, quia & iam nihil eſt odioſius affectatiōe, nec vtiq; ab vltimis etiā obliteratis repetita tēporibus, q̄lia ſunt Topper & antegerio & exanclare & proſapia, & Saliorum carmina vix ſacerdotibus ſu-

is satis intellecta. Ergo vt nouorꝫ optima erũt maxime vetera, ita veterũ maxime noua similis circa auctoritatẽ ratio. Nam etiã si potest videri nihil peccare, qui vtitur his verbis q̃ summi auctores tradiderũt, multũ tamen refert non solũ quid dixerint, sed etiã quid persuaserint. Necꝫ em̃ tuburchiabundũ & lurchinabundũ iam in nobis quisꝫ ferat licet Cato sit auctor, nec hos lodices, quanꝫ id Polliõi placeat, nec gladiolã atqui messala dixit, nec parricidatũ quod in Celio vix tolerabile videtur, nec collos mihi Caluus p̃suaserit, q̃ nec ipsi iam dicerent, Item li. viij. de ornatu eadẽ ferme dicit. Ex quarũ antiquarꝫ. s. vocũ affectatione teste eodẽ nec minus noto Sallustius epigrãmate incessitur. Et verba antiqui multũ furate Catonis. Crispe iugurtinę cõditor historiæ, nec Augustus Cæsar elegãtis & limati sermõis homo quicꝫ ęque repræhẽdit in oratiõe ac κακοζηλιαν et antiquarios de quo ita scribit Suetonius, genus eloquẽdi Augustus secutus est elegans & temperatũ vitatis sententiarꝫ ineptijs, atꝫ incõcinnitate & reconditorꝫ verborũ vt ipse dicit fœtoribus, præcipuãꝫ curã duxit sensum animi q̃ apertissime exprimer̃, cacozelos & antiquarios, ut diuerso genere vitiosos parifastidio spreuit Exagitabat non nunꝫ in primis Mecœnatem suum, cuius myrobrechis, vt ait cincinnos vsꝫ quaꝫ persequtur & imitando per iocũ irridet. Sec nec Tiberio parcit, & exoletas interdũ & reconditas voces aucupãti, M. quidẽ Antoniũ vt insanũ increpat, quasi ea scribentẽ quæ mirentur potius hoĩes q̃ intelligant κακοζηλια aũt auctore Diomede est per affectationẽ corrupta snĩa, cum eo ipso dedecoretur oratio, quo illã voluit auctor ornare. Quintilia. in viij. cacozelon inquit. i. mala affectatio per oñe dicendi genus peccat, nam & tumida & exilia & p̃dulcia & abundãtia & accersita & exultãtia sub idem nomen cadunt. Aulus itẽ Gel. scriptor satis emũctus & defecatus lib. x. inquit, verbis vti aut nimis aboletis exculcatisꝫ, aut insolẽtibus, nouatisꝫ duræ et illepidę par esse delictũ videtur. Sed molestius equidem culpatiusꝫ esse arbitror verba noua, incognita, inaudita dicere, q̃ inuulgata & sordẽtia. Noua aũt videri dico etiã ea quæ sunt inusitata & desita, tametsi sint vetusta. Est adeo id vitiũ plerũꝫ seræ eruditionis, q̃ græci οφιμιαν θιαν. i. tardi discentiã appellant, vt q̃d nunꝫ didiceris diu ignoraueris, cũ id scire aliqñ ceperis magnifacias. Idẽ primo li. Phauorinus phũs adolescenti veterũ verborꝫ cupidissimo, & plærasꝫ vocces nimis priscas & ignotissimas in quotidianis, cõibusꝫ sermonibus exprometi. Curius inquit & Fabricius & Corũcanius antiqssimi nostri & his antiquiores Horatij illi trigemini plane & dilucide cũ suis fabulati sunt, necꝫ Aruncorꝫ, aut Sicanorꝫ, aut pelasgorũ, qui primi coluisse Italiã dicũtur, sed ętatis suę verbis locuti sunt. tu aũt perinde quasi

cũ matre Euandri nũc loquare, sermõe multis annis iam desito vteris Sed antiqtatẽ tibi placere ais, q̃ honesta & bona & sobria & modesta sit, Viue ergo moribus ptis, & loquẽ verbis p̃ntibus, vñ & Caius Cę sar li. i. de analogia scriptũ reliqt. Habe sp̃ in memoria, atq; in pectore, vt tanq̃ scopulũ sic fugias inauditũ atq; insolẽs uerbũ, multa inuenies apud Senecã epi. cxiiij. Itẽ multa apud Suetoniũ de claris oratoribus et grãmaticis, & Martianus Fœlix Capella lib. v. eadẽ dicit, postremo vt concludã Martialis hanc antiquitatis affectationẽ detestatus, ita illudit quendam Crestillũ. Carmina nulla probas molli q̃ limite currũt. Sed quę per salebras altaq; saxa cadũt. Et tibi mœonio q̃d carmine maius habetur Lucili Columella hic situs Metrophanes, Attoniusq; legis ter raifrugi ferai. Acci⁹ & quicquid Pacuuiusq; vomũt. Vis inter veteres Crestille tuosq; poetas. Dispereã, si scis mẽtula quid sapiat. & Fortunatianus lib. iij. vir perfectissimus dixit verbis vtendũ esse, vt nũmis publica moneta signatis. & idem, sed quia verbor̃ veterũ iam exoleuit vsus, nõ sunt audacius vsurpanda illa quæ cũ ætate mutata sunt.

DE ERRORIBVS GRAECISTAE.

Video plærosq; triualiũ nugar̃ literatores vsurpare ęquiuocationes differẽtias terminor̃. Itẽ deriuationes & etymologias quas repererunt apud Eberhardũ hunc, apud eosdẽ non sordidũ auctorem, qui tñ in hanc literar̃ tenuitatẽ descendit, vt eius differẽtiæ & interpretationes nõ modo sint falsæ nulliusq; momẽti, sed etiã ridiculæ et de grę cis prę cipiẽtis & de latinis. Temere em̃ plæraq; oĩa eructat, nec est vllũ illi cõmercium cũ linguæ latinæ proprietate, & remotior̃ vocũ significatiõe, nec mirũ, præceptores em̃ & literar̃ censores habuit sibi indoctiores Catholiconẽ Papiã. Hugutionẽ. Isidor̃ & cęteram grãmaticorum sordẽ, qui tanq̃ Sibyllæ interpretes oĩa præcipiendo magnas in linguã latinã effuderunt tenebras, quas tñ vt cauere possis, quędã obiter annotãda duxi Græcistæ deliramẽta, ut ab eius lectiõe prorsus animum abducas (oĩa enim corrigere nõ esset parui laboris, sed ingentis acerui) Errauit ergo bonus ille vir in hoc carmine. Gratia sit Christo, grates referamus amicis. Nemo em̃ illam differentiã unq̃ obseruauit, talem aũt habeas drñam. GRAtia in prosa orõne dici. GRAtes in carmĩe, nec nisi raro grates in soluta orõne usurpandũ censeo, nec nr̃i proprie & vsitate apud veteres loquũtur, dicẽtes habemus vobis grates imortales. Grates em̃ poeticũ est. Item in hoc carmine. Est hęresis secta nomẽ trahit a seco verbo, hæresis em̃ prima longa est, quia diphthongus est, vt in dictiõe modernus diximus, pari modo Alexan. gallus errauit in iij. Sic & herilis herus hęresis tñ excipis heros. Plus, secta dicit a sectãdo, vt dicit Dona. atq; ibi. Orator sit discipulus rhetor do-

cetillũ. ORator em̃ est qui orat causas uel in cõcionibus uel in iudicijs
RHetor aũt professor rhetoricę artis. Estq; multũ pręstãtius nomẽ ora
tor q̃ rhetor. Nec valet illa drña eiusdẽ. Dic aures hoĩs, dic auriculas
asinoꝝ, nec itẽ illud carmẽ. Muscipulæ murũ, sunt discipulęq; luporũ
DEcipula em̃ vel decipulũ, est instrumentũ ad decipiẽdas aues, & feras
quascũq; fraudulẽter cõparatũ, vt in Hieremia, sicut decipula plena a-
uibus, sic domus eorũ plena dolo. EXCipulæ aũt sunt foueæ qbus
fraudulẽter pisces excipiũtur. Pli. li. ix. de anguillis, glomeratę voluunt̃
mirabili multitudine vt in excipulis eius fluminis ob hoc ip̃m fabrica
tis singuloꝝ milliũ globi reperiãtur. Nec illud. Est lenonis amasia, sed
qua cõfidis amica. Luxuries primã faciet natura secundã, AMIca em̃
frequẽtiori est in vsu pro ea cũ qua nobis est coitus, q̃ pro consangui
nea, in q̃ significatiõe rarissime accipit̃, pręter em̃ alios scriptores elegio
graphos qui vbiq; amicã in malũ accipiũt, etiã Tertulianus noster in
malũ accipit loquẽs de Ioue. Non ita dilectaꝝ iampridẽ amicaꝝ. Sed
AMasius, uel amasio, onis, vt Apuleius vtit̃ & amasia accipiũtur pro
eo vel ea q uel q̃ amat vel amat̃. Gel. li. vij. ca. viij. Delphinos venere-
os esse & amasios dicit. Hierony. sup ezech. amasius venerisq; pulcher
rimus iuuenis &c. Et sępe alias vtitur hoc vocabulo. Itẽ ibi errat. Quis
pomi plures loca tu pomaria dicas. Ast pomeria sunt vbi poma ab-
scõsa tenẽtur, de qbus suo loco. Itẽ in sequẽtibus oĩbus versibus abijce
drñam Eberhardinã. Pabula dic hoĩs sed bruti dic aĩalis, pascua. Nos
hoĩm proprie mãmillas dicimus esse. Vbera sunt pecudũ, sed mãmæ
sunt mulieꝝ. Cuius mãmillas dixisti dicq; papillas. Dicit em̃ Pli. lib. xi.
ca. xxxix. Mãmas hõ solus e maribus habet. Idẽ vrsæ mãmas q̃ternas
gerũt. Delphini binas in ima aluo papillas tm̃. Et balenæ vituliq; mã-
mis nutriunt fœtus, hæc Pli. Et Hiero. in euan. Et beata vbera q̃ suxisti.
Vides hanc tuã drñam stolidã esse & nemini obseruatã. Delirat vlteri
us Græcista dicẽs, Aula domus comitũ, sed regia mansio regũ. Indu-
peratoꝝ sunt celsa palatia dicta. Hęc enĩ est insulsissima drña. AVLa
enĩ similiter & palatiũ regum sunt & imperatoꝝ & diuitũ sine vllo di-
scrimĩe. Nec ista. Cingula cornipedis cingẽtis cingulus esto. At neutri
gñis sit zona tibi mulieris. Itẽ nec illa absurda. Dicitur hæc buxus dum
viuit in arbore ramus. At si detrũces hoc buxũ dicere debes. Nam bu
xus etiã de ligno dicitur. Buxusq; vocat berecinthya mater. Itẽ illa, ve-
stes sunt mulieꝝ, sed vestimẽta viroꝝ. Et illa, Affectus mentis sed cor-
poris esse volũtas, & mera deliramẽta in his blactit versibus. Vespere
sit nona si re mutaueris in rũ. Illius occasum, vesper sit quelibet hora.
Quo sol obtegit̃ nubis caligine terra. Ri rorũ cantant, re raꝝ timpana
pulsant. Ista enĩ drña oĩno cõfunditur ab auctoribus, vesper vesperũ

& vesperа sine discrimine ponũtur, itidẽ vesperi & vesperæ, arũ. Itẽ & illud. Corpis est propríe valetudo potẽtia firmi. VALetudo enĩ vocabulũ est mesum, hoc est indifferẽs ad bonũ & malũ, vt bona valetudo. i. sanitas, mala ualetudo. i. infirmitas. Inde valetudinarĩ dicunt qui frequẽter sunt infirmi. Et valetudinariũ dicit locus in q̃ ægroti curãtur teuto. siechenhusz qualia sunt in cœnobijs monasticis, q̃d ipsi minus latine infirmatoriũ appellitant. Annæus Seneca, tanq̃ in codẽ valetudinario iaceã, de cõmuni malo tecũ colloquor. Et Columella li. xij. rerum rusticarũ. Siue alterũ languidiorẽ in valetudinariũ confestim deducat, loquẽs de seruo villatico. Et valetudo le producit. Hor. ij. Saty. Dura valetudo inciderit seu tarda senectus. Nec valet ista drña. Esca volatiliũ cibus, epulæq; virorũ. Diuorũq; dapes, firmat, vt Isidorus. Cœnã prudentiũ cõuiuia dicũtur. Sanorũq; cibus gñalia cibaria dicas. Nolò enĩ nimis anxie has drñas obseruare, q̃ & si Seruius dixerit. DAPes propríe esse deorũ, vt Virgilius in viij. Hęc vbi dicta dapes & sublata reponi. Sunt tñ dapes & hoĩm uel eorũ improborũ. Virgin iij. Nam simul expletus dapibus vinoq; sepultus. Cibarius etiã a. ũ, significat vilis & plebeius, vt cibarius panis est sordidus & vilis. Tulli. in v. tuscu. cũ cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Cibariũ etiam vinũ pro ignobili posuit M. Terẽtius Varro. Adde q̃ & epulæ etiã de dijs dicũtur. Itẽ Vir. vt tu das epulis accũbere diuũ. Hic velim obiter etiã admonere lectores ne nimis anxias & molestas *differentias velint insectari*, quas nouerint præstantissimos linguæ latinæ auctores cõfudisse, sicut acron Horatiani carminis satis luculentus interpres ne in ea quidẽ re bene probatur, dicens accumbere esse deorum, discumbere hominũ, recumbere ferarum. Cum Cicero in primo de orato. nulla lege astrictus dicat de hominibus, tantam in Crasso humanitatẽ fuisse, vt cum lauti accubuissent, tolleretur omnis illa supioris tristicia sermonis. illam aũt drñam superstitiose velle obseruare q̃q; linguæ latinæ parens Cicero cõfundit, hois credo esse multũ superstitiosi et in lingua latina heretici. Nec valet istud carmẽ eiusdẽ. Est hõ morosus si sit bñ morigeratus. Morosus enĩ non est ille qui est præditus bonis moribus, cũ hic dicat moratus, sed morosus, vt tradit Porphirio nõ pessimus grãmaticus, est, qui est multorũ morũ inter se contrariorum, vt sunt senes, dicente Cicerone. At sunt morosi & anxij & difficiles senes. Morositas itaq; propríe est quando res pene nulla animo hoĩs cuncta fastidientis satisfaciat. Nec valet ille versus eiusdẽ. Memos morosum mora mefacit esse morosum. A mos enĩ morosus venit non a mora, vt dicit Valla, non tñ repugno a mora dici posse *morosus* non tñ facile vsitatũ. Male etiã dicunt nñi, morose fa-

ciatis. Nec iſta differẽtia eiuſdẽ obſeruatur cũ dicitur, ꝙ Crinis ſit tantũ mulierũ, Cęſaries virorꝫ, Coma quadrupedis, lubar ſerpẽtis & leonis & male dicit Catholicon ꝙ Coma ſit tm̃ mulierꝫ, Coma em̃ de viris dicitur. Oui. in opere meta. de Polyphemo. Neſcio quẽ regnaꝝ Iouem coma plurima toruos. Prominet in vultus. Et Corne. Tacitus de germanis, vnde habitus quoq; corporꝫ quanq; in tanto hoim numero idem oĩbus truces & cerulei oculi, rutilę comæ &c. Et Hora. in carminibus de Thelepho loquẽs. Spiſſa te nitidũ coma, puro te nitidũ Telephe veſpero, Tempeſtiua petit Cloe. Itẽ Cęſaries de mulieribus. Virg. iiij. geor. Drymoq; xantoq; ligeaq; philodoceq;. Cæſariẽ effuſæ nitidam per candida colla. Et crinis etiã virorꝫ. Iuue. Saty. iij. Ille metit barbã crinẽ hic deponit amati, ſcilicet pueri. Vitabis etillã differentiã ſolidã eiuſdem. Scrobes ſerpentũ ſunt, at ſpelũca leonũ. Suntq; ſepulcrorum foueæ ſunt antra draconũ. Vt plęriſq; placet Cauernæ cuniculorũ. Vitabis & illam. Vrinas hoĩm dic, lotia ſunt aſinorꝫ. Lotiũ enim latinũ eſt vocabulũ & vetus, valens tm̃ quantũ vrina. Item et illam. Ad corpus ſanctus, ad mentẽ pertinet almus. Cũ potius terra dicaꝫ alma, ab alendo eo ꝙ nos alat. Et corpe non ſancti, ſed animo & mente eſſe poſſumꝰ, pro ea ſignificatõe qua ipe & nos nũc ſanctũ accipimus. Alioqui apud veteres ſctũs erat ipollutus quales erãt legati iure gẽtium Nec valẽt hæc duo carmina. Simplex legitimus, ſimplex idiota vocetur. Simplicitas bona ſit, & mala ſimplicitas, vt diximus in dictiõe ſimplex. Derideamꝰ & illã differentiã. Baptiſmũ proprie, tibi ſit mũdatio mẽtis. Exterior q̃ ſit per aquã baptiſma vocatur. Hæc vox baptiſmus nectit vtrũq; ſibi. Baptiſmus em̃ & baptiſma a græcis diciť. Baptiſmũ in neu. ge. nõ dicitur (vt teſtis eſt Lau. Valla) ab eiſdẽ, at eccleſiaſtici doctores noſtri vtũtur, ut Hieronymꝰ in Marco ca. xi. & Ambroſius in ſermõe octauæ epiphaniæ. At tutius & melius primis duobus vteris, & nulla eſt differẽtia eorũ, pro eodem em̃ ponũtur. Derideamus & illam. Pilleus eſt iuuenũ, peregrinantũq; galerus. Præſulis eſt mitra, nobiliũq; tiara. Præter cętera em̃ mitra eſt proprie mulierꝫ, non præſulũ Vlpia. ff. de auro & argẽto &c. Muliebria ſunt q̃ matris familias cauſa parata ſunt, quibus vir nõ facile vti põt ſine vituperatiõe, veluti ſtolæ pallia, tunicæ, capicia, zonæ, mitræ. Dicimus itẽ pileũ in neu. ge. ſi credimus Vallæ, nõ pileus, Martia. Cũq; decent noſtrũ pilea ſumpta Iouẽ. Hieronymus tm̃ vtitur pileolus, ꝙ ſi bene, dicetur & bene pileus. Tiara ſi credimus Hieronymo ad Fabiolã, ueſtis eſt tam ſacerdotum q̃ pontificũ, & eſt capitis tegimentũ, vt idẽ dicit quaſi ſphæra media ſit diuiſa & pars vna ponatur in capite. Hoc græci & noſtri tiarã, nõnulli galerũ vocãt, vides hic Hieronymũ pro eodẽ poſuiſſe. Suidas aũt docet tia-

rām esse ornamentū capitis, quā rectā soli reges gestabāt apud Persas. Inde Tiaraphori dicūtur quasi gestantes tiarā. Alio vocabulo tiaram vocāt Cidarim, de quo etiā apud ecclesiasticos scriptores mētio fit. Hie rony. in Ezechiele ait. Cidaris insigne est pontificis corona est, hoc est diadema regis indiciū. Tiara est tam fœmi. q̄ masculi generis. Et illam differentiā. Sit thalamus sponsi camerā dic esse scholaris. Camera em̄ non est totū cubiculū sed lacunar, parsq; superior cubiculi. Et illā. Pauperis est palla, ditis chlamys at mediocris Pallia sunt tribus his Mātellus cōuenit hæc vox. Quid potest stultius & contēptius dici præsertim apud disertos q̄ hęc differentiarū miseria & somniabūda deliramēta quapropter in re tam manifestaria pudet me adducēr in contrariū exempla. Quoniā quidē nemo est tam sine oculis, qui non has perspiciat meras esse nugas. Chlamydes puerorū & filiorū esse testatur Vlpia. ff. de auro & argento &c. Nec Mātellus latinū est, vt alio loco dixi. Scholaris etiā suo loco &c. Derideam⁹ & hanc differentiā. Oris cum corde confessio dicitur esse. Sed cor nō ori concordia fassio tm̄. Futilis est deridendaq; & hęc differētia eiusdē. Vrbis porta fores thalami, sed ianua tēpli, penoris est valua. Quod & Oui. manifestat. Derideamus & hāc Castrorū prætor, p̄fectus dicitur vrbis. Ecclesiarū dicitur prępositus sit siue scholaris. Dicitur em̄ prętor vrbanus ab vrbe apud romanos. Et prætor peregrinus vt. ff. de origine iuris luculētissime tradit Pompo. iurisconsul. Præpositus aūt & prælatus, vt sint noīa dignitatis ego non dum legi apud veteres, quāuis & ego ip̄e quondā scripserim in carmine. Corrige peruersos p̄late monastice mores, sed correxi & p̄fecte posui, magis tn̄ toleratur p̄positus q̄ prælatus. Nec valet ista drīna. Pupillus matre caret, orphanus est sine patre. Nec bene posuit hoc carmen. Dicitur abba pater, absolon inde uenit. Debet em̄ referēte Nestore scribi abesalom cū e post b & m in fine, vt scribitur apud Hebræos. Chaldæos & Gręcos, & est penul. longa, nō breuis. Prudē. Solus abesalom lacerās pia viscera ferro. Nec valet ille versus. Mors nigron est nigromantia dicit inde. Necromātia em̄ dicitur, non nigromātia, vt in eadē dictiōe suo loco vidimus. Nec valet iste. Dic pratos esse manū ga practica nascit inde. Pratos em̄ q; significet manū nondū legi, πρακτος aūt agibilis significat, & πρακτικος efficax, factibilis, actualis. Practica aūt vocabulū primū ad nos transtulit Quintili. Nec iste. Est quoq; dulce cimen inde cimiteriū. Dicitur em̄ cœmeteriū non cimiteriū, vt suo loco dicā. Errauit & in his versibus, Kirrios est porcus non dicas kyrrieleyson. Et kyrios dns vult quoq; Mercurius. Non em̄ kirrios dicitur porcus ut hic somniat. Sed χοιρος chiros, kyrios vero vocatur dns. Inde kyrie, eleison duæ integræ dictiōes. Q; si in annotationibus

hymnoꝝ aliter senserim, nunc tñ Ioannē capnionē Phorcensem seq̄r qui in hūc modū ad me rescripsit, aio kyrie trisyllabū esse, cuius prima per hypsilon, secūda vero iota scribit̄, & accētus acutus in prima leuatur. Eleison aūt verbū imperatiuū tetrasyllabū, accentu sil̄r in antepenultima acuto, nec enī fit diphthongus vnq̄ ex ε & ϰ. i. ita vocalibus, quapropter a nr̄is ob ignorantiā Hellenismi iam dudū cepit male pronūciari, & ego integre kyrie eleison nuper inueni in antiquo codice in monasterio ad duplices aquas, hoc est Zuifuldēsi. Valet autē eleison. i. miserere. Delirat Eberhardus & in his versibus. Nō clara matre natus claroq̄ parēte, ut plerisq̄ placet dicit̄ esse nothus. Spurius est natus tm̄ clara genitrice. Audi Laurentiū in Antoniū Raudensem, ꝙ nothus sit natus ex nobili pr̄e, et infami mr̄e, miror cur dixerit Raudensis, cū paꝝ añ Quintilianū attulerit dicentē. Nothū qui legitimus nō sit vocāt greci, non aduertēs eodē loco dixisse Quintilianū, vt Catonis orōne testatū est, quia nō habemus nr̄m, vtimur peregrino, igitur nothus est absolute illegitimus, hæc ille. Spurius aūt dicit̄ absolute qui incerto patre natus est, quē Modestinus iurisconsul. ff. de statu hoīm vulgo cōceptū appellari testat̄. Vñ spurius etiā versus dicit̄ alterius ac incerti auctoris. Ausonius de Aristarcho. Quiq̄ notas spurijs ꝟsibus apposuit. Bastardus aūt apud latinos nunq̄ legi. Ita nec bene Bernardus in glosa capi. Nisi cū pridē de renūciatione vbi dicit Manser proprie dicit̄ de scorto natus. Spurius de cōcubina. Nothus de adulterio natus. Et naturalis dicitur nat⁹ de cōcubina q̄ tenetur in domo, nec itē bene pōtifex in eodē capitulo. Manser enī non est vocabulū apud veteres usitatū, legitur tñ apud eccl̄iasticos & biblicos, nam hebraicū est, non latinū, neq̄ grecū diciturq̄ mamser ꝑ m nō manser, vt īperiti scribūt teste Ioāne Reuchlin in libro de rudimētis hebraicis. Naturalis autē filius dicit̄ legitimus & de legitimo toro natus, vt apud latinos & eruditos scriptores inuenies, et apud iurisconsultos illos latinos et elegātissimos, vñ Vlpianus ff. de senatoribus dicit. Senatoris filiū accipere debemus non tm̄ eum qui naturalis est, verū ad optimū quoq̄ &c. titulo. l. liberos, idē dicit. Sicut etiā pater naturalis dicit̄ legitimus, vt Caius. ff. de ritu nuptiaꝝ. l. Si quis. Naturales liberi, licet in adoptionē dati fuerint senatus cōsulto cōtinētur, & sæpe alias p̄sertim. ff. de gra. offi. l. si filiū, filius naturalis. i. legitimus dicit̄. At neotericos in hoc loco non sequemur, sed latinos & iurisconsultos, nō Iustinianū, qui cum plebe errat in autētico, q̄bus modis naturales filij efficiātur legitimi collatiōe v. Et itē de sanctissimis episcopis collatiōe nona in principio. Nec valet ista drña eiusdē. Est hoīs libitū placitū solet esse deoꝝ. Placitum enī hoīm vel eorundē stultoꝝ est, teste Lactātio in pri. institu. ca. xv. Quis em̄ (inquit) tam demēs qui

consensu & placito innumerabiliū stultorū &c. Miror in primis vnde cōmentus sit hō ille tales drīas, quo spiritu vel auctore effuderit. Nec illa. Alterius violās vxorē fertur adulter. Ast mechus faciēs incestum cū meretrice. Signat adulteriū, fornicor & reliquū. Fornix est arcus, fornixq; domus meretricū. Adulter em & mœchus grēce pro eodē ponūtur. Et adulteriū seu grēco vocabulo μοιχεια mœchia penul. produ. cōmittitur in nupta. vnde Modestinus iuriscōsul. ff. ad. l. Iuliā de adulte: & stu. dicit. ADVlteriū in nupta cōmittitur. Stuprū in vidua vel virgine vel puero cōmittitur. Attamē & stuprū corpis apud Sallustiū & alios etiā pro simplici, ut dicitur fornicatōe interdū sumitur. Stuprum itēpro adulterio accipit, vt apud Ciceronē li. ij. de finibus bono, & malo, stuprata per vim Lucretia a filio regis. Incestus vero vt idē dicit, cōmittitur cū priuigna, nuru, nouerca. Et vt Paulus dicit. ff. de ritu nuptiarū. Incestum cōmittit, qui ex gradu ascendentium, vel descendentium vxorē duxerit. Sed lenocinium facit vt dicit Vlpianus. ff. de his qui notantur infamia, qui quæstuaria mancipia habet, vel qui hūc quæstum in liberis exercet. Sunt igitur Lenæ, vt idem dicit. ff. de ritu nuptiarum, quæ mulieres quæstuarias prostituūt, & si qua cauponē exercens in ea quæstuaria corpora habeat vt multę. Perductrices aūt & perductores sunt teste Ascanio Pediano earū personarū in qbus stupra exercita legibus vindicātur. FORnix aūt non est proprie domus meretricum: Sed fornices dicūtur curuaturę q̄ arcus aut cameras faciūt, siue natura les siue industria humana perfectæ. Et qm̄ meretrices in huiusmodi locis et cellulis prostant, factū est vt fornix pro lupanari accipiat. Et fornicari pro scortari. Sed præter ecclesiasticos vix quempiā inuenies qui fornicari pro scortari accipiat. Latini em̄ prisci qui signate locuti sunt accipiunt fornicari pro incuruare ad similitudinē fornicis, sicut Plinius & alij. Et Fornicator apud Paulum. ff. de fundo instructo accipitur pro ministro fornicis in balneo calefactandi. Nec valet illa differentia Parricida patrē qui transfigit, siue parentē est Patricida suam qui violat patriam. Patricida enim dicitur qui patrem interficit. Et matricida qui matrem, qui & græce μητροκτονος, vnde Ausonius Matricida Nero proprij vim pertulit ensis. Item fratricida qui fratrē occidit. Sed parricida per abusionem teste Quintiliano in octauo matris quoq; & fratris interfector dicitur. Ponitur & aliquando pro simplici homicida, vnde parricidiū, id est homicidium. Vnde Pomponius. ff. de origine iuris, propterea quæstores constituebantur a populo qui capitalibus rebus præessent, hi appellabantur quęstores parricidij. Hæc sunt quæ obiter tetigisse libuit ex innumeris erroribus, quos in posterum eradicabimus, si hæc placuisse intellexero.

Lenocinium

Lenæ

Patricida

Matricida

Fratricida

CONTRA IOANNEM DE GARLANDRIA.

Ioānes neſcio qs de Garlandria edidit cōpoſita verbor̄, equiuocorum librū, & ſynonyma, & librū de deponētalibus, a cuius opibus caueas tanq̄ a venefica cicuta, a labeq; ingenij peſtifera. Multo em̄ plus delirat in ſynonymis, æquocatōibus, & interp̄tationibus, q̄ hic Eberhardus. Nec quo libello cōtentus eſſem, ſi eius errores in mediū afferre vellē, quos uel prudēs ipſe adoleſcēs dinoſcere & dijudicare pōt. In verbis aūt deponentalibus interdū adeo barbara & vandalica verba hic adducit, vt in linguæ latinę interitū coniuraſſe poſſit exiſtimari, interdū adeo inuſitata & exoleta, & ab vltimis etiā obliteratis repetita tēporibus, vt vix Corūcanius & Fabricius, aut Sicani Pelaſgiq; qui primi coluiſſe Italiā dicuntur in vſu habuerint. Quare conſultiſſimū tibi ſit eius libros oīno declinare, & vna litura oēs delere, ne te falſis moleſtiſq; grāmatiſtar̄ fabulamētis irretiant. Sed vale candide lector, nec detrahendi ſtudio hęc meſcribere credas. Non em̄ detrahit qui uerum dicit, nec ego eius vitam uel mores taxaui, ſed errores in lingua latina (non detractione ſed ex inſtituto) ad quā illuſtrandā & ab iniuria aſſerendam oīes ſtudioſi accingamur, ne nos germani cæteris nationibus ridiculo ſimus inculto & barbaro ſermone noſtro, q; ſi in toto opere alicui ex ſcriptoribus, vel antiquis, vel neotericis cōtradicere videar, ductus forſan maiori auctoritate vel ſaniori ratione, propterea non velim cenſeri ex his, qui contra laruas pugnant, nec illi a me iniuriam fieri, ad quod non me voluntas, ſed ſuſcepti operis & prouintiæ neceſſitas traxit. Nam vt famæ mortuor̄ detrahere velim non eſt verecundiæ meæ, qui nulli viuentiū detrahere cōſueui, ſed ſi forte in ſcriptis meis aliqua reperiūtur, in quibus aliter aliquid q̄ forſan aliqui hodie viuentes ſenſiſſe reperiar, nō contra illos dictum eſſe, ſed quod mihi videbatur a me ſcriptum eſſe exiſtimari volo, veluti ad diuū Hieronymū ſcripſit Auguſtinus, iterum vale. Ex Tubinga.

DE QVIBVSDAM BARBARIS ORATIONIbus in cōmuni ab indoctis multum vſitatis.

Oīes bonar̄ artiū ſtudioſos in germania, p cuius laude & vtilitate hoc opus ſuſcepimus, admonēdos hic nō inoportunū duxi, in cōiungendis latinis dictiōibus non oīa latina cōformari poſſe nr̄o ſermoni germanico, decor em̄ vnius linguę non quadrat in alia. Nam vt grąphice dicit Hiero. ad Pāmachiū. Difficile eſt alienas lineas inſequētem nō alicubi excedere, & arduū vt q̄ in alia lingua bene dicta ſunt, eundē decorē & tranſlationē conſeruēt. Et idē ſuper Matthę. latina cōſuetudo græco idiomati nō reſpondet, ergo m̄to minus nr̄a cū latino uel grę co, ut quilibet mētis cōpos dijudicare pōt. Inde male dicimus, Mitto te

Scire q̄ ego bñ possum, sicuti quidā scripsit, quē in hoc noīare inhuma nū puto, dicere enī debuit. Volo te scire me sanū vel incolumē esse, uel reddo te certiorē me bñ valere. Itē male. Vnde secas Ioānes, hoc ē, vnde venis. Itē male. Ipse fiet legere, dñi non erūt facere. Tu dic. Ipse leget dñi non facient. Itē nec bene Apes hoc anno bene stabūt, vt nup̄ quidā astrologus vaticinatus est. Male etiā sic loq̄mur. Sōniauit mihi, me friget, me esurit, sedeas te. Itē ero venire. Rex nō erit venire, sed dicas uenīā, vel rex veniet, et sīlia. Vernacula enī nostra lingua nō pōt per oīa sequi latinā, nec̄ ecōtrario latina nr̄am. Barbare etiā dicimus. Beneueritis, vel sitis bene vēturus, vel beneueniat dñs. Latini enī dicunt. Salue vel saluete aut aue, vel saluus sit aduētus tuus, vel gaudeo te saluum aduenisse, ita dicit Valla. Nec̄ est ap̄d latinos aliud verbū quo adeūtes nos rñdeamus q̄ salue, nisi more vulgari magis q̄ probato dicimus bñueneritis. Itē & barbare dicimus. In qua bursa statis? Et in qua lectōe sedetis? vel ego sedeo in secūda parte &c. Itē barbare dicimus, decernimus q̄ vti debeat, de q̄ Valla contra donationē Constātini sic loqtur Quid illa loquendi barbaries, decernimus q̄ vti debeat, pro eo q̄d est decernimus ut vtatur, sicut nūc barbari hoies scribūt & loquūtur. Iussī q̄ deberes facere, Iussī q̄ deberes venire, pro eo q̄d est iussī ut venires, & plura sīlia. Etiā barbare dicimus. In prouincia Sueuiæ. In prouincia Galliæ vel Macedoniæ, vel in vrbe Florētiæ, vel Romæ, vel in insula Siciliæ. Sed in prouincia Sueuia, Gallia, Macedonia, & in insula Sicilia. Sicut Gel. li. x vij. ca. vlti. dicit. Eos dixisse hoiem cū inde irēt in terra Italia fuisse. Itē li. x vi ca. iij. sparti quoq̄ vsuz in terra grēcia diu incognitū fuisse dixit. Itē in vrbe Roma, Florētia, sicut Gel. dicit li. xiij. nō parui in vrbe Roma noīs &c. nescioq̄ (ut dicit Valla) an probe dicamus ex roma vrbe, ex Florētia, & sīlibus, sed potius cōtra ex vrbe roma, ex vrbe Vlma, vel Cracouia, sed q̄ Virg. in vij. dixit flumē hymellę. Et buthroti vrbē, impropric teste Seruio loquit̄ poeta, licentia vsus. Itē non flasculus sed vasculū. Est enī vasculū diminutiuū a uas, significatq̄ q̄d libet vas ex quacūq̄ materia, sic Vlpia. ff. de auro & argento, si cui vascula argētea, vtpote lances quadratæ sint legatæ &c. sic non significat solū modo ein flesch, vt nostri dicūt. Nec crusibulus latinū est, sed possis diceř. Vas fictile, Vas samiū, Vas thuscū, aut Aretinū. Nec cussinus latinū, sed puluinar, vel ceruical penul. lon. sicut & vectigal & torcular secundū aliquos. Nō bene dicimus occido te cū gladio. Vel percutio te cū ense, & sīlibus, ut alibi dicā. Sed occido te gladio, ense sine p̄positiōe. Itē male dicimus. Sit quicquid sit, sed sit vtcūq̄ sit. Item male, dabo tibī vnā rem pro alia, sed aliā pro alia, vt dicit Valla. Et male eodem teste, postq̄ tu hoc pro te nō vis mihi da, sed qm̄ tu hoc pro te non vis vti

mihi da, siue qñ aut qñquidē. Itē male. Capiatis sessum, sed ite sessum, ut Plautus in penulo. ne sessum ducat. Itē in euan. ludi ad ludā dixerī. Tu videris media corre. in futuro cōiunctiui nō produ. vt indocti legunt Male etiā dicimus pludere vulgo verspilē. Sed amittē ludo. Adde q barbare dicim⁹. Est purus laicus, uel purus grāmaticus. Purus enī immaculatus & intemeratus est, q̄d nihil ad grāmaticū. At ita dicere possis, est detritus grāmaticus, vel solū grāmaticus, vel extrem⁹ idiota, vt dicit Augu. ad Volusianū. Possumus tñ dicere merus. Nā Plautus in milite dicit, meri bellatores gignuntur, quas tibi prægnantis facit. Et in pseudo. mera iam mēdacia fundis. Idē in gurgur. ibi ostentatores merī confidētes garruli. Negant itē grāmatici bene dici versus Romā, versus Sueuiā, sed romā versus, sueuiā versus, sed non semp ita obseruatur. Dicit enī Varro li. i. de lingua latina. Cliuus proximus ad florales vsus versus Capitoliū vetus, & Cicero ad Appiū. Cum ego laodicea vsq; ad Iconiū iter fecerim. Male dicimus cōtingit se teut. es begeit sich Itē dat se, ut multi loquūtur. Volūt enī confirmare vernaculā suā cum lingua latina. At dicas, cōtingit sepe vel aliqñ. Male dicimus, emi hanc rē pro tribus denarijs. Vel uendidi pro libra. Pro enī præpositio circa verba estimatōis omitti debet, ut vēdidi tribus denarijs nō pro tribus, & sic in sibus. Nā Diomedes dicit emo asse nō pro asse. Male dicim⁹ Volo iterū venire, uel ecōuerso. Vel iterū tibi dare. Sed dicas volo reuenire, volo tibi reddere, & ita in sibus. Ibā, transibā, redibā, exibā in ptō impfecto non transiebā, rediebā, exiebā, et hoc quasi speciale est in verbo eo. Nam reliqua fere oīa uerba, nisi etiā excipiat, queo quibā habent iebā in ptō impfecto, vt audiebā, seuiebā. Nam vt dicit Serui⁹ in vi. ene. sup hoc carmē Virgilij, lenibat dictis aīm, lenibat pro leniebat et antique dixit. Vt squamis auroq; polibat, pro poliebat. Maiores em̄ in oībus cōiugationibus impatiuo bam addebāt, & faciebāt imperfectū indicatiui, q̄d in tribus obseruatur. In quarta etiā e additur, vt nutri nutriebat. Q̄ igitur Virg. in ij. dixit. Nutribat teneris īmulgens vbera labris, pro nutriebat dixit. Et Claudia. lib. i. de raptu. Hic elementoꝝ seriem sedesq; paternas. Insignibat acu, pro insigniebat. Fallit tñ & hæc regula in verbis cio terminatis tertiæ coniugationis. Nam faciebā, percutiebam dicitur, non facebā, percutebam. Dicas fugerunt non fugierunt, petebā non petiebam, vt mos indoctoꝝ est. Matthæum legitur non est oratio congruēter dicta, licet Alexander ea vsus sit. Male a nostris dicitur. Tu feciſti met, met enim solo se nihil signi, sed est syllabica adiectio. Male dicimus, iam diu est, q̄ ille est mortuus, sed dicas nuper obijt. Non est dicendum teste Vallensi. Non videtur tibi q̄ benefacijam. Et mihi non videtur q̄ bene loquaris, vobis uidetur q̄ male faci-

amus. Eruditi em̃ sic loquuntur. Non videor tibi bene facere, tu nõ videris mihi bene loqui, sicut vobis videmur bene facere, ita nobis vos videmini. Quintilianus tamen libro nono instituti. dicit Cõmode etiam apud nos aliquas ante oculos esse rerum personarũ ve imagines fingimus, eadẽ aduersarijs, aut iudicibus non accidere miramur, qualia sunt. Videtur mihi, & nonne videtur tibi. Et idem lib. ij. Cicero vt mihi quidẽ videtur & iucundus incipientibus est. Nisi velis dicere suppositum esse Cicero. Præceptum Vallæ non tenet vbiq;.

DE QVIBVSDAM VERBIS MEDIAM LONgantibus contra vulgi consuetudinem.

Si vultis germani scholastici & esse & haberi inter grammaticos (vt idẽ sæpius dicã) sit vobis in primis cura, ut prosodiã. i. accentũ, hoc est productionẽ & correptionẽ syllabarũ obseruetis sanctissime. Qui em̃ longã breuiauerit syllabã, uel ecõtrario, manifestariũ facit barbarismũ vt aptissime tradit Augusti. li. ij. de doctrina Christiana dicens. Itẽ barbarismus qd aliud est, nisi verbũ non eisdẽ literis vel sono enunciatũ? quo ab eis qui latine ante nos locuti sunt enũciari solet. Quintili. in prinstitu. & Donatus in eo opusculo, quod de figuris inscripsit idem dicunt. Accipe igitur quædã verba mediã producẽtia contra vulgi consuetudinẽ, & in dictionibus plurium q̃ trium syllabarũ. i. designat longam. Trucido Hora. Ne pueros corã populo Medea trucidet. Marito are, Claudia. Concutit & glebas fœcundo rore maritat. Lego are, allego, relego. Ouid. Quippe relegatus non exul dicor in illo, & Virgil. in vij. Sedibus & nymphæ, ægeriæ, nemoriq; relegat. Asseuerare perseuero. Statius. Nam si ludere Grippe perseueras. Composita em̃ sunt a seuerus. Absonius tñ dicit de Castore & Polluce, Patrib⁹ ambiguis & matribus asseueratos. Affligo, infligo. Claudia. Flectit & assuetũ spolijs affligit ægestas. Inuito are, Martia. Me meus ad subitas inuitet amicus ofellas. Confido, diffido. Claudia. Omnibus exclusus ceptis confidit in vno. Oblimo are, Claudia. Luxus & humanas oblimat copia mentes. Aequo are, Exæquo. Ouid. At tunc exæquor tetricas licet, illa sabinas. Diffido ere, Claudia. Munera decipiunt, qui se diffidit amari. Mano are, emano. Claudia. Crimen & ad nostras manauerit vsq; secures. Obstipare, constipo. Claudia. Pennatiq; murũ circumstipantur amores. Caligo are, Claudia. Sydera tænareo caligantesq; profunde. Adiuro are, coniuro. Clau. Coniurãt furiæ crinitaq; fortibus hydris. Fatigo. Vir. Quę mare nũc terrasq; metu cœlũq; fatigat. Formido are Tulli⁹ in arato. Formidãs acrẽ morsum lepus his neq; nomẽ. Instigo are. Virg. Instigat studijs resonatq; fragoribus æther. Vaporo as. are, euaporare. Horati. in epistola ad Quintum Leuum, descendens curru

fugiẽte vaporẽt. Repo, obrepo, surrepo. Iuue. Saty. ix. Poscimus, obrepit non intellecta senectus. Ligurit penul. longa. Hora. li. ij. sermo. Tractauit calicẽ manibus dũ furta ligurit. Inclino are, declino. Oui. Inclinat cursus & easdẽ circuit auras. Castigo are, Vir. Hic grauis Entellũ dictis castigat Acestes. Vestigo, inuestigo. Tulli. in arato. Cerula vestigat finita in partibus astra. Fastidio ire. Virg. Inuenies aliũ si te hic fastidit alexis. Suffoco are, præfoco. Ouid. Suffocent animã dira venena tuam. Mensuro penul. pro. Aul. Gel. Gratia q̃ paucis mẽsurat singula verbis Item nutrit enutrit u producũt. Claudia. Spe nutrit ducitq; simul refouetq; leonẽ. Nestor sepe non spe legit. Ideo male dicit nutrit primã esse correptã, corrupte enim Claudianũ allegat. Suffragor, refragor penlonga venientia a suffragine, ut dicit Perottus. Ouid. siue Virgilius fuit in priapeio. Copia me perdit tu suffragare rogatus, Petronius arbiter. Ad sonitum strepitumq; lucri suffragia vendunt, Serenus. Q2 nobis fieri suffragia iusta recusat, præter morem aliorum. Ouid. de nuce. Quid nisi suffragium nimbos vitantibus essem. Alij in hoc carmine Ouidñ volũt suffragium a frango deriuari, & corripi, quod ego non probo. Adulor aris, uel indifferenter adulare. Et uenit ἀπο του σλου λου, quod est seruus, adulari enim seruile est. Iuuena. Quid quod adulandi gens prudentissima laudat, Ruffus Festus. Cerulus accedens ditis loca flumine adulat. Et ego admodum adolescentulus sic lusi.

Prohdolor o superi veneratur solus abundans,
Nec probus, aut doctus, nemo iuuatq; inopem.
Et nunc diligitur nullus nisi cum sit adulans
Fallere qui nescis ue tibi nunc misero.

Dormito are, Horati. q̃nq; bonus dormitat Homerus. Solor aris, cõsolor, desolor. Virg. dictis solatur amicũ. Cõpilo are, & expilare q̃ significant expoliare, vt cõpilant socios. Cõnueo cõniues, ere. Silius. Cõniuent solẽq; pauent deprẽdere, &c. Appareo appares. Ouid. Si q̃d es appares culpa soluta mea est. Figo, defigo ere, Statius. Defigit comitq; obliquo lumine mõstrat. Pædico are. Catul. Pædicabo & irrumabo. Illabor, collabor, vt nris illabitur oris. Opsonor, vel opsono as, pro eodẽ. Et opsoniũ o in medio producũt, quia apud græcos per ω scribitur sic οψωνιον & inde etiã per p opsoniũ scribi debere videt, sed cũ apud alios per b inuenerim, nõ mutabo propria auctoritate. Hora. Omia conductis cæmẽs opsonia nũmis. Et est opsoniũ (vt habet Valla in Raudensem) quicquid carnis piscisue vltra panẽ pulmentũq; comedimus. Opsonatores aũt dicuntur hi qui obsonãt, hoc est opsonia quibus uescimur scienter emũt, vulgo inkauffer speisung, vnde Seneli. vi. epi. adijce opsonatores quibus dominici palati noticia subtilis est

Male ergo Accursius glosator labitur, qui dicit opsonatores esse qui custodiunt dominū in lecto, vel qui resonant & cantant domino in mensa. Marito as, are. Claudia. Concutit & glebas fœcundo rore marito. Refuto & confuto, are. media longa est, quia a re & con & fando componūtur, a in u mutādo, vt dicit Festus. Virg. in xij. Italia ad mortem si te fors dicta refutet. Item deriuo, are. itidem mediā longam habet, ex riuo enim i longā habente componitur, & est deriuare aquas, cūm in maiorē congeriem creuerint in plures riuos deducere, hinc im proprie & transumptiue vnū vocabulū dicitur ab alio deriuari. Et vt paucis concludā, omnia sequētia penul. producūt. Allido, Præstolor. Immuto, are. poto, epoto, eradico. inquieto. libo, delibo, prælibo, prauo & deprauo. relucet, illucet, denudo, renudo. nudare u longa. Virg. deliuore. Infœlix macies renudat ossa. Sudo, desudo, insudo sicut nudo. Virgilius eodem. Sudat frigidus inturens quod odit, similiter duro induro. Ouidius. lib. vi. meta. Induroq; niues & terras grandine pulso Dilato as, are. penul. pro. Virg. in more. Leuat opus palmisq; suū dilatat in orbē. Item similiter coloro as, are. & decoloro. Virgilius de liuore. Pallor terribilis genas colorat Item extrico penultima longa. Horatius. Mercedem, aut nūmos vnde, vnde extricat amaras.

DE QVIBVSDAM VERBIS MEDIAM BREuiantibus contra vulgi consuetudinem.

¶ Inquino as, Ruffus Festus. Pestifero afflatu serpens vagus inquinat æthrā. Educo are, Iuue. Terra malos hoies nunc educat atq; pusillos. Virg. Quattuor hic iuuenes totidē quos educat vphens. Eodē modo. Manduco corripi credo. Nam vtrūq; a duco as, are. inusitato verbo deriuari videtur, licet Arator produxerit, non bene me iudice. Cauo, excauo corripiūt a, Vir. in vij. Tegmina tuta cauant capitū flectuntq; salignas. Rigo, irrigo. Lactanti duodecies vndis, irrigat omne nemus. Autumo Seneca in Hyppo. quod esse tenet autumas dignā nece, componitur ex ab & æstimo, vt dicit Nigidius Figulus. Horati. Autumat hæc populus hęc magnos formula reges. Congelo as. Oui. Congelat & tectis in mare serpit aquis. Ligo, illigare, religo. Claudia. Et sparsos religant crines & vultibus addunt. Aggrauo are, congrauo. Oui. Sed magis hæc quo sunt cognitio ra grauāt Concoquo ere, p̄coquo. Statius. Et quas p̄coquit ebosita cānas. Innoto are, annato. Claudi. Annatat vnda fretis extremaq; lucis imago. Erudit. Oui. Erudit & rarū pectine denset opus. Pernego, abnego. Claudia. Pernegat hic semper lapsu ræ pondera terræ. Intono are, Claudi. Intonat errāti gladio penitusq; trabali. Similiter & hæc penul. corripiūt. Perdocet, edocet, aro, exaro, migro, immigro & cætera composita. Defodio defodit. Ouid. lib. iij.

meta. Fa. iij. Vim tulit inuitæ dicentẽ defodit alta &c. Satago, quia a ſatis & ago, breui prima cõponitur. Tranſuado & tranſuador, id eſt vadũ trãſcio, & vado etiã corripiunt. Oui. lamq; vadaturus lectica prodeat inquit. Item ſtupro, as. are, & conſtuprare, ſicut etiã ſtuprum, Prudentius. Et ſtupra veſtra deæ veneris prætexitis vmbra.

DE QVIBVSDAM NOMINIBVS MEDIAM breuiantibus contrà vulgi conſuetudinem.

In noĩbus etiã notabis q; Valeri vtũs iuxta Nigidij figuli ſententiã acuit primã, non ſecundã. Et ego addo Virgili. Georgi. Mercuri, quia ſimiliter ſecundã breuiant. At ſuper hoc Gel. ita dicit lib. xij. Si q̃s nunc Valeriũ appellans in caſu vocandi ſecundũ id præceptũ Nigidij acuerit primã, non aberit quin rideatur Immo et ego ſuffragor Gellio in Valeri, quoniã & ſimiliter prima, vt ſecunda breuiatur, non tñ eadem ratio eſt in Virgili. Georgi & Mercuri, ſimilibuſq;, quia cũ prima longa ſit, ſecunda breuis, ſecundã acuendo, accẽtus repugnat cum quantitate, quod eſt contra Quintilianũ, ut dicã de accentibus, ſic igitur iuxta quantitatẽ poteris primã non ſecundã acuere, ſed quod Priſci. dicit ea vocabula iam dicta in ſecũda acui debere, nõ in prima, forſan in hoc iuuatur preter noſtrã conſuetudinem quæ eum ſequitur & bene q; firmitas & vigor vocis in his noĩbus quaſi quibuſdã neruis additis intẽdatur, ad q̃d ego quoq; accedo, optimã rõnem dat Serui. grãmaticus doctiſſ. i. ænei. dicẽs. Sane plærũq; accentũ ſuum retinet etiã ſermo coruptus, vt mercuri, domiti, ouidi, tertia a fine habere debuit accentum quia penul. breuis eſt, ſed cõſtat hæc noĩa apocopẽ pertuliſſe, nã apud maiores erat ntũs & vtũs, ut hic Mercurius o mercurius. Vnde cũ licet breuis ſit etiã poſt apocopẽ ſuum ſeruat accentũ. Hic obiter annotandũ Gregorius nomẽ primã longam, ſecundã breuẽ habere, cõtra quorundã vſum. Sic em̃ apud græcos ſcribit γρηγοριος in principio per η quod in e longũ conuertitur. SAXones uel melius ſaſones populi ſunt germanię & media breuis eſt. Claudia. de cõſulatu Honorij. Ignotumq; fretũ maduerit ſaxone fuſo. Orcades, in hoc vocabulo labitur, Dionyſius Neſtor alioquin doctus homo, qui dicit mediã longã, allegans Lucanũ in pri. Et biturix longiſq; leues ſaxões in armis. Nã non ſaxones, ſed axones legendũ eſt. Sunt em̃. AXOnes populi gallię, de quibus intellexit Lucanus accolæ axonis fluuij in finibus Rhemorũ, ut eſt apud Cæſarẽ. De Saſonibus aũt nihil ad propoſitum, q̃m longe diſtãt a Gallia, nec nomẽ habuiſſe creditur eo tẽpore. ZEBedei penul. cor. eſt. Iuuẽcus. Hinc tunc Zebedei coniũx ſubmiſſa rogabat, ſed vix tenendus eſt hic Iuuẽcus, nam apud græcos pe. diphthongo ſcribitur.

PELecanus a breuẽ habet, vt Paulus Pompilius docet, idem dicit in

Andreas penultimã breuem esse, vnde Philelphus. Andrea dum placita nobis munuscula mitis. Sed pelecanus ab aliis producitur, quibus ego plus accedo, quia accentu circũflexo in penul. apud græcos scribitur πελεκανος & cum sit græcũ non dicitur quasi pelle canus, vt quidam inepte tradũt. SIMonia penul. habet breuẽ non longã, similiter cõtrouersia, quia vocalis ante vocalẽ breuiatur, qua tñ dictione simonia videlicet nõ nisi ecclesiastici vtũtur. AMAracinũ est vngentum ab amaraco herba odorata nominatũ, et habet penultimã correptam contra vulgi consuetudinem. Lucretius. Deniq; amaracinũ fugi tatsus & timet omne Vngentum. AMAracus autẽ vulgo maiorana dicitur genus herbæ. PRAecox præcocis media breui enunciatur. Calphurnius æglo. ij. Insita præcocibus surripere persica prunis. COPhinus, id est corbis penultima breuis est, vt dicit Iuuenalis de Iudeis. Quorum cophinus fœnumq; supellex. Hæc item teste Valla in penultima corripi debent (quæ vulgo producuntur male) proselitus Idea, sicera, euronotus, anathema. Aeneas proprium in actibus Apostolorum, philemonẽ, sarpedonem, palemonem, canonem, quæ omnia penultimam corripiũt. EPHesus ciuitas media breui. Horatius. Aut ephesum bimaris ve Corinthi. COLumen contra quorũdam indoctorum usum media breuiatur. Horatius in carminibus. Grande decus columenq; rerum. Et Catullus. Thessaliæ columen peleu. Et postea, æmatthiæ columen peleu. Et Cicero de suo consulatu. Quæ magnum ad columen. Dorothea & Timotheus penultimam corripiunt, vnde Fortunatus. Et cum Timotheo viuere cura meo, similiter Dorotheus. Triumuiri, semiuiri, penultimam sicut eorum primitiuum corripiunt. Fœdericus & Theodericus penultimã corripiunt, vt tradit Nestor Dionysius, vsus tamẽ doctorum aliud sequitur, sicut Alaricus produxit Claudianus, cum quo ego sentio, sic Henricus & Dominicus. Epitheton, vel epithetum penultima breui, vt alio loco dicam. Cristallinus, amigdalinus, myrrhinus, smaragdinus penultimam habent breuem, non vt vulgo proferuntur. Et si smaragdus apud Prudentiũ poetam etiam penultima longa inueniatur. Martialis. Et turbata breui questus cristallina vitro. Serenus. Fertur amigdalinæ succus nucis esse bibendus. Iuuenalis. Myrrhina deinde adamas notissimus & beronices.

DE QVIBVSDAM DICTIONIBVS MEDIAM LONgantibus contra vulgi consuetudinem.

Caminus media producta debet nunciari. Clamdestinus sti longe debet nunciari contra cõmunium grãmatistarũ opinionem, vnde Silius italicus. Ceu clamdestino traheretur fœdere bellũ. Marcus ma-

nilius. Et clamdestinis surgentia fraudibus arma. Sinapi media producta ē. Serenus Samonic⁹. Sępius ergo decet mordax haurire sinapi

Sidon sidonis media producta est apud alios. Virg. Memini sidona venire. Iuuēcus presbyter, Sidonē tyrum q; petit cum fœmina fusis. Et Ouid. lib. ij. meta. Suspicit indignæ sidonida noīe dicunt. Corripitur apud alios. Ouid. lib. xiij. meta. Sidonis inq; pyra facti sub imagine facta. Est & apud græcos hæc syllaba indifferēs scribunt eī̄ Κ. ΣΙΔΩΝΙΟΣ ΤΗΣ ΣΙΔΩΝΙΑΔΟΣ. Et sidonis ΣΙΔΟΝΙΟΣ ΔΙΑ ΤΟΥ ΟΜΙΚΡΟΥ, hoc est per o breue. Sidonius itē ad placitū ponitur apud latinos & græcos, qui scribunt ΣΙΔΩΝΙΟΣ ΣΙΔΩΝΙΑ ΣΙΔΩΝΙΟΝ per o longum, & ΣΙΔΟΝΙΟΣ per o breue. Iuniores & Euripides produxerūt. Homerus & Dionysius corripuerunt. Vt notauit Aldus. Ro. literarum instaurator. Euphrates media longa vnus dicitur ex fluminibus esse qui de Paradiso fluunt, Ruffus Festus, Plurimus euphrate manat liquor iste feroci. Epodos o in media lōga est. Sidonius, Sermonūq; sales nouūq; epodon. Ausonius. Dactylicos elegos choriambū carmen epodos, Et Terētianus Præmisso hexametro dulcē subnectit epodū, producit in penul. Item bariona nomē tetrasyllabū Simonis Petri. sic eī̄ apud grēcos scribit. ΒΑΡΙΩΝΑ. Item Salome pe. produ. sic scribitur ΣΑΛΩΜΟΝ. Itē Iscariotes penul. pro. quem nos corrupte Scariotes dicimus, ita eī̄ scribitur ΙΣΚΑΡΙΩΤΗΣ. Itē sapphira mulier apud Paulū, sic eī̄ scribitur ΣΑΠΦΕΙΡΑ Item agapitus pe. lon. sic eī̄ scribitur ΑΓΑΠΗΤΟΣ. Vbi melius agapetus diceremus, si aūt græce proferre volumus & manere græcū, accentus cadit super ante penultimā. Incus incudis penulti. longa. Ruffus Festus. Ditia vulnifici crepitāt incudibus altis &c. Mediastinus sti longa, & mediastini teste Marcello non tm̄ balneorū sed & ministri et curatores ædium vocati sunt. Horatius in epi. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Mediastinū interpretatur Priscianus quasi in medio stans, alij scribūt. Mediastynus vt dicatur ab asty, quod vrbē & ciuitatem designat. ¶ Priapus a in media longa est. Horatius. Cum faber incertus scamnū faceret ne priapum. Antiphona o in media lōga est, quia per ω mega scribitur, hoc est per o longū. Salubris u in medio semper longa est. Nasica i in medio longa. Horatius. Filia Nasicæ metuentis reddere soldum. Beronice i in medio longa, fuit regina. Iuuenalis vi. Saty. Myrrhina deinde adamas notissimus et beronices.

Hydropis & hydropicus o ante p producitur. Horatius. Si noles sanus cures hydropicus & ni. At male Macer corripuit & p̄ter naturam cum dixit. Hydropicis sic humores. Symon simonis penulti. producta est. Horatius. Pythias emuncto lucrata simone talentū. Item etiā Simonis o producta enūciari debet pro, vt est sancti Apostoli nomē

teſtis eſt Pompilius,& Iuuẽcus dicẽs. Ales proſequitur cantu mentẽq; Simonis,& Valla idem dicit. Hos ſecutus ſcripſi & ego ſic. Noſcere ſi lector funeſta Simonis iniqui, loquens de Simone mago. Fortunatus male in hoc carmine. Hinc Simonẽ & Iudã mittit perſida gemellos, ſecutus eſt hic græcũ accentum, quo accedendũ non eſt, vt etiã dixi in dictione Maria. Liceũ ſiue liciũ media producta locus in quo docuit Ariſtoteles, vt Marcus Tullius. Tuq; academia vmbrifera nitidoq; liceo. Academia aũt penul. vel longa, uel breuis eſſe poteſt, longa eſt ſicut in p̃cedenti verſu. Et in hoc laureæ Tullij. Atq; academię celebratã noie villã. Claudianus breuiat. In latiũ ſpretis academia migrat Athenis. Et Sidonius, Obruet & quanq; totis academia ſectis. Hyſſopus nomẽ herbæ penul. producit contra vulgi conſuetudinẽ, teſtis eſt Neſtor Dionyſius. cũ o longo enĩ ſcribitur in medio ſic ὑσσωπον hyſſopon, nos tñ vnũ ſabñcimus, vnde Alanus. Si cœlũ terrę cõformat cedrus hyſopo. Et ſi Macer p̃ter naturã corripuerit dicẽs. Et hyſopum ſiccum calidũ quoq; tertius illi. Quiſquis aũt hic auctor fuerit ſæpe errauit hic & alibi in quãtitate. Macrum aũt non fuiſſe cõſtat. Theſſalonica vrbs & Metropolis in Macedonia i in penulti. producit, vt apud Claudianũ & alios inuenies. Pharmacopola et oia cõpoſita a polo verbo græco q̃d eſt vendo po in penul. producũt, ut bibliopola, myropola, propola. Anneus quo noie Seneca appellatur pe. pro. eſt. Terẽtianus, Anneus Seneca & Põponius ante ſecũdus. Hic nota obiter. Seneca nõ dicitur quaſi ſe necans, ſed vt Caſſiodorus ait, q̃d canus natus ſit. Heroes & heroas penultima producta enũciari debent.

Poderis media longa, per ϰ enĩ in medio ſcribitur, vt in apocalypſi. Præcinctũ ad mamillas vidi veſtitũ podere. Eſt aũt poderis, vt dicit Hierony. veſtis pontificis q̃ latine dicitur Talaris, & ex eo q̃d ad pedes deſcendat hoc ſortita vocabulũ eſt, vel vt dicit Craſtonus, Poderis eſt tunica linea qua vtuntur ſacerdotes. Iphigenia penulti. longa enũciẽtur. Oui. iñ. triſti. Pro nece cõplexus iphigenia dedit. Euripides Sidonius penul. produxit. Orcheſtrã quatit alter eurípidis. Alĩ corrípiunt magis recepti. Mœchia. i. adulteriũ. Et magia, id eſt incantatio penul. producũt, ſcribuntur enĩ apud græcos cum ει diphthongo in penultima. Paſſibula, cleobulus, thraſybulus, ariſtobulus & ſimilia in bulus vel bula, u producunt in penultima. Auſo. Arma ſuper veheris quod thraſybule tua. Hora. Studiũ aufert cleobule liparei nitor hebri. Sidonius. Lindie tu cleobule canis modus optimus eſto. Hæc itẽ vt Valla teſtatur producũtur (quæ a vulgo perperã corripiũtur) Idolathitũ. Brabium, ſiue vt nos loquimur brauiũ. Orthigometra, cenomia, latria, arrius, dariꝰ, idumea, iturea, cęſarea. Addeſi vis Antiochia

ita enim apud græcos scribitur ΑΥΤΙΟΧΕΙΑ. Sed vt Priscianus vult dicimus Alexandria, Nicia, Antiochia penultima breui, siue Alexādrea Nicea, Antiochea penultima longa, vt dixi in arte carminum.

DE QVANTITATE PROPRIORVM NOMINVM.

q̄ non ponātur ad placitum, vt dicit Alexander.

Cedant qui propria nomina ad placitum quo ad quantitates syllarum poni arbitrantur, legant enim Ouidium lib. iiij. de Ponto ad Tuticanum, & Martialem in nono epigrāmatum ad Carium, & inuenient illos difficultate quantitatis propriorum nominū maxime anxios fuisse, & abstinuisse ab illis in carmine. Iudicio igitur meo, Omnia propria latina & græca, quo ad oēs syllabas sequūtur regulas quātitatum appellatiuorū, nisi singularis poetarum auctoritas interueniat, quæ eas ad hanc, vel ad aliā quantitatē coerceat, quorū auctoritas maxīa regula habenda est. Est autē auctoritas spectata poetarum lectio. Barbara aūt in vltimis subiacent regulis, in mediis prout ad spectatū vsus exercitium deuenerint, in primis sunt ad placitum. Hæc intellige nisi poetæ alicuius auctoritatis, vel positio, aut alia regula generalis coerceat ad certam quantitatem, plura dicam in arte carminum.

Regula

DE QVINQVE FIGVRIS ALEXANDRI GALLI

inuenies de F in dictione figura, & quale iudicium habeam de secunda parte eiusdem.

De tribus partibus Alexandri inuenies in dictione Iesus.

Quomodo tenebrę, candelabrū & similes dictōes in media syllaba pronūcientur in soluta oratione inuenies del caput proprium.

De quorundā hebraicorū quātitate vide in dictiōe Dauid.

Quō bñ rñdeaf̄ p aduerbia affirmatīa ad interrogatiōes, vide de q.

De accētu aduerbiī aliq̄n & aliarū dictionū, vide de a, propriū ca.

Glossæ sunt vitandæ, vide de g, in dictione glossa.

De nominibus in sta vide de s. Ego sum Romanus melius dicitur quam sum de Roma vide in littera E.

w non est litera latina, vide in litera v.

Adulterina signa dicūtur alienis annulis facta, vulgo falsa teste Perotto. Et adulterina clauis. i. externa & quasi altera facta, sic Apuleius. Adulterinū auctorē vocat non verū sed subditiciū, dicens de asino aureo. Nec me prēterit huius quoq; facti auctor adulterinus. Adulterinā monetā (dicit Barto. merula) appellāus, quā indocti falsam dicūt. Hieronymus cōtra Ruffinū, & quasi bonus trapezita adulterinæ monetę pecuniā reprobet. Idē li. iij. ad ephesios, vnde omī studio legēdæ nobis scripturæ sunt & in lege dñi meditandū die ac nocte, ut probati trapezitæ sciamus qui nūmus probus sit quis adulter. Hæc obiter notabis.

Probū nūmmū dici latine qui ab alijs bonꝰ vel validus dicit. Plautus in perſa, nec quiſq; dabit probū & numeratū argentū. Idem, nūmi ſex centi hic erūt probi nūerati. Et pecuniā adulterā vel adulterinā q̄ vulgo mala dicit vel falſa. Nā & falſum librū pro mēdoſo ĩproprie dicimus, recte tñ appellabimus falſū iudiciū, falſum nomē, falſam ſnīam pro nō veris, non q̄ fallēdi gr̄a dicta ſint, ſed q̄ opinionē hoim fefellerint, latine etiā falſarios dicimus, qui decipiēdi gr̄a publica ſcripta falſificāt, & adulterinā monetā faciunt. AVReus nūmus ein guldin, qui vulgo florinꝰ appellat. Philelphus enī in epiſtola quadā florinos ſcribit non florenos ſic dicēs. Reliqui nūmi aurei apud cæteros fere oēs & principes & reſpu. florini vocātur, at nec florinus, nec florenus latine dicitur. Aureus aūt nūmus. DVCAlis dicitur quē vulgo & indocti ducatū vocant, qua tñ dictione Philelphus vtitur in epſa ad Papā Pium dicēs, ut mihi ducati trecenti numerētur. Nūmi aurei etiā eleganter aureoli appellātur. ¶ AVSterus a.um, opponit dulci teutonice ſaur, vt Cornelius Celſus de medicina li. pri. nunq̄ vinū falſum bibere expedit, ne tenue quidem aut dulce, ſed auſterū & plenius. Quintilia. lib. ij. quare mihi maturitas quidē ipſa feſtinet, nec muſta in lacu ſtatim auſtera ſint. Hic obiter nota plenū vinum dici teuto. ſtarck, q̄d nos dicimus forte, alij vinum ſubſtantioſum dicūt minus bene. Et tenue teuto. ring oder leicht, quod nos debile dicimus. Hoc etiā leue dicitur apud Ciceronē quinto tuſcula. quę. De auſtero dicit Feſtus. ¶ ASSEſtrix nō ab aſſiſtendo vel aſſerēdo, vt Māmetractus & cætera labes grāmatiſtarū vult deriuari, ſed ab aſſeſſor, vt dicit Nonius Mar. vt li. ſa. ca. x. da mihi ſedū tuarū aſſeſtricem ſapientiā. A uerbalibus enī in ſor nō poſſumus formā in trix fęmi. niſi in quibuſdā addita t, vt a poſſeſſor poſſeſtrix, a tonſor tonſtrix, ab expulſor expultrix, vt Apuleius in Coſmographia, indagatrix virtutis, expultrixq̄ vitioꝝ, diuinarū particeps rerū, loquēs de phīa. Idem Cicero v. tuſcu. dixit ab impulſor impulſtrix, a plauſor plauſtrix, hęc Noni. Perſuaſor. Plautus perſuaſtrix in bacchi. formauit, alia aūt in ſor a qbus nō formatur nomē in trix repugnāte euphonia vel vſu ſunt generis cōis meo iudicio. Et ob hoc ego quodā carmine euerſor poſui in fœmi. ge. nulla enī auctoritas mihi ſuffragabatur, vt dicerē euertrix. Itaq̄ meo periculo ſic poſui, de qua re doctiores iudicēt. ALEator vel aleo, onis dicitur qui ludit in alea, non aūt dicimus Aleare ſed ludere in alea. Eſt autem alea omnis ludus qui in varietate fortunæ conſiſtit. Mar. Alea prima nuces & nō damnoſa proprie tamen de teſſeris dicitur. Alea etiam per ſimilitudinem ponitur pro dubitatione & periculo. Plinius in prolo. natu. hiſto. extra omnem ingenij aleam poſitum Ciceronem. ſcripſit.

Ambulatores proprie dicũtur qui vrbem passim peragrant vendĩtando vilissimas merces, & dictis quibusdam scurrilibus aucupãdo vẽditores, teu. holhippen mãn, oder senff verkauffer, vel similes, non autem vuandler, vt nostri dicunt. Anteambulones autem dicuntur qui honoris gratia aliquem comitando præcedunt teuto. vorgenger sicut principes habẽt. Suetonius de Vespasiano. Ea demũ excutit magis conuicio quam precibus vel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

DE QVIBVSDAM ADVERBIIS NON LATINIS.

Laurẽtius Valla homo de lingua latina meritissimus, tradit has sequẽtes dictiões nõ esse latinas et satis puras, videlicet. Aliqualis, aliqualiter, multotiẽs, pariformiter, coęqualiter (nec etiã coęqualis apud veteres facile reperiẽ, sæpe aũt apud recẽtiores) nullibi, diuersimode, oĩmode, p̃sentialiter, nullatenus, & quo quidã vtũtur vllatenus. Priscianus tñ nullatenus ponit sicut & multotiẽs, sed non recipiẽ in hoc, grãmaticus enĩ vt alibi dixi nõ debet esse opifex verbor. Veteres enĩ nõ multotiens, sed frequẽter dicũt. non nullibi, sed nusq̃. non nullatenus, sed nullo mõ. Nec ego inuenio apud eruditos mẽtetenus uel corde tenus hoc didici, vt nostri dicũt, sed melius forsan, ut Diomedes grãmaticus locutus est, memoriæ tenus, possumus tñ dicere cordetenus, uel oretenus ambulaui in aquis, hoc est vsq; ad cor, vel os, vel similiter, Sed cõplector memoriter, vel teneo memoria, vel memoro memoriter, Apuleius tamẽ de asino dicit, & oĩmodis cohorcinationibus dilapidauit, quod q̃ latine ipe uiderit. A modo pro post hoc reprobat Valla sed quo crebro vtũtur ecclĩastici scriptores, vt Ambrosi9, & Apuleius dicẽs, vt nemo me amodo tã mane egredientẽ solũ videbit. Cicero ad atticũ dicit particulate, vbi nos vulgo particulariter dicimus, grauiter & pœnaliter barbara sunt aduerbia. Et ut Georgius Valla dicit, in præsentiar: non est latinũ, sed in p̃sentia. Legi tñ in pręsentiar: apud nõ pœnitendos scriptores. præsertim apud Vlpianũ iurisconsul. non semel. Nec bene ridiculose aduerbiũ, sed ridicule, Irridet enĩ Hieronymus Ruffinũ quod ridiculosus dixerit, cũ ridiculus dicere debuisset, ridiculus enĩ dicitur qui deridet. Iuue. Saty. iĩj. Nil habet infœlix paupertas durius in se, quã quod ridiculos hoĩes facit. Idẽ Valla nec bene dicitur nequidẽ. Nam inter ne & quidẽ semp debet mediare vna dictio. Et vt idẽ dicit solœcismũ incurrit, si quis nedũ pro non solũ ponat, sed non cõsiderauit Ciceronẽ ad atticũ, si modo non mẽdose legitur dicentem Tu qm̃ cares quartana, & ne dũ morbũ remouisti, sed etiã grauedinẽ, sed rarũ est. Falso item dicimus plus q̃ false. Sedulo plus q̃ sedule, tuto plus q̃ tute, de quibus Augustinus in grãmatica sua de aduerbio dicit,

sic Cicero ait. Imperatū est a rōne, ut peccare suauitatis causa liceret, sed tñ in paucis admissa euphonia est. Nam ratio locuples est, & viris latinissimis sane circa has regulas auctoritas ausa est, & in paucis præsumpsit, ut diceret Cicero humaniter, cū humane dicere debuit. Et Terētius vitā parce & duriter agebat pro dure. Sed tñ ipsi auctores modestius, & cū quodā pudore cōtra regulā pauca præsumpserūt. Nam et falso dixerūt pro falsē, & necessario pro necessarie, & sedulo ꝓ sedule, & raro pro rare, & crebro pro crebre, & tuto pro tute, sic et alia. tñ pauca non licenter sed verecūde sunt vsurpata, hæc ille. Georgius aūt Valla in sua grāmatica sic dicit. Multa tñ ex supradictis noībus ipsa terminatōe dū pro aduerbijs accipiūtur, ut falsō, cōsulto, postremo, auspicato, sedulo augurato, manifesto, priuato, p̄cario, merito, cætero q̄d alīq̄ cętera, cæterū alij. Dicitur etiā priuatim. Necessario dicit, & necesse & necessariū & necessum, dure & duriter, large et largiter, humane & hūaniter, firme & firmiter. Pompo. in auctorato dicit insaniter pro insane. Titinnius seueriter pro seuere, blāditer, benigniter. Plautꝰ amiciter, auariter, mūditer, mœstiter, æquiter, asperiter, festiuiter, ampliter, ignauiter, proteruiter, inimiciter, iracūditer, superbiter, temeriter. p̄clariter, toruiter, purister, prosperiter, abunde, abundanter, ab affatu affatim corripiturq; fa. Hæc ille. abunde teste Prisciano, ab abundo as. dicitur. abundanter ab abundās. Et vt idem dicit differūt. Diuine humane, & diuinitus humanitusq;. Nam diuinitus a diuis, & humanitus ab hominibus monstrant. Diuine aūt & humane, vel humaniter similiter diuis & hominibus significant. Bines, item trines, quadries non dicimus, sed bis, ter, quater, nec item nonies, sed nouies per u, vt a nouem descendat.

DE QVIBVSDAM VERBIS BARbaris quæ sunt in vsu nostrorum.

Hæc verba zechare, tibisare, vobisare, auisare, crinisare, bursare, latinisare, exēplare, quod latine exscribere & describere, exemplū ve sumere dicitur. soluisare, cipare, deteriorare, appodiare verba sunt penitus barbara & gothica, nec digna q̄ in latini sermonis campo admittantur. Epistolari autē rhetoricari, carminari, episcopari, iniuriari, querulari, tediari. cōtentari uerba sunt nō oratoria et elegantia, sed penitus grāmatica & detrita. Item presbyterare, vel doctorare, vel magistrari pro magistrū fieri, anullare, annihilare, dānificare, modificare, dignificare, parificare, judiciare, peditare, hoc est pedibus ire. quāuis suppeditare bene dicatur. Officiare, libellare, maiorare, minorare, peiorare & meliorare verba sunt penitus de media grāmatistaꝝ schola deprōpta Hiero. tñ in Biblijs vtitur verbo minorare si est translator, at viderit ipse, Vsus est em̄ meo iudicio sermone triuij, & verbū quotidianę ser-

mocinationis assumpsit. Et Columella melioresco habet lib. ij. rerum rustica. Dispensare itẽ pro legibus soluere minus latine dicitur. Sunt & illa barbara. Singularisare, plurificare, quibus quidã vtũtur tanq; elegantioribus pro tibisare & vobisare. Adde p̃dictis priuilegiare, priuilegiatus. Itẽ pręconisare, solẽnisare. Itẽ inbeneficiare, quo quidã vtũtur pro inuestire quod & ip̃m non legi. p̃sertim in ea significatiõe. Item regentare pro regẽ, amaricare, placitare pro cõcordare, epicaisare quo theologi hodie vtũtur, fauorissare pro fauorẽ facere. Itẽ fundamẽtare pro fundamentũ iacere, nec fundare frequẽs, vt dicit Valla nisi p translationẽ, frequentius em̃ iacere fundamẽta dicimus. Temporisare, clericare i. clericos ordinare quo vtitur Ioannes Andreæ, collacionare (id est exemplũ recognoscere latine) sunt em̃ oĩa penitus indigna, q̃ in latini sermonis vniuersitatẽ admittãtur. Itẽ vxorari meo iudicio est verbum non multũ elegans, quo tñ quidã vtũtur, & maxime ecclesiastici adde prędictis licentiare, apostillare, sicut etiã apostilla nomẽ barbarũ. Itẽ historiare pro historiã componere, sunt em̃ inepta et inculta verba sicut specificare non nisi a grãmaticis & dialecticis dicitur, adde barbaris & incultis verbis generalisare, doctorisare, moralisare, vulgarisare intronisare. Vix em̃ inuenies vlla latina verba a noĩbus deriuata, q̃ in so terminẽtur, vt latine & elegãter dicãtur, vel pauca. Nostri aũt quasi ab oĩbus formare tentãt, vt a pena penalisso, & in similibus, at patrisso matrisso a græcis veniunt & similia. Vtuntur & nr̃ates historici vocabulis parũ latinis & vetustis, vt sunt exiliari pro eo quod est exiliũ pati Insulare pro insulã facere, Tonsorare pro tonsurã facere. Adamicare pro amare, vel adamare. Captiuare item quo etiã crebro vtuntur pro captiuũ facere, vix elegans & vetustum verbum credo, nec item plagare pro plagam inferre, atq; pœnam, quod vsitatum est apud nostrates chronocarios.

PRAEPOSITIO NON POTEST ADIVNGI ADVERBIO.

Præpositio (vt dicit Donat⁹ & Seruius grãmaticus) separatim non debet applicari aduerbijs. Et ideo desursum. desubito, derepẽte, exinde, adusq;, abusq;, dehinc tm̃ vsurpatiue dicũtur, male enĩ dicerentur, nisi auctoritas suffragaretur, q̃ pro ratione habenda est in grãmatica. Male ergo dicimus abantea, ut in plurimũ. Vt plurimũ vero habet Palladius. lib. iij. rerũ rusticarũ. Extunc a post, pro nũc, pro tunc, a primo, a nũc, insimul. abante, ab extra, abintra, et sic de similibus, de cætero aũt dicit Paulus. ff. de custo. reorũ. l. nisi quis, & Curtius in Alexandro, & Fœlix Capella in li. viij. Inibi dicit Plautus in captiuis, deforis aũt a foris a longe. Itẽ pro inuicẽ barbara (nisi sacræ lr̃æ & translatio noui instrumẽti his vteretur) iudicarẽ, nulla enĩ alia ratiõe, vel auctoritate de-

fendi possunt. Hieronymũ autẽ si modo est translator vti nõ reñcio, ita non vbiq; eleganter locutũ fateor, Idẽ in actibus aposto. transtulit, egressi sumus foras portam. Et in Luca. subtus lectũ, & translator psalmorũ subtus pedes meos dixit, dum dicendũ esset extra portã, subter lectum vel pedes, foras eñ & subtus aduerbia sunt quæ nõ regunt casus apud latinos, sicut apud græcos fit, vnde illi adducti in translatiõe aduerbijs casum dedere. Seruius autẽ dicit, nemo enim dicit de sero, de mane. Vnde nec de mane dicere debemus, quod plerũq; in vsu habẽt, sed quoniã legimus dum mane nouũ, id est hoc ipsum mane, iam nomen effectũ est, genus enĩ non recipit nisi nomen, videmus ei adiũgere posse præpositionẽ, quare tutius loquũtur qui solũ aduerbiũ sine prepositione ponũt, vt mane venit. Et quando volunt addere præpositionem genus coniũgunt, vt de primo mane venio. Iam eñ non videtur iungi de parti orationis q̃ est mane, sed quę est primo, hęc Seruius Verũ Sergius sup Donatũ dicit. Vnde est illud apud Plautũ, a primo mane vsq; ad vesperũ, modo mane nomen est, hoc mane huius manis, hoc mane. Nam si aduerbiũ esset nec genus reciperet, nec prepositioni adiũgeretur, Bonũ sero, hic etiam nota, male dici a nostris (si credimus eruditis viris) bonũ sero pro bona vespera, valeret eñ tantũ. i. bonũ tarde, vt dicit Perot. Sed & si sero tp̃s significat nocturnũ & crepusculũ recte dicitur bonũ sero, vt iã diximus. Sed potiꝰ forsan bonũ serum dicendũ est (vt Titus Liuius) erat iam diei serũ, vel dicemus qui etam noctẽ vel simile. has etiã orationes deridũt docti, quales sunt, pro posse meo, inquantũ potero. Arithmetica dicendũ est, nõ arismetrica, vt indocti dicũt. Arithmos eñ græce, nũerus latine dicit. Inde arithmetica. Indocti aũt dicũt arismetrica ab ares. i. virtus q̃d falsum est. Ares eñ areos mars dicitur, vt AREOpagus, q̃ est teste Hieronymo in interpretatõe hebraica, athenarũ curia, q̃ vt idem dicit interpretat villa Martis, q̃d ipse ibi quondã cum ducentis duodecim dijs dicatus sit, alij dicunt q̃ ibi cedes iudicabãtur, quarũ videtur Mars auctor, vel q̃d ibi figeretur lancea cũ iudiciũ fieret, quod Mars fecisse dicitur contra Neptuni filiũ. Inde areopagitæ dicuntur sapientes, & iudices qui athenis in areopago iudicabãt. Mammetractus & alij areopagũ falso a virtute deriuant. Arete autem virtus dicitur non ares. ¶ Apotheca cum th aspirato scribendum, significat proprie repositorium vini, sicut horreum frumenti, teut. vueinkeller. Plinius, vina in apothecis, canis ortu mutantur, posteaq; restituũtur sibi. Et Cicero in Philippicis, apothecas vini obiecit Antonio. Dicũtur igitur apothecæ in quibus vinũ & seruatur et venditur. Vlpia. ff. de fundo instructo legato. Vina etiã quę in apothecis sunt nõ cedẽt &c, Plinij apothecis fuisse & diffundi solita

vina anno sexcẽtesimo tertio vrbis apparet. Nostri igitur vehemẽter (vt in alijs etiã) errant qui vocãt sine omi ratione & auctoritate, apothecã Pharmacothecã, vbi venales herbæ & medicamẽta exponũtur ad quã medici suas (vt ita dicã) receptas scribunt, q̃ medicamẽtaria vel pharmacotheca dicitur, quasi repositoriũ medicamentorũ. θηκη enim locus vel repositoriũ est, & φαρμακειον medicamẽtum. Inde medicamentarius, vel græce pharmacopola penul. longa dicitur, qui vulgo apothecarius vocatur. Acolythus cũ c exili et th aspirato scribendũ est, qui aliter scribit errat, dicitur aũt ακολουθος acolythus, vt dicit Ioannes Crastonꝰ, obsequẽs, assecutor vel ministrãs, & dicitur ab ακολουτεω i. sequor, vnde & distinctõe vicesima prima dicitur, acolythi græce latine ceroferarij dicũtur, a deportandis cereis, q̃ legendum est euangeliũ. Item distinctõe vicesima tertia. Acolythꝰ inquit accipiat ceroferariũ cum cereo, ut sciat se ad accedenda lumina mãcipari, vbi ceroferarium accipitur pro instrumẽto quo cereus fixus continetur.

Amabo interiectio blandiẽtis non corripit mediã ad differentiam verbi amabo futuri tẽporis, vt plures lr̃atores dicũt, sed sequitur naturam sui verbi, vt dicit Sulpitius de quãtitate, hoc te docebit Catullus ad Ipsitillam Amabo mea dulcis Ipsitilla Meæ deliciæ mei lepores.

Aenũ uel vt Gel. lib. ij. noctiũ atticarꝫ scribit ahenũ per aspiratiõem more veterũ, vt firmitas & vigor vocis, quasi quibusdã neruis additis intẽderetur, est vas in quo aqua calefieri cõsueuit teuto. kessel, quod dicũt caldariũ. Virg. i. geor. Et foljs vndã tepidi despumat aheni. Quibus Caldariũ, vt dicit Sipõtinus põtifex sit in balneis vas, ex quo aqua calida hauritur, & calefit, & Tepidariũ vbi tepida aqua hauritur, & Frigidariũ vbi frigida, hoc docet Victruuiꝰ, cum scribit faciẽda esse aenea supra tria hypocausim caldariũ, tepidariũ, frigidariũ. Errat aut hic Nestor Dionysius, qui dicit aenũ est vasis genus, alias cacabus vocitatũ, nam Cacabus (licet non multũ) differt tñ ab aeno, est enĩ teste Varrõe vas in quo pulmentariũ coquitur teut. pfan. deducturq; a sono dum feruet. Quã drñam Paulus iurisconsultus eũ docuisset dicẽs. Non multum interest inter cacabũ, & ahenũ, quod supra focũ pendet, hoc aqua ad portandũ calefit, in illis pulmentariũ coqtur. Errãt rursus qui dicũt cacabus teuto. ein kachel, vt modo dictũ est, sed significat pfan. Vnde Hiero. Paralippomenon li. ij. ca. xxxv. pacificas vero hostias coxerũt in lebetis, & cacabis, & ollis. Et interdũ cacabi sunt argẽtei, vt Pompo. ff. de auro et argẽto &c. Certe si cacabos argẽteos habebat. Altercor aris, deponẽtale, vel alterco, teste Prisciano, est cõtendere vel iurgari, vnde ex mimis Publij, vt testis est A. Gel. lib. xvi. habetur, nimiũ altercãdo veritas amittitur. Inde altercatio teste Pompeio est iurgatio. Ca-

te ne dicas altricari sicut plurimi, & male. Anser qd significet notū est, cōprehēdit enī vtrunq; sexū sub vno articulo, ut passer & agla, vñ Pli. li. x. q̄ ex feris mitigētur nō concipere, vt anser &c. Auca aūt latinū nō est, sed anas anatis media breui pronūciandum est, teu. vuasser ent vnde Ruffus Festus. Latipedēq; anatē cernes excedēr ponto. Et Macer de virtutibus herbarū. Anseris vt anatis mixta pinguedine turi, auis est nota. Martia. videtur produxisse. Et anatis habeas vropigiū macre.

Annona dicitur quicquid vno anno colligitur ex prædijs, siue sit siligo, siue auena, siue fœnū, aut cordum teuto. embt, vel aliud simile, immo annona omniū opsoniorum est, vt idonei auctores prodiderunt, immo & Suetonius in vita Tiberñ annonā piscium intellexit.

DE ACCENTV QVARVNDAM DICTIONVM.

Aliqñ tradit Priscianus (& eum secutus Sulpitius Verulanus, Põpilius & quidā alij) acui debere in antepenul. syllaba, quod an verū sit Laurentius Valla linquit in dubio. Ego autē dico aliqñ penultimā debere acui, nō antepenultimā, animatus vno auctore A. Gellio in li. vij. cap. vij. qui sic inquit. Num igitur in his vocibus scilicet adpotus adprime, vel apprime quas nō acui dicimus, ea causa est, q̄d syllaba insequatur natura longior, q̄ non ferme patitur acui priorē in vocabulis syllabarum pluriū quam duarū. Et ita etiā dicit Quinti. in pri. li. institu. Euenit vt metri cōditio mutet accentum, vt pecudes pictæq; volucres. Nam volucres media acuta legā, quia & si natura breuis, tñ positione longa est. Ex quibus Quintiliani verbis liquido colligitur, ipm velle accentū cum syllaba nolle pugnare, sed sp syllabę & metro obsequi &c. Quod si A. Gellius (cui multo plus tribuo quā Prisciano) de quo Gellio dicit sanctus Augusti. in lib. de ciui. dei. ix. Gellius vir elegātissimi eloquij & multū facundæ scientiæ, dicit cōtra Prisciani auctoritatem. Et similiter Amiani poetæ. Apprime non primā, sed mediā debere acui, ex quo primā sequitur media natura longior, q̄d putandū in Aliquādo vbi ante penul. breuis, penultima oīno longa. Hac persuasione inductus, credo melius dici aliqñ penultima acuta. Similiter eadē ratione credo. Nimirū penultimā acui debere, vbi eodē modo contrariū dicit Priscianus. Idem tñ Gel. libro supra allegato dicit, affatim. i. admodū, approbus, admodū in prima acui debeř, q̄d & ego sentio, cum penul. breuis antepenul. lōga sit, et idē dico de mirū in modū antepenul. debere acui. In enimuero & retrorsum eadē ratione qua in apprime credo penultimā non antepenul. acuendā esse, & alioqui penulti. longa. Horat. sermonū. li. i. Saty. iiij. Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui, hoc cōfirmat Quintili. in pri. dicens, quia duabus longis sequētibus primā breuē acui noster sermo non patitur. Aristoteles per i non Aresto-

teles philosophus dicitur ab ἄριστος aristos, id est optimus, & τέλος id est finis, quasi optimus finis, vt grāmatici volunt. Et non dicitur ab ares, id est virtus. Ares em̄ non dicitur virtus, sed Mars, arete autē dicitur virtus &c. sed male Catholicon cū plebeia grāmatistar colluuie sentit, vt in alijs multis. Estq; Aristoteles penulti. breuis non longa, vt indocti proferūt. Omnia em̄ a telos cōposita te corripiūt, non producunt, vnde Iuuena. Si quis Aristotelē, in ij. Saty. Et s. Augustinus. Summus Aristoteles trutinando cacumina rerū, & Sidonius Apollinaris. Quæ vel Aristoteles partitus mēbra loquendi. Falluntur autē indocti qui dicūt Aristoteles penul. longa, vt dixi in racemationibus, ea rōne, q; Aristotelis græce in ntō, penultima acuitur, sed dum trāsit in latinū & habet es in ntō, antepe. habet accentū, & si etiam breuis sit, ex regula latinor, quā alibi dixi. Fuit autē hic Peripateticor princeps. Vidi ego plures qui se profiterētur peripateticos, & tñ quid esset & vnde ueniret peripateticus nescirēt, peripatetici igitur ab a περιπατέω peripateo, id est deambulo, q; deambulātes & hinc inde spaciātes disputabant. Et Aristoteles deambulās docebat. Armigeri non oēs milites dicūtur, vt vulgus putat, nec nobiles tantum & equestres, vt nostri volūt, sed qui principib⁹ arma gerūt, in pugnaq; subministrāt. Sed armati possunt dici milites expediti. Curtius in iij. triginta & duo armator ordines ibant. Apul. de aureo asino. Ipse ad præpositū suum, qui mille armator ducatū sustinebat, sollicite proficiscitur. Alias vltima acuta aduerbiū, significat alio tempore vel alio loco, vt dicit Acron in Ser. Horatij. Et Cice. in. i. de na. deo. Sed hæc alias nunc quod cepimus &c. nostri aūt & vulgares alias vbiq; accipiūt pro alioqui, quod ego non inueni nisi semel apud Pliniū in xij. natu. historiæ li. ca. xij. Radix costi gestu feruens odore eximio frutice alias inutili, vbi ego expono pro alioqui. Itē alias pro aliter reperitur. Terē. quid alias malim quā hodie fieri has nuptias. Sed alioqui significat teu. sunst oder anderst aduerbialiter. Vnde Lactantius meus (quē primus oīm quod ego sciā cepi profiteri publice apud germanos in studio Tubingēsi Anno dñi M. cccc. xcvij.) in prologo institutionū diuinar ita dicit. Alioqui nihil interdeum & hoiem distaret, vbi inerudīti dicunt alias. Et Plini. in epist. Vir alioqui prudētissimus honesto quidē, sed tamen in errore versatur.

Alte rare pro vt significat mutare de vna qualitate in aliā, vt de frigido in calidū, &c. verbū est non in vsu orator & eloquentiū virorum, immo & phīs ægre cōceditur. Sed alterare in vera significatiōe accipitur pro alternare, ut Ouid. in meta. Alterat vndas. i. alternat, modo est in hac, mō ista, hæc Hermolaus Barbarus. Auctor cōmunis generis significat id q̄d factor, cuius factor vt Valla asserit nō sit in vsu, nisi

in quibus dã e greco trãslatis, & in illo ꝙtidiano, credo in deũ oĩpotentem factorẽ cœli & terræ, græce est ΠΟΙΗΤΗΝ poetã. Et ideo recte legit in quodã symbolo. Credo in deũ patrem oĩpotentẽ poetã cœli et terræ. Attamẽ & factor a facio in vsu est etiã apud idoneos & latinos auctores, a M. enĩ Catone in rebus rusticis non semel vsurpatur, p̃sertim in vno loco dicit factores qui oleũ fecerint. Et Seneca oĩi arte requiẽ factori dabit. Et nostro tpe in curia apostolica factores vulgo vocãtur, qui latine procuratores sunt. Et quos vulgo procuratores noiant, hĩ sunt causidici vero vocabulo. Sed vt ad propositũ redeã, nos poetas et cæteroꝝ operũ conditores, auctores vocamus. Et ille qui fecit aliq̃d opus, qui ægit bellũ, perꝛgit pacẽ, auctor est operis, auctor est belli, auctor est pacis, quinetiã non tm̃ qui aliquid faciũt, sed qui principes sunt & primi iubẽt auctores appellãtur. Nam & hoiem in quo est potestas & dignitas auctorẽ vocamus, vnde auctoritas dicta est. Liuius maiores nostri nullã ne priuatam quidẽ rem agere fœminas sine auctoritate voluerũt. Errant hiç vehemẽter qui scribũt auctor, non enĩ descẽdit ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΥΘΕΝΤΟΥ apo tu authentu, ut nr̃i pręcipiũt, tunc enĩ deberet scribi per aspirationẽ sic author, vti multi scribũt. Ego vero scribo auctor cũ c auctoritate Valerĩ probi qui auctoritatẽ ita scribi ostendit in opusculo de interpretãdis Romanorum literis, & auctoritate Apuleĩ grãmatici, atqꝫ Charisĩ veterũqꝫ monumentoꝝ, & assentior Seruio doctiss. grãmatico, qui super xĩ. ænei. dicit. hic & hæc auctor ab auctoritate descendit, nec ab augeo venit, vt dicit Philelphus in epistο. quadam ad scribas ducales, quoniã nullum latinum in or a supinis descendens est cõmunis generis vt auctor, ꝙ auctor sit cõmunis ge. testis est Augustinus in grãmatica sua & Lactant. lib. pri. institut. cap. xxvĩ. qui posuit in fœminino genere loquens de Venere sic. Quæ primo (vt in historia sacra continetur) artem meretriceam instituit auctorꝫ mulieribus in Cypro fuit, vti vulgo corporꝫ quæstum facerent, male ergo ut dicit Nestor Dionysius legunt quidam illud Augustini in sermone natiuitatis Marię, auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria, auctor em̃ dicendũ erat. Rursus male legunt quidã illud apostoli, quanto tẽpore hæres paruulus est, nihil differt a seruo cum sit dominus oĩm, sed subtutoribus & actoribus est vsqꝫ ad præfinitum tempus a patre. Auctor enim non actor legendũ est. Nam auctores etiam pupillorũ vocãtur hi in quoꝝ administratiõe ætas infirma rescꝫ sunt, vnde Paulus iurisconsultus ait. Etiã si non interrogat⁹ tutor auctor fiat, valet auctoritas eius, cum se probare dicit id quod agetur, Põponius. Et si pluribus datis tutoribus vnius auctoritas sufficiat, tam & si tutor auctoret, potest etiã ab augeo descendere auctor, & auctrix fœminini generis, sed ali-

tid ſignificat. Aliud eſt enī auctorē eſſe de quo ſuperius, & augere. Actor autē dicitur orator qui agit cauſam, quicq; geſtū corpis & vultus agit, vnde & pronūciatio & oratio q̄ habetur & ſcripta actio appellat Item comœdus, tragœdus. i. hiſtrio qui agit geſtus in ſcena, & Mimus oīs actor dici poteſt. Aliqualis & aliqualiter nō ſunt in vſu doctor: ſed barbarorum. Amice aduerbiū eſt, amicabiliter autē ego nunq̄ apud doctos legi, non tñ damno quin ab amicabilis amicabiliter deſcendere poſſit. Ambaſiator latinū non eſt, ſed pro eo legatus vel orator, quidā tamen drñam faciunt inter legatū & oratorē, vt legatus Papæ ſit, orator Cæſaris vel alior: principum, cui differētiæ ego non accedo. Nec hoc vocabulū apocriſarius (quod ſignificat legatū non tm̄ Papæ, ut Raudenſis putauit, ſed & gñaliter) ſatis mundū eſt, dicente Laurentio Valla. Apocriſarij nō aliter apud græcos nitidū vocabulū eſt, quā apud nos ambaſiatores, quod nemo niſi barbarus dixit, cuius apocriſarius habeatur in autenti. de ſanctiſſ. epiſcopis colla. ix. §. Reuerendiſſimi vero, plura in Māmetractum ſcripſi. Altilia non ſignificat tm̄ teuto. hauſ çuogel, & ſecundū alios capos pingues, ſed oīa animalia, nedū aues q̄ domi vel villis, vel in vinarijs ſaginātur, vt gallinas, anſeres, anates, ſues, piſces. Ita habet Valla in Rauden. ut & Plinius de na. hiſto. lib. ix. vt cocleę quoq; altiles ganeam implerent. Acidia ſimplici c, vel melius acedia non accidia eſt græcū vocabulū, & apud nos tediū, moleſtias, triſticiā, curas indicat, quod ſi credimus Vallæ, ſimiliter græcis qui ita ſcribūt ακηδια acedia per e in ſecūda ſyllaba, nō accidia dicitur. Affectus vel affectiones ait A. Gell. dici a latinis phis quæ græci pathe appellitāt, hoc eſt anī motus vel pturbatiōes, vel paſſiones, q̄d vocabulū vltimū a doctis reprobatur. Affectio crebro eſt apud Cice. Affectus vero nunq̄. Contra Quinti. ſæpiſſime affectus, raro affectionē dicit. Eſt aūt affectio, vt Cicero diffinit, anī & corporis ex tēpore aliqua de cauſa mutatio, ut lætitia, cupiditas, metus, moleſtia morbus, debilitas, & alia q̄ in eodē genere reperiūtur, teut. affectus vel affectio lidlicheit, oder entſetçlicheit in freud oder in laid, vel in ſimilibus. Sic Lactan. in pri. diui. inſtitu. dicit. Itē multi affectus quibus cōmoueriſolemus vel ad irā, vel ad cupiditatē, vel ad lætitiā, vel ad metum vel ad miſerationē, vt in his oībus totidē mentes putētur operari. Sic & Quintili. de affectibus, duæ ſunt inquit affectuū ſpecies. Alterā enim græci pathos vocant, quā nos vertentes ac proprie affectū dicimus, idē docet affectuū quoſdā concitatos eſſe, quoſdā mites cōpoſitos. Lactantius modo vitia, mō affectus nūcupat. Auguſtinus motus animi, quos græci pathe dicūt perturbatiōes vel affectus, ſed expreſſius paſſiones vocari tradit, ſed nri barbare dicūt affectionatus, ſicut & paſſio-

natus, & affectionor, quod nō reperiť apud idoneos, nři insuper vbiq; accipiūt affectū se solo pro quadā bona volūtate & desiderio inclinatiōeq; bona in aliquē dicentes. Salutes cum affectu. i. cum desiderio bonç in te volūtatis. Itē habetē affectū pro affectu. i. voluntatē pro eo quod fieri nequit, q̄d q̄ bene nescio, attamē raro ego legi, quinimmo negāt eruditi bene dici afficior tibi, pro cōpatior. uel bene volo tibi, attamē præter alios dicit Corneli. Taci. li. xvij. de Othone Cæsare, neq; vt affectus vřos in amorē mei accēderem cōmilitones ueni postulaturus &c. Et Plini. ad Traianū. cedis affectibus nřis, vbi affectus accipi videtur pro volūtate, quā vultu, verbis & ope ostēdimus, de qua re eruditi iudicēt. At dicimus insup affectatus sermo, affectata oratio, uel affectata verba, hoc est nimis anxie & curiose quæsita, & affectatio nimia curiositas & diligētia. Appodiare verbū est quo nemo latinus vťť. PODium aūt a quo forsan isti verbū hoc formarūt, est in theatro locus ad spectandū aptus, & a pede nomē accepit, qua dictiōe vtitur Suetonius, Iuuenalis, Vitruuius. Antistes ecclesiæ dici potest latine, qui vulgo dicit Præpositus, vel p̄latus, legitur & antistita in fœmi. genere. Prælatus vt sit nomē dignitatis nunc̄q; apud idoneos legi, nec itē præpositꝰ apud veteres, sed bene adiectiue accipiť, vt Iustinus, p̄fectus ip̄is Mædis p̄positus, et Curtius, Zephyrus Thratiæ p̄positus. Potest tñ di ci meo iudicio p̄fectus uel primariꝰ, vel primas eccl'iæ. Prior etiā non bene ponitur pro noīe dignitatis, sed forsan primas vel potius pater, vt dicit Hiero. in epi. ad Eustochiū virginē. PRIoratus nō est latinū, At Apuleius noue sicut in alijs multis Præpositū accipit pro noīe dignitatis, pro p̄fecto militū dicens. Ipse ad prępositū suum qui mille armatoꝝ ducatū sustinebat. sollicite proficiscitur. Et Iulius Firmicus lib. ij. Matheseos. quosdā aūt facit in temploꝝ cultu semp perseuerare, aut præpositos religionū. Et Vlpia. ff. de institu. actio. l. quicūq; dicens. Itē fullonū & sarcinatoꝝ prępositus. Et diuus Hiero. lib. ij. reg. ca. iiij. dicit Præpositus domus, quē nos magistrū curiæ vocamus. Et sctūs Ambrosius p̄positus cubiculi dicit quē nos parū eleganter camerariū vocamus. Tantis igitur stipatus auctoribus nō facile damnabo posthac præpositus pro noīe officij poni. Aduocatus quis sit norūt vel mediocriter docti, q scilicet alteri adest in causa, sed nři male & barbare accipiūt pro p̄tore uel prefecto vrbis, aut villæ. Sed q̄ differentia sit inter aduocatū & patronū, Valla te in suis elegātijs docebit. Pontificū decreta faciūt aduocatū, qui apud eos causis tractādis præsit, & vocať alias, sindicus, sed male, gs enī sit aduocatꝰ dixi supra. syndicus vero greçe, latine dicitur cōis, duūuiri itē municipioꝝ greçe syndici sunt appellati. illoꝝ aūt duūuiratus erat fere eiusdē dignitatis qualis in vrbe censura.

Audacia & audentia differunt teste Nonio. Audacia est temeritas, vnde Cic. li. ij. rhetorices. Sic vnicuiq; virtuti finitimū vitiū reperietur aut certo iam noīe appellatū, vt audacia q̄ fidentiæ, Pertinacia q̄ perseuerātiæ propinqua est. Cic. item pri. offi. ita diffinit audaciā, animus paratus ad periculū si sua cupiditate nō vtilitate cōmuni impellitur, audacię nomē potius habeat quā fortitudinis. Audētia est fortitudinis. Inde audax est temerarius. Sed audēs est fortis. Virg. in vi. Tu ne cede malis sed contra audentior ito. Virgilius & Lucanus nunquā audacē appellant quenq; cui deinde nō sit semp aduersa fortuna secuta, vt Turnus audax, & Lucan⁹, nanq; rates audax lilybæo littore soluit, & alibi, Audax venali comitatus curio lingua. Hinc etiā audacter & audēter. Vbi aduertendū q̄ quidā dicunt audaciter quidā audacter. Caper grāmaticus vtrūq; dici posse contēdit. Sed audaciter melius, quia noīa in x lr̄a terminata in aduerbijs iter assumūt, ut atrox atrociter, velox uelociter At nos usum doctor⁹ secuti, dicemus audacter nō audaciter, q̄d notat Quintilia. in. i. institu. dicens. Inhęrent tñ quidā molestissima diligētiæ peruersitate, vt audaciter potius dicāt quā audacter, licet oēs oratores aliud sequātur. Vnde et diuus Augusti. in sua grāmatica dicit de aduerbijs. Sed ex his quędam per syncopen euphoniæ causa dicimus, ut audacter, difficulter, non audaciter & difficiliter. Idē vult Martianus Fœlix Capella lib. iij. Prisciano tñ annotante. Sallustius historiar⁹ secūdo audaciter protulit secundum analogiam, & Cicero pro sexto Roscio, multa scelerate, multa audaciter, multa improbe feciſti. Argentarij require in dictione trapezitæ. ~~Anomala debemus dicere~~ verba vel nomina, non anormala, sicut gotthicorum mos est, ἀνωμαλία anomalia enim græcum vocabulum (vt dicit Gellius) est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens, & Fœlix Capella dicit, quæ nouantur regula vulgo docti quæq; anomala vocāt. Apostata vide in dictiōe satan. Appreciare & appremiare verba penitus grāmatica & inelegātia crederē, Romanaq; ciuitate interdicēda, nisi illis vteret disertus nr̄ Hiero. sed interdū (vt alias dixi) assumit cōsulto verbū vulgare, vtpote ad vulgū scribēs. Nec depreciare elegās est, q̄ vtitur Sidonius dicēs. nā apud te lr̄ator⁹ curā turba depreciet imperitor⁹. Premiaris, aūt deponētaliter. i. preciū capere Sueto. vtitur in Tito, dū inquit: In cōcionibus patris nūdinarij premiariq; solitū. Analogia, vt dicit Gelli. in ij. noct. atti. est similiū declinatio, quā teste Quintilia ex græco transferentes in latinū proportionem vocauerunt. Sed nostri quibus cum lingua latina nullum est cōmertium hanc vocant grāmaticam regulariuam barbare & nullo auctore. De analogia eadem dicit Martianus Fœlix Capella libro tertio de grammatica.

Araneus proprie ip̄m anīal vocatur teut. spin. Plini. in xi. araneoꝝ his nō absurde iungatur natura. Aranea est opus ip̄m et tela, sed poetę etiā fœmininū pro aniali vsurpant. Virg. Laxos in foribus suspendit aranea casses. Albugo est morbus oculoꝝ cum vlcus circulū oculi infestat, quē græci Irim dicūt. Leuit. xxi. albugo pro macula oculi simpliciter accipi videtur. Amorosus, hoc est plen⁹ amore, ego nunq̄ legi apud receptos, nec itē quo indocti vtūtur inamorare & inamoratus, hoc est ardēs in amore. Amorosus tñ & dolorosus tolerātius est, nec repugno qn dici possit, ego tñ nunq̄ legi, apd̄ Laberiū vero amorabūdus. i. affluens amore legitur. Appropriare est verbū grāmaticū non elegans & oratoꝝ. Annales, vt tradit Gelli. in v. noct. atti. Sunt libri qd factū quoq; anno gestūue sit demōstrantes, nostri dicūt minus latine Fasciculus tēpoꝝ. Cum vero nō per annos, sed p singulos dies res gestæ scribūtur, ea historia vocabulo græco εφημερισ. i. diariū dicitur. Annales igitur sunt quę nostri gręco vocabulo chronica noīant. Chronica q̄ valent tēporalia plurali nūero debent enūciari sicut Physica. Gel. li. xiiij. ca. xvi. In chronicis scriptū est, & li. xvi. cap. xxi. Ex libris qui chronici appellātur. Et paulo post, vt Cornel. nepos in. i. chronicoꝝ dixit. Augu. li. i. ca. xxvij. sed istoꝝ prophetaꝝ duorū tempora in chronicis non in eorū libris potuim⁹ inuenire. Hiero. aūt sup Ieremia in singulari vsus est, dicēs in chronica Eusebij. Meli⁹ Augusti. lib. cap. vi. nam sic scribūt, qui chronicā historiā prosecuti sunt. Nā ille adiectiualiter, vt ita loquar, posuit. Inde Synchroni, q̊ vocabulo vtitur. s. Hiero. sunt æquales & coætanei, græce em̄ χρονοσ chronos tp̄s significat, q; aūt quidā dicunt contēporaneus uix credo apud receptos inueniri. Et vt dicit Beroaldus contēporationes nr̄i fideliter magis q̄ fœliciter interpretātur Synchronismū. Allodiū a retētioribus iurisperitis dicitur minus latine prædiū. Sunt aūt alia vocabula, qbus vtriusq; iuris familiæ hodie vtūtur, q̄uis sine ꝓbato auctore, sicut est mānsus qui & hubus dicitur. Dicunt aūt esse quantitatē terræ, q̄ bobus duobus sufficit ad laborandū in anno. Itē curtes & curtilia pro villis proprijs vtūtur. Vtuntur & vocabulo repressalia, fertones, passagiū, minus latine. Absentare & p̄sentare scripsit nup quidā grāmaticus esse gotthica verba, sed ego latina dico. Claudia. li. iij. de raptu Proser. Colloquio patrijs procul absentauerat astris. Plini. de viris illustribus. Caput Pompei magni cū annulo Cæsari p̄sentatū est, hoc etiā verbo vtitur Quintilia. in xij. a quo venit rep̄sentare, quo Cice. in epi. ad Curionem vtitur. Accersere, vt tradit Agretius euocare est. Arcessere vero aliquē accusar̄ significat, & ab arceo nascitur, nanq; aliū accusare est a maleficio arcer̄, inde a Cicerone dictū est arcessitur maiestatis. i. accu-

ſatur crimine leſæ maieſtatis. Axioma teſte Gel. li. xv. ca. viij. latine a dialecticis dicitur Propoſitio, a Marco Varrone proloquiū, a M. aūt Cicerone dicit pronunciatū, ſic etiā ab Hiero. contra Ruffinū, imperiti dicūt male anxioma. Et nota ſi volumus ſequi accentū græcum, tunc antepenul. ipius acuetur, cuius penul. ſit longa, qa per ω ſcribitur ἀξίωμα, at Martia. fœlix antepenul. & penul. breuiat dicēs. Aduenit & ſtolidū præſtruit axioma, at licēter meo iudicio. Alleuiare nō bene dicitur, ſed leuare vel alleuare, eſt em alleuare fouere, & opē, atq; auxiliū præſtare. Quintil. quare non petit, vt miſerū putetis, niſi & innocēs fuerit, non petit, vt afflictū alleuetis, niſi & probauerit ſe infœliciorē, &c. Itē alleuare eſt in altū tollere. Quintili. vidi multos quoꝝ ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarētur. Auguſtus dicit, quaſi ſacer, ab auiū guſtu dictus, quæ in auſpiciis adhiberi ſolebāt, vnde Oui. in faſtis Sancta patres Auguſta vocāt auguſta vocātur. Templa ſacerdotum rite dicata manu, quod aūt Lau. Valla contra donationē Conſtātini dicit. Non ideo vocatur Auguſtus, q imperiū augere debeat, vt aliqui ſentiūt linguæ latinæ imperiti, non oīno ſuffragor eius ſniæ, cum dicat Suetonius de Auguſto, ut Auguſtus potius vocaret non cū nouo ſolū, ſed etiā ampliore cognomine, qd loca quoq; religioſa et in qbus augurato quid cōſecratur auguſta dicātur, ab auctu vel ab auiū geſtu guſtuue. Ad hoc nomē alluſit Oui. ſcribēs. Augeat imperiū noſtri ducis augeat annos. Cui etiā aſtipulatur Aegeſippus q ſic ſcribit in v. belli Iudaici. Auguſtus apud Romanos nomen imperij eſt, q augeat ſuos non qd opprimat alienos. ab iſto igitur oēs poſteri reges Romāi dicti ſunt Auguſti, ſicut Cæſares a Iulio Cæſare. at Iulius nō dicitur CAEſar, q ceſo matris vtero natus ſit, nam ſcribit Suetonius Cęſarē matri Aureliæ olim dixiſſe. Mater aūt pontificē, aut exulē filium hodie videbis. Nec primus Iulius dictator apud Romanos hoc noīe decoratus eſt, ſed Scipio Aphricanus, vt auctor eſt Solinus cap. iij. dicēs. Rurſum necatis matribus ortus, aut auſpicatior ſicut Scipio Africanus, qui defuncta parente, q exciſo vtero in diē venerat. primus Romanoꝝ Cęſar dictus eſt. Idē dicit Plini. li. vij. naturalis hiſt. Et ſicut Cæſares & Auguſti nunc appellatiuo noīe dicūtur reges romani, ſic apud Albanos oēs Siluij, apud Perſas Arſacidæ &c. vnde Serui. in vi. ænei. dicit poſtea oēs Albani reges dicti ſūt Siluij ab huius noīe, ſicut hodie Romani impatores Auguſti vocātur, Aegyptij Ptolemęi, & Perſæ Arſacidę Latini Murani. Ego addo Beli, phęnicū reges, quod latius exequitur meus Hiero. in ix. ſuper ezechiele dicens. Videturq; mihi nō vnus eſſe Pharao, ſed apud ægyptios hoc vocabulo demōſtrari regiā dignitatem, ſicut apud Romanos Cæſares & Auguſti reges eorū appellātur,

a primo Caio Cęsare, & secũdo adoptiuo eius Octauiano, qui postea Augustus est appellatus. Et apud Syros Antiochi, apud Persas arsacidæ, apud Philistim Abimelech, & post Alexandrũ in Aegypto Ptolemęi, usq; ad Cleopatrã, qua victa apud Actiũ, Aegyptus Romana est facta prouincia, hæc ille. Alioqui nõ alioquin scribendũ, sicut & atq; non atquin, de hoc ita dicit Valla super Quintiliano. In pluribus diuersorũ auctorũ vetustis codicibus intueni alioqui nõ alioquin scriptũ dici, post apud Caprũ grãmaticum legi hoc p̃cipi, sicut atquin caret, sic & alioqui. Angina, vt dicit Beroaldus morbus faucium, & dicũtur etiã tonsillę. Imperitũ medicorum vulgus squinantiã vocat, cum Hippocrates et Galenus synanchen appellitauerint. Et ut idem dysenterian græce tormina latine vocantur. Inde græce dysentericus, latine tormi nosus. Iam nomẽ dysenteriæ peruulgatũ est inter medicos, cum tormi num nomen ignorent, quod sane perq; mirum est græcã dictionem esse latinis cognitissimã, latinam penitus ignotã, vt idem dicit, at ego audio hanc dictionẽ esse in usu eorum, sed pro alio significatu. Nuper enim pro cruciatu ventris accipi audiui a quodam, teuto. krimmen.

Amarus interdũ significat ruch, hert vnd herb, in hominibus, vnde Iustinus contra Antipatrũ, amariorẽ semper ministrũ regni q̃ ipsos reges fuisse. Interdum amarus vulgariter saur oder starck, sicut poma vel vina. Seneca epi lxxiiij. quo mõ poma quędã sunt suauiter aspera quomodo in vino nimis ueteri ipa nos amaritudo delectat. Est igitur vt etiã Hiero. tradit. Amaritudo contraria dulcedini. Et amarus dulci. Saporũ igitur vini & aliarũ rerum tradẽte Plinio li. xv. ca. xxvij. naturalis historiæ sunt genera tredecim, dulcis, suauis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus, de alijs postea dicit, subiũgit item vnũ in quo plures pariter sentiũtur sapores vt vinis, nãq; in his & austerus, & acutus, & dulcis, & suauis &c. Vbi austerꝰ dulci, & acutus suaui opponi videtur, suauis em̃ alius quã dulcis. Suauis senft, dulcis siesç. Sic vinũ in infantia est dulce, in pubertate suaue. Homerꝰ pariter Mel dulce, vinum suaue vocat. Inde noscis significationem austeri & acuti. Hic nota eodẽ modo accipi posse asper de vino, & cæteris similibus, & de homine, vnde & Quintilianus libro viij. necessitate em̃ nos dicimus durum hominem aut asperum, non enim propriũ erat quod daremus his affectionibus.

Aue verbum imperatiui modi non dicitur ab a, id est sine & ue, sed venit ab aueo. es. ere, quod apud nos gaudere significat, ex nimia cupiditate, immo & auere cupere significat.

Angelus græca lingua significat nũcius, vnde dicit Martianus Fœlix Capella lib. ij. philologiæ suæ de genio, Et quoniã cogitationum

arcana ſuperæ annũciat poteſtati, etiã Angelus poterit nũcupari, hos autẽ angelos græci δαιμονας dicunt, latini medioxímos, quos etiam græci agathos & cacos dæmonas vocãt, hoc eſt bonos & malos dæmonas & angelos, at generali vocabulo apud nos Manes vocantur. Sunt em̃ manes eodẽ teſte tam boni q̃ truces angeli. Inde venit euangeliũ ab eu quod eſt bonũ, & angelos nuncius, quaſi bonũ nuncium. euangelia item orũ. p. n. ſacrificium & ſupplicationes dicũtur, quę pro bono & iucũdo nuncio decerni ſolent, mercedẽ item ſignificant eiuſdem iucũdi nuncij. Cice. ad Atticũ. o ſuaues duas epl̃as quibus euangelia deberi fateor vernacula lingua nr̃a, botten brott. debet aũt proferri euangeliũ u ſecũda litera ſonũ conſonãtis f habẽte, quod eſt oĩno cõtra vulgi opinionẽ, dicentis dr̃nam eſſe inter euangeliũ per u conſonantẽ, & u vocalẽ, ſed tedet me in re ſupuacua plura verba facere. Audi quę de hac re ſcripſerit homo impenſe doctus, de fecatiq; ſermonis Ioãnes Capnion Phorcenſis Sueuus, ita em̃ ad nos ſcripſit. De euãgelio idem q̃d de Euandro tibi iudiciũ ſit. Nam cũ poſt eu conſonãs litera ſequtur, tunc diphthongi, hoc eſt duarũ vocũ ſonus retinetur, vt euge, Euſebius, Eunuchus. Sequẽti vero aliqua vocali cõpertũ eſt enunciationis quandã diuiſionẽ admitti, manẽte diphthongi quantitate, vt cũ dicimus. Ptolemęus, Euergites, Bacchus euius, ut Virg. in viij. Tum pater Euandrus dextrã complexus euntis. Haud ſecus atq; in au diphthongo accidere ſolet, vt gaudeo gauiſus & ecõtrario auis, auceps.

Appellare pulchrũ et elegans eſt verbum, primo ut dicit Vlpianus ff. de iniurijs & fa. li. eſt blanda oratione alicuius pudicitiam attentare, teuto einer vnerlichs anmuten. Quintilia. vxor marito dixit appellatam ſe de ſtupro & priuigno. Alias appellare dicitur creditor quando creditã pecuniã repoſcit, vel in iudicium debitorẽ vocat. Idem. Quintilia. in v. non debui tibi pecuniã, me appellaſti. Appellare itẽ eſt vocare & requirere, vos appello cẽturiones dicit Cicero pro Milone. Appellare item eſt prouocare, vti eſt titulus apud iuriſconſultos de appellationibus, q̃d & ſi idẽ ſit appellare & prouocare, in elegantia tñ differunt ita em̃ eleganter loquimur, appello iudices vel principẽ ſine prępoſitione, ſed prouoco ad populũ, vel ad principẽ cum præpoſitione, lego tamẽ etiam apud iuriſconſul. appellare ad principẽ, vnde hęc differentia non oĩno ſeruatur, vnde Vlpia. iuriſconſul. quid faciat iudex videndũ eſt, & poterit ad principẽ appellare. Item appellare a iudice vel principe. Modeſtinus, vt appellari a præfectis prætorio non poſſit. Apuleius etiam prouocare ſine prępoſitione ponit (ſi ſaltem idoneus auctor eſt confirmandæ latinitatis) dicens nihil prodeſt prætorẽ aut poteſtatem aliã prouocare. Item a principe prouocare dicitur, Gellius:

lib.xviij.cap.viij.ego nunc ab hoc Cæsaris libro prouocassem.

Bacca per duplex cc sine aspiratione scribitur. Errat hic Martinus phileticus qui in de senectute Ciceronis per simplex c scribi iussit. Differunt autem Acini & baccæ teste Vallensi Laurentio. Q; Acini vulgo beer inter fructus minutiores arborum fructuumue densius nascuntur. Baccæ vero dispersius et rarius. Inter acinos numerãtur vuæ, grana hederæ, grana sambuci, grana mali punici. Adde etiam morum, & quicquid his simile est. Inter baccas vero fructus lauri, fructus oliuæ, corniloti quã Fabam syriam vocant myrti lentisci, similium q;. Inde venit baccalaureus, quasi laureatus, hoc est coronatus bacca lauri, q; uis apud veteres, nec hoc vocabulum, nec res fuerit in vsu. Biblos vel secundũ Theodorum Gazam & Georgiũ Vallam, byblos per y græcũ apud nos significat liber. Inde biblia orũ, pluralis numeri tantum secundũ Georgium Vallã significat librũ veteris & noui instrumenti. Sic em̃ inquit Georgius. BIBlia generis neutri pluralis numeri, vt rhetorica cum codicẽ significamus, & physica, quæ faciunt bibliorum, rhetoricorũ, physicorum. Inde venit bibliopola, id est vendi tor librorũ, et dicitur a βιβλιον qui est liber, & πωλεω, id est vendo & producit po syllabã. Martialis in apophoretis. Sunt quidã qui me dicũt non est poetã. Sed qui me vendit bibliopola putat. Quidam aũt græcæ literaturæ penitus ignari dicunt a biblos & polio is. ire, quos cũ sua ignorantia relinquemus, non em̃ digni de quibus verba fiant.

Bursator & imbursator vocabula sunt barbara & non latina, a latinis Quæstor dicitur, vide in dictione quęstor. Ballista cum duplici ll scribitur, nam deriuatur a βαλλω quod est iacio, vulnero, sagitto, et significat tria. Primo teste Nonio maiora saxa & grauiora q; bus iaciuntur teuto. bichsenstain, vnde Valeri. Maxi. cum telorũ ictu per forare nequiret ad vltimũ ballistarum tormentis vndiq; petitam, silicũ crebris & ponderosis verberibus procubuisse, vnde lectũ est etiam ballistas talẽtareas esse. i. lxx libraꝝ saxa. Secundo ballista accipit pro tormẽto mœnia concutiẽte. Ouí. de trísti. lib. i. Quã graue ballistæ mœnia pulsat onus. Idẽ in ix. meta. Nec leuius pulsata sonat q; ferreus olim Quam laceras aries ballistaq; concutit arces. Tertio significat teut. ein armbrost, quæ a quibusdã alio noie scorpio dicit, ut auctor est Amianus Marcellinus. assistit (inquiens) artifex contẽplabilis, & subtiliter apponit in temones cauamine sagittã ligneã spiculo maiore conglutinatam, & cum ad extremitatẽ neruoꝝ acumen venerit, summũ percito interno pulsu a ballista ex oculis aduolat. Et. s. Hierony. lib. pri. contra Iouinianũ. Ballista quanto plus retrahitur, tanto fortius emittitur.

Bombus & bõbitatio est proprie sonus iste quẽ faciũt apes. Et bom

bitare vel bombisare (si modo dicimus) sed vix inuenitur, nō est sicut nostri dicunt pedere, sed sonare quemadmodum apes faciunt.

Bombarda a vulgo dicitur metallica machina, quę ignis incendio & sulphureo puluere, vt ita dicam glandes æneas, flammeasq; pilas, & globosa, grauioraq; saxa conuoluens, horrisono fragore ac tonitru longe, lateq; iactat, muros vrbiū quatiens, & obstantia quęq; molliens. Hoc autem nomē bombarda apud idoneos linguæ latinæ scriptores nusq; inuenitur, quoniā nec nomine, nec re erat apud antiquos huiusmodi autē nomis impositio a sonitu tracta nequaq; videtur absurda. Inde bombardariū dicunt tam peritum bombardæ emittendę q; ipsum artificem. Baiuli quos græci bastazontas vocant, sunt qui onera humeris portant, & vecturas onerū factitant suo corpe, vnde & Festus dicit baiulos dicebant antiqui quos dicimus operarios. Inde baiulaī est onera ferre apud Quintili. in vi. ego te baiulare nō possum

Bancalia quæ sacri canones vsurpant, illiteratū est & barbarū vocabulū. Dicuntur enī peristromata siue peripetasmata, siue aulæa, siue insignia. Sunt autē AVLæa siue græce peristromata, aut peripetasmata, aut etiam Italica, panni & vela picturata, & versicolore textura spectabilia. Nec item bancū vel stallum quibus nostri vtuntur latina credas, sunt enim indigna quæ ciuitate Romana donari debeant.

Baldasser vel baldassar baldasseris reperio apud idoneos, non baltasar & declinabiliter contra nostrum vsum. Barbitonsor immundum est vocabulū & barbarū teste Valla. Bladum barbare & non latine frumentū dicimus uel potius teuto. futer. Braca non est femorale, vt vulgo putatur, sed tegimētum a coxendicibus & vmblico ad crura productū, & uestis qua totū corpus tegitur, vnde Pompo. Mela scribit sarmatæ bracati totū corpus, & nisi qua vident etiā ora vestiti. Et Diodorus Sicu. vestes feruntintonsas varīq; coloris quas vocant bracas. Fœminalia aūt vel femoralia, uel perizomata, vel subligacula vel succinctoria, vel campestria accipiūtur pro tegimēto pudendoꝝ, ein bruch. Græci bracas perisscelidas vocāt, vnde Hiero. ad Fabiolam græce περισκελη perisscele, a nostris fœminalia vel bracę vsq; ad genua pertingentes. Bancarij malū vocabulū est & barbarū, sed vocantur hi Trapezitæ. Item banca est barbaꝝ. Belial vide in dictione Satan. Banna imperialis vel papalis. Banna barbaꝝ est vocabulum testis est Valla contra donationē Constantini, sed potius proscriptio dicitur. Et banniti latine proscripti dicūtur. Bursa apud barbaros & ineruditos accipitur pro repositorio nūmorum, teut. seckel, cum deberēt dicere crumena vel marsupiū, & secundum aliquos locutus, Nec bursare latinū est. At contuberniū studentiū significat tabernā

seu cohabitatiõem studentiũ, quam barbari etiam bursam vocant. Inde & bursatores dicuntur apud monachos, qui latine dicuntur œconomi vel dispensatores, vel quæstores. Inde cõtubernales sunt ipsi sodales, qui ab indoctis constantes dicuntur, nec meo iudicio potest collegium dici. Collegiũ enim apud idoneos est congregatio hominum vel collegarũ, non ædificium vel domus collegarũ. At nostri vbi deberent dicere collega, dicunt barbare collegatus vel collegiatus.

Byrsa autem significat corium, vt Virgilij interpretes scribunt.

Breuiarium scribit Seneca lib. v. epist. ad Lucillum vulgariã esse parumq; latinam dictionẽ. Ait enim olim cũ latine loqueremur SVMmariũ vocabatur id quod nunc vulgo breuiariũ dicitur. At refragor in hoc Senece. cum Plinius non pessimus auctor dicat li. vij. ca. xxvi. hoc est breuiariũ eius ab oriente &c. Et idẽ ait li. xl viij. verũ vt pariter omis culturæ quoddã breuiariũ peragatur, et Sueto. de Augusto. Tertio breuiariũ totius imperij &c. Idẽ de claris grãmaticis. Alterũ breuiarium rerum omniũ Romanor; instruxit. Bellũ latine dicitur sed guerra vel briga barbare, & brigatores barbar; vocabulũ, sicut & arbitrium latine dicitur quod hodie legulei barbare laudũ vocant. Bassus a.um, & bassa vox apud latinos nunq; legi, pro qua dictiõe bene legi pressa vel grauis vox apud eruditos, & per contrariũ acuta vox, quã nos altam vocamus minus bene. Media aũt uox est quem Tenorem vulgo nuncupamus, vnde Quintili. lib. institut. ij. Non enim satis est dicere presse tãtum, aut subtiliter, aut aspere, quã phonasco acutis tantum, aut medijs, aut grauibus sonis, aut horum etiam particulis excellere. Nam sicut cythara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omibus intenta neruis consentiat, & Plinius lib. x. cap. xxviij. de Philomela, plenus grauis scilicet sonus, acutus, summus, medius finis. Et Apuleius in Cosmographia, ipsaq; musica, quæ de longis & breuibus, acutis et grauioribus sonis constat. Item nec dicas in Bassa Germania, latine enĩ non loqueris. Ita scripsimus in quendã sciolum sacerdotem astrologũ, q; dicis per alemaniã altam bassam, erras, deberes dicere alemaniã inferiorem & superiorẽ. Bassus enim bassa non reperio nisi apd paganos sacerdotes, quibus nullũ est cum lingua latina commercium. Item altum est vocabulũ mesum, & vt dicit Gellius anceps, non enĩ celsum tantũ significat, sed & profundũ, vt crebro apud poetas inuenies. Amian⁹ item Marcellinus inferiorẽ Germaniã nominat secundã & primam Germaniã, quam alij superiorẽ, uel melius vt ego sentio, prima Germania est cis Rhenũ. secunda est trans rhenũ, hoc est belgica quæ hodie est Germania. Caputiũ autẽ & cappa latina non sunt, sed barbara et gotthica. Capitia aũt per i uel capitula, teste Nonio

Marcel. sunt capitū tegmina. Varro de vita patrū li. iiij. Tunicas nec capitia, nec strophia, neq; zonas. Idem in eodē, neq; id ab orbita matrū familias instituti, q̄ ea a pectore ac lacertis erāt apertis nec capitia habebant, M. aūt Varro li. i. de lingua latina dicit. Capitiū venire ab eo q̄d capiat pectus. i. vestimentū pectoris, q̄d et superius exēplum cōtra Nonn allegationē videtur velle, cū dicit, q̄ ea a pectore ac lacertis erāt aptis nec capitia habebāt. Varronis sniam videtur cōfirmare Aul. Gel. li. xv. ca. vij. ex mimis Laberij qui dicit, induis capitiū tunicæ pictatium. Vlpia. aūt. ff. de auro et argen. dicit capitiū esse tegimentū mulieris attī capitis, dicēs, muliebria sunt q̄ matris familias causa parata sunt, q̄bus vir nō vti facile pōt sine vituperatiōe, veluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, q̄ magis capitis tegendi q̄; ornandi causa sunt parata poteris igitur nō sine auctoritate dicere capitiū, teu. kap. CAPidulum etiā & caliptra est genus vestimēti quo caput tegebaī, teste Festo, & sic pōt dici, teut. kap, vel hut, sine discrimine, ut ego credo. Hic optime advertendū, q̄ si q̄n res aliqua est dicenda uel scribenda, q̄ nec re ipsa, nec noīne sit in vsu vel grēcor̄, vel latinor̄, id quod doctus scire potest, exempli gratia, si tibi esset Hesucca exprimēda, quę est vestis polonor̄ atq; bohemorū, etiam in Germanor̄ vsu, cum non sit in vsu græcorum vel latinor̄, vt opinor, diceres, da mihi hesuccā, cum illa particula semp addita, vt ita loquar, vel, vt more nostro dicā, & sic de oībus consimilibus facies, quia plura talia sunt in vsu barbaror̄, quæ non sunt apud Italos, vnde optime testatur Sidonius, licet nouis rebus noua nomina imponere. Et Apul. de dogmate Platonis, detur em̄ venia nouitati verbor̄, rerum obscuritatibus seruienti, & Hiero. Noua verba nouis rebus fingemus. Cicuris vel cicur, vt est apud Varronem (non cicurris per duplex rr, vt scribitur apud Catholicōem) significat quodcūq; animal quod cicurarī, hoc est māsuefieri potest, vt testis est vndecūq; doctissimus (Teste Terētiano) Mar. Varro de lingua latina lib. iij. Et Cice. de natura deorū in. ij. quæ & q̄; varia genera bestiarum, vel cicurū, vel ferarū, vbi feræ & cicures opponūtur. Errat igitur Catholicon qui dicit. Cicuris est porcus natus ex apro syluestri & domestica porca. Similiter & Papias delirat q̄ dicit, cicurris esus domesticus.

Caristia pro penuria vel caritate nō inueniri apud idoneos, supra scripsi. At bene dicim⁹ charistia p ch; & gratificationē significat, vnde Val. Maxi. li. ij. ca. pri. Conuiuiū etiā solenne maiores instituerunt, idq; charistia appellauerūt. Vnde charistia celebrare apud nos, potest significare teuto. hoff halten, sicut consuetū est inter amicos, vel apud principes reperitur, & est p. n. tantū. Inde venit εὐχαριστία eucharistia q̄d interpretatur apud Hieronymū, id est gratiarū actio. Colores rheto

ricos ineruditũ vulgus putat significare exornationes & elegãtias verborũ atq; sententiarũ, vt cum proferunt elegãtem orationem, dicunt cõmitti colorẽ rhetoricalem, sed male sentiunt, audiamus Vallã super nonũ librum Quintilia. institu. sic inquientem. De figuris & coloribus verborũ hic titulus ab imperitorum aliquo est appositus, qui putãt figuras verborũ ac sententiarũ colores dici, cum a rhetoribus probabilis causa alicuius facti color vocetur. Vocant igitur latini colorem excusabilem facti causam. Nam cum in declamationibus, tum in veris causis in primis color quærebatur, qui si abfuisset, vix causa stabat, quẽ colorem in narratione præcipue & per omẽs orationis partes seruari debere Quintilianus præcipit. Et Seneca in declamationibus refert ab egregijs declamatoribus sæpe extra causam quæsitum fuisse de colore. Figuræ igitur verborũ, vel sententiarũ dicendi sunt, non colores. Figura vt suo loco dicemus non est vitiosa, sed elegans & oratoria oratio. Census quid sit, & quomodo eo nomine abutamur, vide in litera p. in dictione pensio. Conterraneus, quære in dictione Verna. Colonia dicitur multitudo ciuium Romanorũ, missa ad aliam ciuitatẽ, in qua agri publici per triumuiros ei diuidebantur. Et deducere colonias est de vrbe Romana, vel alia ciues tollere, & in aliam ciuitatem ducere, in qua agri publici diuiduntur eis. Inde coloni, id est habitatores. Virg. Vrbs antiqua fuit tyrij tenuere coloni. Et iam colonos accipimus pro rusticis. Et colonia a colo is. ere, deducit, ut abidoneis in scriptis relictũ esse scimus. Et penul. syllaba breuis est in colonia vocalis em̃ ante vocalem in latinis dictionibus semp corripitur, paucis exceptis, q̃propter non possum satis ridere, ne dicam stomachari, quosdã germaniæ leguleios, qui cũ in iure ciuili de colonijs deducẽdis loquantur, dicunt colonia penul. producta, ad differentiam Coloniæ vrbis Agrippinæ, quę drña facit eos peccare in grãmatica, cum vocalem natura correptã producant. Nesciunt etiã boni homines Coloniam Rhenensem esse cũ prædictis eandẽ Romanorũ & Agrippinæ matris Neronis coloniã. In vna igitur dictione eandẽ rem significãte faciunt differentiam & quãtitatis syllabarũ diuersitatẽ. Camera dicitur latine testudo seu fornix & lacunar, parsq; supior cubiculi teu. gvuelb oder schneck, non aũt proprie significat totũ cubiculũ in quo dormimus, vt nostri dicũt. Inde vulgo vocãt camerariũ qui cubicularius dicitur. Apul. de asino, nam mytiliũ mulionẽ & ephestionẽ cocum hypathamũ cubiculariũ. Coram aduerbiũ significat teu. gegen vuertig & tantũ ad personas refertur. Barbari autẽ dicunt p̃sentialiter et ore tenus. Ore tenus em̃ valet vsq; ad os, sicut mente tenus vsq; ad mentem. Corde tenus vsq; ad cor, quod nihil ad propositũ facit.

Casu aduerbiū.i.fortuitu,ut Cic.in ñ.de nat.deo.intelliges declarari horas arte nō casu. Lactan.v.li.ca.ñ. nisi forte casū in manꝰ eius diuinę lr̄æ inciderūt, pro quo imperiti dicūt casualiter, q̄d ego apud idoneos nunq̄ legi. Cęlebs & cęlibatus, vide in dictiōe Virgo. Correspondeo non est latinū, vide in dictione respondeo. Coniugatio apud grāmatistas est declinatio verborꝝ, q̄ paria sint & quasi vno astricta iugo. possumus tamē dicere vel declinatio, vel cōiugatio verborꝝ, uel ordo, vt neoterici iam dicunt primi vel tertij ordinis, hoc est coniugationis. Coniugare igitur & coniugatio corripiūt mediā, contra quorundam grāmatistarum vsum, quia componuntur a con & iugum & iugare, quæ primā corripiunt, vnde Quintus Serenus. Carica, vel Betis lento cum melle iugatur. Confessor non est, vt vulgus putat auditor confitentium, sed ille ipē qui confitetur teuto. einer der beicht. Inde dicimus de confessoribus, von beichtigern. Claustrum a claudendo, non significat proprie atriū monachorꝝ, teuto. ein kloster, sed significat (vt ita loquar) clausurā teuto. ein clausen, quam barbari & indocti dicūt clusam. Sicut est in alpibus tridētinis. Sic Solinus de Nilo. Tunc quoq̄ (inquit) emēsus magna lōginquaq̄ loca, cum primū occursantibus scopulis asperatur, tantis agminibꝰ extollit inter obiecta rupiū (vt ruere pōtius q̄ manare credatur) demūq̄ a cataracte vltio tutus est. Ita em̄ quędā claustra eius Aegyptij nuncupauerūt. Et Florus per alpes.i.claustra Italię ferebātur. Copia.æ. vulgo Copei, nō bene vide in dictione exēplar, adde q̄ nec latine dicitis copiare vel excopiare pro excribere. Chorus græce latine significat cœtū hoīm, et congregatiōem vel choreā, nostri aūt indocti accipiūt pro subsellijs sacerdotū in templo, teuto. chor in der kirchen. Inde choraulis est is q̄ tibijs ad choreas canit. Nam aulos græce tibia latine est, teuto. ein ſvuegler, non korsinger, vt nostri accipiūt, vnde apud nos vsitatū nomen pro latino Auledus. Et dicitur chorus a chara. i. læticia. Inde Mesochorus dicitur modulator, q̄ in medio canat choro. Cōplacere vulgo dicimus, vbi rhetores vtūtur his verbis, morē gero, vel obsequor, vel obsecundo, adde q̄d complacentiā indocti dicūt, vbi nos obsequium latine dicimus. Carpentum vide in dictione faber.

Christus χρ̄ιστος per ch aspiratum & i latinum scribitur, & valet vnctus, qui hebraice Messias dicitur, ut refert Lactantius. Vnde Chrisma similiter per ch aspiratum. Sed caue ne per x scribas Christus hoc modo xp̄s, indocti enim sic decepti sunt per græcæ literaturæ ignorātiam, vbi sic scribitur abbreuiatum χp̄ō vbi χ litera valet ch non x. Item ρ valet r non p. Caue post hoc ne sic scribas, q̄ aūt quidam indoctiores volunt reddere rationē cur per x scribatur, ad designādam

crucē Christi,& ita ſcribi religionis gratia,nō adhibeas fidē,indoctiſſime em̄ & intollerāter hæc confingūt. Cœmeteriū in principio cū œ diphthongo ſcribit non cimiteriū dicendū teut.kirchhoff,eſt mortuorū dormitoriū,& a κοιμαομαι verbo deducitur q̄d eſt dormio,nō a cimis.i.dulce,vt græciſta fabulatur. Calculus eſt quē latronē,& per dīminutionē latrunculū antiqui appellarūt.vulgo aūt recētiores Schacum appellāt. Coraliū ſimplici l ſcribitur nō corallium,vt noſtri,a em̄ eſt breue,vnde Ouid. Sic & coraliū dum creſcit in æquore vimen, & ſic Ouid.produxit primā,ſed contra Claudianus de nuptijs Honorij.Mergit ſe ſubito vellitq; coralia clothe. Sed Sidonius cū vulgo erratdicens.Lactea puniceo ſinuātur colla corallo,optīe Ouidius.Nam prima apud græcos per ω ſcribitur,ſic κωραλιον vbi prima longa, aliæ breues,male etiā Vocabularius rerū dicit. Corallus korellen,ſed Coralium. Crinile nīi vocant ſertū vel coronā,teuto.ein krençlin, vbi deberēt dicere crinale,quāuis & crinale apud idoneos nunquā absolute legerim,ſed adiectiue vt valeat crinale aliquid pertinēs ad crinē, vt Stati.in Achilleide.Et fronti crinale reponeret aurū.Claudi.Crinali florens hedera &c. Sertū igitur vel corona ſignificat teuto.ein krantz, nec tm̄ corona ex auro ē,ut vulgus putat,ſed ex gramīe corona myrtea,oleagina,lignea,ſpinea,ſpicea,pampinea,roſea,florea,de inſignioribus coronis docebit te A.Gelli⁹.li.v.ca.vi.noct.atticar⁹. Conchile vel conchiliū eſt lapis precioſus teu.berlin. Indocti aūtē & barbari perlam vocant,latine etiā hic lapis margarita vel margaritū pro eodem. Vnio onis,idē ſignificat,eſtq; ge.maſcu. vt dicit Valla.Nam vnio fœminini q̄d & pro vnitate nunc accipitur,nec auctoritate nititur,neſcio em̄ apud quē reperiatur,nec arte,cū deberet eſſe ge.maſcu. vt talio,ſtellio,curculio. Cancellarius,ut multis placet,dicitur a cancello.ala palatij,ſic dictus,q; olim ibi officiū ſuum exerceret iuxta theſaur⁹ impatoris,cuius ſibi cura demādabatur. Attamē illud vocabulū minus terſum doctiores vitant,vt teſtis eſt,nobis quidā Ioannes Bapti. Bononienſis ſic dicēs. Ab epiſtolis latine nuncupātur & venuſte q̄s cancellarios ſemidoctū vulgus appellat,quor⁹ principes archigrāmatei vocātur.Plutarchus auctor eſt Eumenē archigrāmateum Alexandri fuiſſe hoc eſt ſcribar⁹ principem.At qui dixerit cancellarius non oīno caret auctoritate.Flauius Vopiſcus in vita Carini amicos optimos quoſq; relegit aut tenuit,præfectū vrbi vnū ex cācellarijs ſuis fecit,quo fœdius nec cogitari potuit aliquādo,nec dici. Conſuetudo teſte Martino. philetico,eleganter vſurpatur pro eo q̄d quidā dicunt conuerſationē. Et teſte eodē,tu ne dicas conuerſationē,hoc em̄ nomē nō memini me legiſſe apud Ciceronē. At bene philetice leges apud Quintilianū. Se-

necam crebrius & alios. Causare.i.causam facer̄, vel in causa esse, solum apud dialecticos ieiuno orōnis genere gaudentes repio, nō apud elegātiores. Ac causari apud doctos significi.causam rei gestę afferre, uel vt Nonio placet, cām dicere vel defendere. Character habet chara cteris penul.longa in obliquis, & scribitur cū aspiratione in principio sic em̄ apud græcos scribitur, χαρακτηρ χαρακτηρος penul.longa.

Corollariū simplici r & duplici ll nō correllariū, vt indocti scribūt, est dictio frequēs in ore dialecticor̄, sed a paucissimis uel intellecta, uel recte scripta. Est aūt corollariū, vt Varro dicit dictū, quod signi.id q̄d additur p̄ter id q̄d est debitū teut.zugebung oder ein schēckung vber den lon, vocabulū fictum a corollis, q̄ hæ, cum placuerāt actores, in scęna dari solitæ sint, Suetoni.de Augusto. Corollaria & p̄mia in alienis quoq; muneribꝰ ac ludis crebra & grādia de suo offerebant. Ausonius. Interea tū ne sine corollario poetico tabellariꝰ tuus rediret, paucis iambicis p̄ludere putaui. Comessator vocatur ille qui cōpotationibus, & ebrietatibus operā dat, deducturq; a verbo græco κωμαζω comazo, quod est ebrietatibus operando, non aūt a verbo comedo, cum comedo primā corripiat, comessator eandē producat, Martialis. Qui nec leno potes, nec comessator haberi. Inde comessor. aris, comessatio q̄ fit quotiens post cœnā aliquid comeditur, Suetonius de Vitellio, Epulas tripharią, interdum quadrifariā dispertiebat in ientacula & prandia, cœnas & comessationes. Ciuitas teste Leonardo aretino, non dicitur quasi ciuiū vnitas. *Sic enim et pari ratione paruitas* diceretur paruorū *vnitas*, *diuersitas diuersor̄ vnitas* & varietas, & sic de multis alijs, quod est in primis absurdum dicere. Sed vt idem dicit ciere est vocare, inde cœtus, inde ciues, inde ciuitas, inde alia huiusmodi congregationis vocabula ex eo dicta, q̄ multitudo varie dispersa in vnū conuocabatur, a ciere itaq; ciuis, & a ciuibus ciuitas, & sic etiam vult Cassiodorus dicens, nam cum omnis ciuitas a ciuibus dicatur, verius tamen illa ciuitas dicitur quæ vnanimes ciues continere monstratur, dixit ergo ille ciuitas a ciuibus, non quasi ciuium vnitas. Et vt dicit Gellius libro.xvij.iuxta sententiam Valerij Flacci. Ciuitas accipitur & pro loco, & pro oppido, & pro iure quoq; omnium, & pro hominum multitudine. Canon primam lego correptam non productam (vt tradit Sulpitius) Ausonius. Hic demū excessit grammaticos canonas, in quo multi errant. Inde venit græcum verbum canonizare, quod apud latinos in rariori est vsu, & significat regulare, vt ita loquar, non sanctificare, vt vulgus loquitur, dicens ille est canonizatus, hoc est in numerum sanctorum relatus, quod inauditum est. Latine item dicimus canonis gratiā facere, vel soluere canonibus quod vul-

go nunc dispensare vocant, ita etiam legis gratiam facere, vel legibus soluere. Carnifex (vt dicit Donatus) est qui carnes ex homine facit, & vt Iulius firmicus dicit, cui damnandorum hominum officia creduntur, teuto. ain diephencker, male autem nostri dicunt teutonice. ein fleischer oder metzger, hic enim lanius dicitur, vnde Seneca, deinde cum scholasticorū summo fragore, & tu quisquis es carnifex cum strictam sustuleris securim, anteq; ferias patrem respice. Inde carnificium est opus carnificis, vnde Tertulianus in apologetico, longe aliud carnificij munus in Christianos imperatis. Inde carnificina est locus carnificij teutonice. die haubtstat, vel ipsa excarnificatio cruciatusq;.

Complacentia est vocabulum indoctorum, docti pro eo obsequium dicunt. Castrum, vt dicit Seruius grammaticus in v. æneid. est ciuitas. Inde castellum paruum castrum, & locus muris munitus, sicut etiam arx quæ ab hoste arcendo dicitur teuto. bergschlos, nostri vocant fortalicium minus latine & bene, vt ego sentio. Castra autem pluralis numeri tantū potest dici locus vbi milites tentoria fixerunt, teut. vuagenburg. Sed villa non significat teuto. ain dorff. verum pagus vel vicus paganus. Sed villa proprie significat domum in agris, non tamen inepte plures in vno agro domus villæ vocari possunt. Virgilius. Etiam summa procul villarum culmina fumant. Suburbana autem pluralis numeri tantum significat teuto. vorstat, ædificia ante ciuitatem pagi instar constructa. Inde castellum & castellani, qui non sunt præfecti arcium, vt vulgo putatur, sed dicuntur castelli inhabitatores, teste Liuio, sicut oppidani oppidorū inhabitatores. Contrarior. aris, verbum est penitus grāmaticum, ideo scribentibus epistolas, & his qui syncere loqui volunt vitandū, sed contrarius sum, bene.

Carpio genus est piscis peculiaris Benaco lacui (qui nunc vulgo gardę lacus dicitur. Sed non est carpio iste de genere istorum piscium quos nos nūc carpones vocamus, vt mecum falso multi putauerūt.

Capus vel capo teutonice. ain kapon pro eodem possunt dici, teste Seruio. Cloacæ non proprie loca ad onus ventris eiiciendum dispositā significant, sed sunt viæ illæ subterraneę parietibus in modum aquæ ductuū munitæ, per quas aquæ pluuiæ extra vrbem vel in fluuium dilabuntur. Contentor aris, verbū est satis barbarū, sed contentus sum bene dicitur. Conciues vulgo vocāt qui sunt ex eadem ciuitate teut. mitburger, in quo errore versatur & Lau. Valla, sed audi Philippū Beroal. Inualuit consuetudo, vt cōcines passim dicamus municipes nostros, recte an perperam viderint illi in quorū ore & labris dictio hæc est tam frequens, me riualem non habebunt, ego latinitatis elegantiam sequens dicere malim, hic meus ciuis est quam conciuis.

Et ita locuti sunt veteres omes qui pure, probeq; loquũtur, ita Marcus Tul. loquẽdi norma vbiq; voluminũ, ciues suos dicit, nunq; conciues Tertio tuscula. Legimus librũ Clitomachi quẽ ille euersa Carthagine misit consolãdi causa ad captiuos ciues suos. Lactan. in. i. li. instit. diui. loquẽs de Sybillis dicit, de q̃nta Erythrea quã Apollodorus Erythræus affirmat suã fuisse ciuẽ. Luca. in pri. Nec ciuis meus est in quẽ tua classica Cæsar. Et Apul. lib. iiij. floridorũ. Protagoras Democriti physici ciuis. Neoterici aũt. i. recentiores, conciues dictant tanq; id sit elegantius simũ, latinissimũq;. Auctoritas mihi dux & magistra rerũ oim. Alio modo latine & elegãter dicitur municeps meus, pro ciuis meus. Plinius & iurisconsulti, et schola eruditorũ municeps vsurpant in hoc significatu. Et sicut nõ dicimus cõmuniceps, ita nec cõciuis pari ratione, vnde Paulus iurisconsul. ff. de verbo. signifi. dicit municipes intelligendi sunt & hi qui in eodẽ municipio nati sunt. Sic etiã vt dicit Festus. Curiales. i. eiusdẽ curię, non cõcuriales. Et Georgi. merula dicit. MVNiceps est eiusdem patriæ non solũ ciuitatis vel oppidi, & sic vsurpat Orosius lib. vij. dicens, apud Britãnias. Gratianus municeps eiusdẽ insulæ tyrãnus creatur & occiditur. Sic etiã dicimus popularis eiusdẽ populi, non cõpopularis. Plau. in pen. Vbi penus ad penũ loquitur, o mi popularis salue. Inde POPularitas est eiusdẽ populi natio. Idem, etsi qd opus est quæso dicatq; impera popularitatis causa. i. quia de eadem gente. s. Aphricana. POPularis inhabitator alicuius ciuitatis & ciuis eiusdem Gel. lib. v. cap. iij. Protagoras de proximo rure in Abderã oppidum, cuius popularis fuit, caudices ligni portabat &c. Complexionẽ corporis medici barbare magis q̃ latine dicũt, cum latini eleganter dicant constitutio corporis vel temperamentũ, compositiq; corpis moderationẽ, quã græci vocant crasim. Itẽ corpus bene constitutũ, quod barbari dicũt bene complexionatũ. Cice. in tuscu. Cui corpus bene constitutũ sit & exploratũ. Idem in ij. de finib. bonorũ. Ipse eũ Metrodorus beatũ describit his fere verbis, cũ corpus bene constitutũ sit & exploratum ita in futurũ. Charitas per ch est amor, vel saltẽ species amoris Caritas aũt sine h dicitur penuria teuto. teure. Sed differũt, quia caritas fere frumẽti dicitur & annonæ. Penuria aũt, inopia oim rerũ, & prẽsertim earũ quæ in penu recondi solent, barbare aũt & non latine quidã caristiã vel caritudinẽ dicunt. Adde q̃ carentia non nisi a grãmatistis non oratoribus dici reperio. Dicas igitur annona est cara, nõ vt vulgares in caro precio, ita testatur Martianus phileticus sup Cice. epi. Dicitur autẽ penuria teste Festo, q̃ pene minus sit q̃ necesse est. A penore aũt descendere nequit, quẽadmodũ vult Catholicon, cũ penus prima breuis sit, penuria aũt illã producat. Hor. Supremũ temp⁹ in se penu-

Caritas
Amor
penuria

ria victus. Et sicut carū dicitur teut. teuer oder vuerd, sic ecōtrario vile vilius, vilissimū, vuolfail oder vnvuerd, exēpla inuenies apud iurisconsul. ff. de rescindenda venditiōe. Plaut. in milite, & postea qui hoies probi essent, vt eēt his annona vilior. Clamosus a clamor dicimus non clamorosus. Iuue. Securum iubeant clamoso insistere circo. Idem Clamosus iuuenē pater excitat. Luca. Venator tenet ora leuis clamosa molossi. Silius, Sidonios Drepani atq; vndæ clamosus Helorus.

Certificare & certiorare verba sunt potius grāmatica, q̄ oratoria & elegātia, vt multi volunt, quibus tñ vtuntur iurisconsulti. Certificare dicitur. ff. de excu. & tēporibus eorum. l. si duas. §. sunt autē. Certioratus dicit Papini. ff. si quis onus cau. testa. l. prima. §. Si autem. Cōmuniter hoc aduerbiū indocti & barbari accipiunt pro fere vel pro plærunq; teuto. zum offtern mal, & sic esset aduerbiū temp⁹, nec aliter audio vsurpari, sed cōmuniter significat pariter, ita oēs teuto. gemein, vt cōmuniter vtimur hac re, teuto. mir gebrauchens mit ainander in gemain, & sic latini accipiunt. Cice. in ñ. de na. deo. sic dissimilimis bestiolis cōmuniter cibus quærit, & Tertulia. apologetici ca. xvi. Cæterum quod videri cōmuniter, quod cōprehendi, q̄d æstimari potest minus est oculis. Ciuitatensis indocti & barbari dicūt, pro inhabitatore ciuitatis, quoniā latinū non est. Concio si credimus Aul. Gel. lib. xvij. tria significat. Primo significat orōnem publicā alicuius sacerdotis vel mgr̄atus, quā græci vocant ΔΗΜΗΓΟΡΙΟΝ demegorian. Inde cōcionari deponētale est, facere sermonē ad populū, & ad populū loqui, vt exponit Aug. in grāmatica sua. Lactan. in ñ. Sed quid prodest ad vulgus & imperitos hoies hoc modo cōcionari. Et concionator quē indocti prædicatorē vocant, vt in dictione ecclesia inuenies. Secundo concio dicitur locus vel suggestus, aut cathedra, vnde verba fiunt, q̄ vocatur ab indoctis ambo. onis, quod latinū non est. Tertio signi. cœtū et multitudinē populi assistentis, quā græci ἐκκλησιαν ecclesiā vocant, ut in eadē dictione videbimus, vnde Cice. in ñ. de orato. in hac vltima significatione accipit cū dicit. Conciones sæpe exclamare vidi cū apte verba cecidissent. Cōmeatus accipitur pro cibo ad ciuitates necessario, vel ad exercitū, uel pro alemonia ad vitā uel domū priuatā necessaria vbi vulgo & plebei iteratores dicūt victualia. Cice. pro lege manilia. iam cōmeatu priuato vel publico prohibemur. Item cōmeatus in singulari tm̄ accipitur pro facultate & potestate abeundi vel recedendi ad tēpus a militia, ab alioue ministerio, sic q̄ redeat ad diem sibi statutū ab imperatore, vt Tit. Li. magna pars sine comeatibus dilabebatur. Inde cōmeare est abire cū animo redeundi. Collegiū quid sit, vide in dictione bursa, hic tñ nota dicendū esse collega nō collegatus vel colle-

giatus quēadmodū barbari dicunt. Kyrie eleiſon vide de erroribus Græciſtæ. Cerdo non tantū ſigni.teuto.ein ledergerber,ſed quicunq; exercet artes illiberales & mœchanicas lucri gratia. Cerdo em̄ græce lucrū latine dicitur. Inde cerdo,id eſt lucrio lucrionis, vt Feſtus vult.

Contuberniū dicitur contubernaliū habitatio,conuictus & ſodalitas,ſicut contuberniū ſtudentium ſigni.eam domū quam indocti vulgo burſam vocāt,vt in dictione burſa vidimus. Seneca epi. vi. ad Luciliū. Hermacū & Polienū magnos viros non ſchola epicuri,ſed contuberniū fecit. Inde contubernales dicuntur in vno contubernio habitantes. Lucius Apule. de aſino. Cur vtiq; cōtubernalis arctiſſimi relicta cœnula p̄ maturus afforet. Et idē loquēs de duobus fratribus ſimul habitātibus,vnico illi cōtubernio cōem vitā ſuſtinebāt. Et Cyprianus contubernalitatē vſurpat pro ipſa ſodalitate. Contuberniū aūt a con & taberna deriuatur,& græce dicitur κοινοβιον cœnobium quaſi cōis vita aliquor̄ quorumcūq; non monachor̄ tm̄,vt vulgus exiſtimat.

▶ Curia a cura dicta,proprie dicit̄ locus vbi ſenatus remp.curat,teut. rathus. Et ita dicit̄ Lactantius grāmaticus ſup̄ thebaida Statij in ſecretis locis curę publicæ diſſerūtur ad hoc electa loca curias noīauit antiquitas,alio vocabulo ſenaculum dicitur,& græce geruſia. Varro aūt duo gña curiar̄ annumerat. Nam & vbi curarēt ſacerdotes res diuinas,vt curiæ veteres. Et vbi ſenatus humanas,hæc ille. Improprie igit̄ noſtri vocāt curiales,teuto.hofleut oder hoffgeſindt,eos ſci.qui ſunt in atrijs vel palatijs principū,qui ab elegātioribus dicūtur aulici. Sicut etiā palatini canes dicūtur hi rabulæ q ſunt in palatijs principū. Palatiū enim vel aula,vel atriū,vel regia dicitur domus imperatoris vel principis, Martialis. Atria Piſonū ſtabant cum ſtēmate toto. Et Suetonius Tranquillus de Galba. Imperator vero ſtēmata in atrio poſuerat quo paternā originem ad Ioue m &c. Indocti etiā barbare dicunt curia Romana. Item illud. Curia Romana nō petit ouēſine lana. Nemo em̄ eorum qui proprie & ſignate loquūtur illi orōni ſuffragatur. Itēet barbare curialē vocant eū qui ſit facetus & comis,qm̄ lectum eſt nunq; in ea ſignificatione,ſed curiales dicūtur eiuſdem curiæ. ¶ Copiar̄ duces dicuntur elegāter a Q. Curtio qui a noſtris nō ſatis latina voce capitanei dicūtur. Camelus notū animal eſt,paſcitur inter armēta,in oriente duo ſunt genera,Bactriæ & Arabiæ,differunt. Q; illa bina habent tubera in dorſo quos vulgo Dromedarios vocāt,& a luculētis ſcriptoribus Dromades. Quintus Curtius de rebus geſtis Alexandri magni lib. v. Dromades cameli inter dona erāt velocitatis eximię duodecim

Cambire & campſores vide in dictōe Trapezita. Crux tam maſcu. q; fœmi. generis eſt, teſtibus Capro, Probo, Pompeio & itē Hiero

nymo quili.i. ſuper epiſtola ad Epheſios dicit. Crux ſcd'm græcos eſt maſ.ge. vnde eſt illud in orõne Gracchi, dignus fuit qui malo cruce periret, & Hier. ad Galatas. Mihi aũt abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ. ſ. crucẽ mihi mundus crucifixus eſt, q̃d quidam literatores indocti putant eſſe relatiuũ huius gti Ieſu Chriſti, quod non quadrat. Et ſicut tranſlator eximitatione græcor̃ tranſtulit crucem in maſcu.ge. ſic etiam in Matthæo cap.xx. tranſtulit, ſcitis quia principes gentiũ dominatur eorũ, earum latine dicere debuit, ſci. gentiũ, ſed quia græce gens eſt n.ge. ideo interpres non aduertit, ſicut in epiſtola Pauli prima ad Corinthios, maior horũ eſt charitas, vbi harum dicere debuit, vix autẽ interpres hic excuſari poteſt, niſi ex græca imitatiõe, voluit eã fideliter tranſferre. Et in plurali habet cruces, teuto. galg, honorandas etiã cruces vocat luſtinianus in auten. de ſanctiſſimis epiſcopis collatione ix. Non eſt verũ autẽ vt imperiti putant q̃ accipiatur pro meretricibus, qui decipiũtur ex illo Terẽ. in Eunucho, & illis crucibus quæ nos noſtrãq̃ adoleſcentiã ſemper habẽt deſpicatam, & quæ nos omnibus ſemper cruciant modis, ibi eã crucibus non meretrices, ſed tormenta & penas earũ effectus ſigni. qui eã meretricem ſufferre cogitur, idem tormenta & duriſſimas cruces tolerat. Sic & nos accipimus:

¶ Ah quis ſolicito nõ geſtat mille dolores. Pectore quiſq̃ ſuas ſuſtinet ecce cruces. Crux igitur & cruces ſigni. patibulum. Seneca in declaſuffixor̃ corpora crucibus in ſepulturã ſuam defluũt, et Curtius in iij. lib. Crucibus affixi per ing̃es litoris ſpaciũ pependerũt, ita & Corneli. Tacitus dicit. Et luſtinus in. ij. quicunq̃ capi potuerunt ſupplicia crucibus luerunt. Nec te perturbent grãmatici, qui dicũt q̃ crux careat plurali. Nam auctores allegatos habes in contrariũ, ſicut nec vita nec alia quædam carent. Cicero eã dicit mortes primo de natu. deo. et primo tuſcula. Quintilianus in declama. & Auguſtinus lib. pri. cap. xi. dicunt mortiũ in genitiuo plurali. Item mortibus. Oroſius. Mortes etiam Seneca dicit & mortibus, & Hora. paces dicens in epiſtola ad Iulium. Bella quis & paces longum diffundit in æuum. Capella in quarto glorias dixit. Et Gellius gloriar̃. Luces Apuleius in coſmographia. Et Ouidi. Poſt ſeptẽ luces lunius actus erit. Capella lucibus dixit. Et Ouidi. in vi. Faſto. Aſpicit inſtantes medijs ſex lucibus idus. Item vitas inuenies apud Gelliũ, & vitarũ apud Auguſtinũ lib. xv. ca. ix. & illi auctores immo ſolus Cicero plus facit mihi quã omnes regulę grãmaticor̃. Et ſic ſi apud idoneos auctores inuenies aliq̃d contra grãmaticas regulas, ſequẽ auctores, non grãmaticã, prẽſertim apud auctores illos qui non nimis vetuſti ſunt, vt Lucilius, Pacuuius, & ſimiles, vel nimis recentes, quibus etiã non datur auctoritas, nec temere etiã vſurpanda ſunt, quę

vnus semel tm̄ etiam si receptus sit licentiose dixisse videatur. Nam vt Asconius dixit Pedia. q̊d semel fieri dicitur, ac si nunq̄ fiat accipi solet, In hoc tñ Ciceronē excipio, apud quē quicquid inuenio regula est, vsitatū, cultum & vsurpandū, alioꝝ licentias quantū possum⁹ vitemus ꝙ & si latine locuti sint, non tñ vsitate pręsertim prosam orationē scribentes, non sequantur in oībus poetas qui liberiores sunt in verbis q̄ oratores, ꝙ & si Horati. paces dixerit, ego in carmine, non tñ facile in prosa dicerē, sed si quis dixerit, defenditur cōtra grāmaticos auctoritate, quæ interdū plus defendit quā ꝙ cōmendet orationē, dum a cōsuetudine separatur, alioqui maxima est. Auctoritas em̄ eo modo, vt dicit Quintili. in primo, ab oratoribus & historicis peti solet, nec est vlla ratio danda in grāmatica, q̊d idem notat Quintili. Cum summoꝝ in eloquētia viroꝝ iudiciū pro ratione sit, & vt idem tradit, nō est lex loquendi, sed obseruatio, vt ip̄am analogiā nulla alia res fecerit q̄ consuetudo. Hinc ut graphice dicit Georgius Valla. In tota grāmatica nullum magis efficax p̄scribi potest p̄ceptum, q̄ vt diligenter obseruetur quid & quo modo locuti sint clarissimi in dicēdo auctores, vel etiam quibus eloquētiæ doctrinęq; aliqua tributa est auctoritas. Vnde dicendi præcepta pariterq; loquēdi eliciūtur. Præterea vt elegāter dicit Valerius probus. Si aut versum pangis, aut oratiōem solutā struis, atq; ea verba tibi dicēda sunt nō finitiones illas p̄rancidas neq; fetutinas grāmaticas spectaueris, sed aurē tuā interroga, hoc est euphoniā. Nec bene dicitur volumus ire cū cruce, vel crucibus, teu. mit dem creutz. sed cum reliquijs, quia cū cruce vel crucibus valeret cū patibulo. Cerasus media correpta arbor est nota teu. kirsbaum. Inde cerasum vel teste Seruio. Cerasiū fructus eius, teu. kirs. Indocti & gotthici dicūt Cerusa, Cerusa aūt vel secundū alios Cerussa spuma est, q̄ ex feruescēte materia plumbi fit, qua mulieres ora depingere et venustare solent teuto: plei vueis. Auso. Sandix et Cerussa alias simulate puellas. Et Hierony. in epi. ad Marcellā, illæ em̄ solent purpurisso & cerussa ora depingere, & Plinius suo loco plura. Capitosus, vt significet eigensinnig ego adhuc apud idoneos non multū legi, sed cerebrosus vel morosus, de qua dictione alias dicemus. Sed q̄s repugnet etiā dici capitosus sicut cerebrosus? A capite etiā fit capitatus. i. in caput crescēs, vnde Lucius Columella in xij. Cultus autē porri capitati assidua sarritio & stercoratio est, Plinius. Capitato maior est ad eadē effectus. Inde etiā capitulum. i. paruū caput, Teren. O lepidū capitulū. Hic aūt notabis parua initia in libris poti⁹ capita dici, q̄ capitula. Et sic dicit Raphael Regius sup Quintili. Caput dicitur in ea significatiōe que nōnulli capitulo vtuntur noīe, in vsum nō sane a doctis in ea significatiōe recepto. Idē dicit Omnibo-

nus Leonicenus super oratorē Ciceronis, & Beroaldus & quidā alij, vt Gelli. in x. quod id capite superiore a Critolao scriptū esse diximus: Idem sic ca. vij. legis Iuliæ. Et Plinius. Recitauit capita legū, & Augusti. de trinitate dei li. xviij. ca. xxiij. sed in vnā seriem cōnexa ponentes solis capitibus distinguēda curauimus. At cū venia alioꝝ dico etiā posse capitulū accipi in ea significatōe, si modo exemplar Ciceronis non est mēdosum, qui dicit li. pri. de legibus, nec vero ferent si audierint te primū capituli optimi prodidisse, in quo scripsit nihil curare deū, vtitur & Vlpia. ff. de mili. testa. l. i. & Modestinus. ff. de excu. & tempo. l. si duas. ℣ est aūt, & Hieron. in Isaiæ explanatione, vt non tam cōmentarios, q̄ indices capituloꝝ nos legē credamus, qui & sepe vtitur, & Aemilius Probus capitulatim protulit, & Plini. li. ij. natu. historiæ ca. xij. breuiter atq; capitulatim attingā. Nam & capitula apud Plinij ea legimus quæ colūnis addūtur, vnde naturalis histo. li. xxxvi. habemus proximū columnis spiræ subditę & capitula addita. Cœlibatus significat abstinentiā rei vxoriæ vitamq; sine matrimonio. Et cœlebs, is dicitur qui caret vxore, & ita dicit Augusti. noster in sua grāmatica. Cęlebs dicitur qui non habet vxorē, vel quæ nō habet maritū. Quintilia. li. pri. institu. de tribus virtutibus elocutionis deridet Modestū, qui quia Cœlio Saturnus genitalia absciderit cœlibes appellatos ait qui vxore careant. Gabinius ingeniose sibi visus est dicē cœlibes dici veluti cœlites Priscianus quoq; ait cœlebs dicitur quasi cœlestiū vitam ducēs. Hiero. li. ij. ca. xlix. contra Iouinianū. Cœlibibus nomen inditū esse autumat, q̄ cœlo digni sint qui coitu careāt, & Fulgentius dicit cœlibatū dici voluerūt virginitatis abstinentiā. Videntur hij oēs accipere non tam pro vxore carētibus, q̄ pro castis et omī venere abstinētibus, sed nescio an satis exacte, satisq; significāter locuti sint. Nanq; apud eos qui latine loquūtur, cœlibes pro his qui vxore careāt vsurpātur, etiā si habeāt concubinas. Plautus in merca. Si quē inquit scribimus, seu maritū, seu Hercle adeo cœlibē scortarier, Sueto. in vita Galbæ, verū amissa vxore lapida, duobusq; ex ea liberis, mansit in cœlibatu. Conuētus masculini generis idē est quod Synodꝰ, vt alio loco dicemus, & auctore Festo Conuētus quattuor modis itelligitur. Vno modo cū quēlibet hoiem ab aliquo conuentū dicimus. Altero cū significatur multitudo ex pluribus generibus hoīm cōtracta in vnū locum. Tertio cū a magistratibus iudicij causa populus cōgregatur. Quarto cū aliquē in locum frequentia hoīm supplicationis, aut gratulatiōis causa colligitur. Inde cōuentus religioſoꝝ significat congregationē ipsorum, nō aūt domum vel habitaculū. Errant igitur qui dicūt. Ego fui in conuentu fratrū minorū, cum velint intelligere monasteriū, non em̄ significat domū, ve

iam dixi. Inde etiã venit Conuenticulũ, quod fere semper in malã accipitur pro cõgregatiõe aliquorũ hoĩm perditorum. Cicero pro Roscio. Conuenticula inquit, hominũ quæ ciuitates non minarunt. Hiero. super Naum. Vide hereticorũ conuenticula, & captos multos a leone. Idem Hiero. sæpe vtitur vocabulo conciliabulũ etiam pro cõuenticulo pessimorũ. Idem super Ieremia. Diuersa hereticorũ & omniũ mendaciorũ conciliabula demonstrãtur, alio loco dicit, & ecõtrario hereticorum conciliabula mortuorũ terra esse credatur. ¶ Choraules est is qui tibijs ad choreas canit, nam aulos græce est tibia latine, vnde apud nos usitatũ nomen est pro latino Auledus. Cicero. Qui cytharedi esse non possunt, auledi fiũt. AS Caules aũt græce latine Vtricularius teutein sackpfeiffer. Ascaula ein sackpfeiff. CHOragus aũt dicitur choreę princeps, & expẽsæ suppeditator, & chori magister, sicut cõuiuator dicitur magister cõuiuij, & qui parat conuiuiũ græce SYMposiarches. Conuiuę vero & cõuictores dicũtur inuitati ad conuiuiũ. Continẽs fœminini generis dicitur terra firma, in continẽti aũt (dicit Beroaldus) apud iurisconsultos vsurpatur pro cõfestim & sine cũctatione, quod non facile reperies apud oratores & historicos, nec ego legi nisi apud Iustinũ qui eo vtitur & in pri. lib. & in quinto, nescio an alibi. Continẽs item. i. continuũ. Liuius dicit cõtinens bellũ, & Cæsar continẽs agmen. Inde continẽter. i. continue, vnde Cæsar in primo gallici belli. Proximi sunt germanis qui trans Rhenũ colunt, quibus cum cõtinenter bella gerũt. Continens etiã apud oratores firmamentũ orationis dicitur et vt dicit Valla. Pñtis tempis participia cum substantiuãtur, solẽt esse generis neutri, vt accidẽs, antecedẽs, præsens. Quædam tñ alterius generis sunt masculini, vt oriens, occidẽs, profluens pro flumine, & confluens quo duo flumina conueniũt fęmi. Continẽs pro terra quę non est insula. Consonãs pro litera nõ vocali. Pregnans vero vnde sit ptcipiũ nescio, & animãs, nonnunq; tñ hoc nomẽ in neutro gñe reperitur, sed magis in plurali, hæc ille. Ego aũt dico animans reperiri apud Ciceronem in fœmi. & masculi. genere, in masculino plusq; semel apud Lactantiũ. Cõmensales a parũ eruditis dicũtur. i. in vna mẽsa comedentes, q̃s docti sodales uel cõmanducones, uel cõuictores dicũt, vnde Philel. in epi. ad Ioannẽ quendam euangelistã, nam & vicinia tua oĩs & tui ordinis socij & sodales, item cõmanduconesq; tui cõstantissimã testimonia aduersus te ferant. Vnde & Augustinus de pastoribus. Sodales em̃ dicuntur tanq; vnius conuiuij. Latina em̃ lingua sic dicti sunt quasi simul edales, eo q; simul edant. Camisia barbarum est et vulgare vocabulũ, vnde Hieronymus in epistola ad Fabiolam, volo pro legentis facilitate abuti sermone vulgato, solent militantes habẽ vestes

lineas quas Camisias vocant, sic aptas membris et astrictas corpibus, vt expediti sint, vel ad cursum, vel ad prælia dirigẽdo iacula, tenendo clypeum, ensem librando, & quocũq; necessitas traxerit. Calculari id est rationari vel cõputare, dicit Petrus Marsus in pri. offi. esse barbarum vocabulũ, ad quod quid dicã non habeo, scio em̃ q̃ calculator latinũ est, et ab idoneis vsurpatur, vnde Martia. nec calculator, nec notari⁹ velox, maiore quisq̃ circulo coronetur. Sunt igitur calculatores & rationatores qui & cõputatores, vel suppudatores dicũtur. Et ratiocinari est cõputare: Et ratiocinariũ est liber & codex in quo accepti & expensi rationes describũtur. Cancelli, non significat, vt vulgo putatur, predig stuol, sed cancri dicebantur ab antiquis clausura & septa, nũc diminutiue cancelli dicũtur, vulgo getter, fiunt aũt lignis in transuersum per modica interualla cõnexis, ad similitudinem retis, qui frequenter habẽtur in sacellis & sanctor̃ ædibus. Cancellare aũt apud iurisconsultos est delere, & ex transuerso calamũ ducere ad delendam scripturam. Compilare teste Ascanio est ita peruellere ac furari, vt ne pilos quidem in corpore relinquãt compilatores. Hinc compilare dicitur scriptor qui aliena furatur, & in vnũ quasi corp⁹ redigit, vnde Virgilius dictus est cõpilator Homeri ab æmulis, quoniã versus Homericos ad uerbum pene transferebat, et furtim in librum suũ transtulit, nostri autẽ compilare pro componere accipiunt, vt me puero audiueram, Alexander de villa dei fuit cõpilator quasi compositor doctrinalis. *Expilare quasi in eadem significatione, crebrum est apud iurisconsultos de expilatione, vel crimine expilatæ hereditatis.*

Castor animal satis notum, alio nomine fiber teuto. ein biber, in aqua & in terra viuens, non dicitur a castrando q̃ se castret, vt vult Isidorus, sed est nomen græcũ, quod latinã etymologiã non patitur, vt dicit Serui. et sæpe ego in hoc opusculo, nec itẽ, ut doctis persuasum est se castrat, dicit em̃ Pli. li. xxxij. ca. iij. sicut & fibris q̃s castores vocant, & castorea testes eorũ amputare hos ab ipsis cũ capiuntur negat Sestius diligentissimus medicinæ, quinimmo paruos esse substrictosq; & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse, idem refert Albertus magnus, recentium philosophor̃ princeps. Et idem Plinius libro viij. cap. xxx. cum de fibris loqueretur dicit inter cætera. Cauda piscium his cætera species lutræ, vtrunq; aquaticum, vtriq; mollior pluma pilus. Hic nota LVTram dici teuto. otter. Doleator & dolearius quęre in dictione vietor de u. Discretus nõ signi. vulgo beschaiden, sed modestus, & modestia quã vos dicitis discretionem. Et ut dicit Cic. i. offi. ip̃m q; genus iocandi nõ profusum, nec īmodestũ sed ingenuum, ac facetum esse debet. Discretus enim nihil aliud est q̃ diuisus,

vnde Tertulianus ca. xxxix. loquẽs de Christianis, itaq; qui anio, animaq; miscẽtur, nihil de rei cõmunicatione dubitamus, omia indiscreta sunt apud nos prẽter vxores. Auso. Diuidat hæc si quis faciũt discreta venenum. Et Hermogenes iurisconsul. Ex hoc iure gentiũ introducta sunt bella discretæ gentes. i. diuisæ. Q. Curtius in ix. A cẽteris discretos milites, elephantis in cõspectu totius exercitus obiecit. Et Pli. lib. xxix. in prologo, & oẽs eas dãnauit Erophilus in musicos pedes venarum pulsu discreto, per ætatũ gradus discreta, & inde hæc secta, de q̃bus rebus plura leges cõtra Pontiũ de statibus hoim. Et vulgo dictmus discretionẽ habere, cũ debeamus dicere habere rationẽ, vel sapere, vel habere modestiã, non tñ me fugit temperantiã (cui etiam contrariã facit esse luxuriã) a Ciceroe modo modestiã, modo moderationẽ vocari.

Definire est, vt ita loquar, determinare, & quasi finẽ dare, sed diffinire est hoc ab illo quasi discretiẽdo distinguere. Vnde diffinitio vocata est non ut multo⁊ vsus habet definitio, qua in disputatõe vti solemus vt sit oratio esse rei demõstrans, definitũ credo debere esse de somnio Scipionis cũ dicit Cicero, sic habeto oĩbus qui patriã conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certũ in cœlo definitũ locũ, vbi beati sempiterno æuo fruãtur. Et sic definire significa. teu. bestimmen. Iustinus, quibus magna p̃mia definiebãtur. Dives est ge. oĩs non tm̃ cõis. Ouidi. de arte lib. i. Addidit externo marmore diues opus. Et Hiero. in epi. ad Nepotianũ, nemo mihi obiiciat diues illud in Iudea tẽplum. Et habet in comparatiuo cõtra vulgi opinionem diuitior & diuitius. Calphurnius in ægloga Iollæ Lycidæ. Sum quoq; diuitior certauerat ille tot hedos Pascere, Oui. de Ponto li. iij. Textaq; fortuna diuitiora sua, & Martia. Romanũ propius diuitiusq; forũ est. Idem ad Carinũ. Croeso diuitior licet fuissem, & diuitissimus dicit Sidonius. Dis aũt (tam & si dis & dite intõ vix repiatur, sed bene diti ditẽ a dite) de se format ditior ditissimus, non diues, in quo plebæi grammatistæ allucinãtur, sicut & in amicus. Amicus em̃ facit amicior & nõ amicicior, vt Cic. Appio neq; tibi amicior q̃ ego sum, vnde & Fran. Petrarcha ægl. x. Hunc alius musis qui pastor amicior almis. Sicut Stultus stultior & nõ stultitior, vt indocti præcipiunt. Horatius. Obuoluas vitiũ quid si me stultior ipso. De qua re tam manifesta, superfluũ est multa exẽpla proferre. Obiter hic nota q̃ exiguus, tenuis, egregius &c. aliter comparãtur apud scriptores aliquãdo q̃ a grãmaticis p̃cipitur. Tenuior em̃ inuenio apud Ciceroem Pliniũ, Sallustiũ & Corneliũ Tacitũ li. xvi. Et apud iurisconsultũ. ff. de pœnis. l. Calistratus. Exiguior. ff. de lega. iij. l. nũmis. assiduior dicit Varro rerũ rusti. li. ij. Egregius pro magis egregie. Iuue. Egregius cœnat meliusq; miserrimus horũ, & est tetrasyllabũ propter metrum. Lucretius

Dives

Nam nihil egregius q̃ res secernere apertas, a dubijs, & Plautus industrior pro magis industrie in Mustellaria ponit. Itē strenuus strenuior: Plautus in epidico, nā strenuior si p̄dicat suas pugnas de ore illius sunt sordidæ. Idoneior dicit Iurisconsultus de in diē adiectiōe uel potius addictione. l. eum qui. §. melior aūt, quod igitur tanti et tam docti auctores in vsu habuerūt quoꝝ auctoritate nititur lingua latina sequi nō dubitabo, et impius pro magis impie, apud interpretē Iosephi legimus.

Diuersimode nemo ex latinis scriptū reliquit, sed est barbarorum.

¶ Oīa cōposita, ut tradit Nestor cum ἄωρον q̊d apud nos donū signido syllabā producūt, ut Isidorus, Theodor⁹, Cassiodorus, Diodorus Polydorus, Heliodorus, & si qua sunt sil'ia, de alijs exempla require in Nestore. Q. Theodorus cōtra vulgi consuetudinē do producat, audi Martialē, Pierios vatis Theodori in flāma penates. Et scribitur Theodorus per th aspiratum in principio, componiturq̃ a theos, id est deus & doron, id est donum. Sic de similibus dicendū erit.

DE QVIBVSDAM HEBRAEIS NOMINIBUS & eorum quantitate.

Dauid prima lōga regius propheta teste Iosepho indeclinabile est, sed dauides in gtō habet dauidis media lōga. Et si Sedulius cōtra fecisse dicetur. Iuuēcus poeta. Edidit hic Mariā Dauidis origine Ioseph. Fortunatus episco. De magno magn⁹ dauides scripta reliquit, qui Dauides dicit in ntō. Et Iuuēcus sæpe. Et cantatissimus ille hymnus, Israel tu rex Dauidis & inclyta proles, vbi studiosos admonuisse uolo carmē hoc perperā legi a vulgo sic, Israel es tu rex, es em̄ non debet hic poni, uitiosum em̄ redderet carmē, vnde Fortunatus ecclesiasticus poeta. Israeliticos iussit adesse viros, vbi Israel secundā et tertiā producit, ita em̄ apud græcos scribitur ισραηλ. Sedulius. Qui regit Israel neq̃ prorsus dormiet vnq̃. Et iterū Fortunatus. Israel reliquos floreat ante genus, male Sidonius dicēs. Israel appensi per cōcaua gurgitis. Et Iuuencus aliqñ. In eodē hymno perperā legitur obuiā, sed obuia legi debet, q̊d si quidam homūculi futuri sint, qui mihi studiose detrahere conabūtur (vt verbis utar sancti Hiero. ad Marcellā) Cur aduersus auctoritatē veterum & totius mūdi opinionē aliqua in sacris literis emēdare tentauerim, q̊s ego cū possem meo iure contēnere, asino quippe lyra superflue canit, tñ ne nos superbiæ (vt facere solent) arguāt, ita responsum habeāt, me non emēdare sacrā scripturā, sed vitiositatē codicum quā prohdolor varijs in locis experimur. Nec quisq̃ est qui vel velit uel audear pręter alioꝝ morem quicq̃ in mediū adducere. Ego aūt nihil eorū quę recte instituero īmutans, & si rumpātur ilia indoctis, bene mereri de repub: lr̄aria si possum nunq̃ abfuero, Q. si auctor a mortuis reuocaretur,

nō ſecus ac ego ſentiret, ſed vulgus oīa contaminās ad cōmodiorem ſenſum es addidit, nec poſſum adduci, vt auctor nō indoctus auctoritate añ noīatorū ſic ſcriptū reliquerit, qui fuit vt Spanhaimenſis meus abbas ille germaniæ decus, pdit Theodolphus ep̄s aurelianēſis, Iſrael, Michael, Raphael, et id genus ſiſſia mediā producūt, & ſimliter vltimā. Valerius flaccus. Hic & odoratus fragrāti crine Michael, nec placet mihi hoc carmē Angeli Politiani alioqui doctiſſimi, vt meū eſt iudicium cū dicit. Verrinus Michael florentius occidit annis, qm̄ Fortunatus & Flaccus plus apud me valebūt, & ratio grēce lr̄aturæ. Debeo es. ere latine ſignificat id q̄d teut. dicimus ſchuldig ſein, vt debeo tibi multos aureos, debeo tibi vitā. Seneca, vt ſtatim tibi ſoluā quod debeo. Et Lactan. li. i. inſti. quēadmodū poteſt eſſe deus principalis qui alīs ortū ſuum debet. Macro. in ij. ſatur. loquens de Auguſto, hñda eſt ad ſomnū culcitra in qua ille cum tm̄ deberet dormir̄ potuit. Male aūt indocti dicūt, ſum tibi indebitis, es mihi q̄ttuor florinos in debitis. Obligo et paſſiuū eius obligor in rebus pecuniarīs nondū legi apud oratores, cum ſint crebro in vſu noſtratiū literator̄, et apud iuriſconſultos, licet non fere in ea ſignificatiōe. Dicunt & nr̄i obligor tibi magnā ſummā pecuniæ, quod q̄ congrue & latine ſit ipſi viderint, cū obligor paſſiuū reſpuat hunc actm̄. Magis forſan tolerandū eſſet ſi dicer̄t obligo me tibi in decē aureis, vel obligor a te quattuor libris pecuniar̄. Scio apud ſcriptores dici obligare fidem, amicitiā amorē & ſimilia, vt Cice. pro Murena, qui ſe nexu obligabit. Quintili. neminē magis obligauerunt expectatiōes. Et Pli. iunior ſuo Sabino, proinde firmianis tuis ac iam potius nr̄is obliga fidem noſtrā. Et idem Cornuto ſuo, neq; em̄ obligandus eſt in amoris officio, qui prior cepit. Quintilia. in decla. poſitis. meritis quibus obligatus ſum. Et Victruuius cū eo beneficio eſſem obligatus, obligatus nomine pecuniæ, dicit iuriſconſultus. obligatus aūt pecuniæ ſicut obligatus furti. Obligare inſuper ſignifi. teu. verbinden. Q. Curtius, ſupprimi ſanguinem & vulnus obligare iuſſit. Cic. li. iij. de natu. deor̄. Eſculapiorum primus qui ſpeculū inueniſſe primoq; vulnus dicitur obligauiſſe, eodē modo loquor de obſtringo & obſtringor, deuincio & deuincior, ſicut de obligor q̄bus noſtri male vtūtur.

Diſplicentia vulgus accipit pro eo quod docti dicunt offenſio vel moleſtia. Dictim audio vſurpari pro quotidie ab indoctis, quod tm̄ an ſit apud doctos in vſu nondū quod ego ſciam, legi. Dica eſt accuſatio, vel cauſa, & iudiciū e græco ſumptū, non ſigni. teu. kerffholtz Terent. in Phormione, Scribā tibi dicam. Et Cice. in Verrē actione iij. Scribitur Heraclio dica. Talea aūt valet, teu. kerffholtz. Dato, q̄ ſit interiectio cōcedentis nuſq; apud idoneos reperi, q̄uis ſemel q̄d ego

ſciam poſuerit Boccatius in genealogia deor, cui eruditionẽ, auctoritatem in dicendo nõ tribuo. Diaſinthetica vocatur ab indoctis quã græce & bene Syntaxim dicimus, vt in dictione eadem videbimus.

Deſecrare & degradare vide in dictiõe grado & grador. Diffidatus, teu. ein abgeſagter. Itẽ diffidare & lras diffidatorias nunc legi apd latinos ſcriptores, quę tñ dictiones in vſu germanor ſunt, perperam quidẽ meo iudicio. Apud eoſdẽ dicitur exultio. i. cautio de non vindicando, & iuramentũ exultionis, hoc eſt de non vindicando, ab exulcerſcor, ſed barbare & ſine exẽplo alicuius eruditi ſcriptoris. Diabolus græce, vt teſtis eſt Lactan. in ij. diuina. inſti. latine criminator dicitur, qꝛ crimina in q̃ lapſus eſt ad deũ refert, vnde Triſmegiſtus eodẽ Lactantio teſte vocat dæmoniarchen, hoc eſt principẽ dæmonũ. Dæmonas autẽ teſte eodem Lactantio grãmatici dictos aiunt. i. peritos ac rerum ſcios, vnde Eudæmon dicitur bonus dæmon & angelus, & cacodæmon dicitur malus dæmon & angelus. Diabolus nõ dicitur quaſi deorſum ruens, vt interpretãtur quidã indocti, quoniã vt dixi græcum eſt, nec itẽ dicitur diabolus, vt duobus bolis hoiem deuoret, vt abſurdius theologi confingunt. Dux eſt generis cõmunis, vt etiã veſter Auguſtinus in grãmatica dicit, duciſſa non dicitur latine. Diœceſis cum i latino in principio ſcribitur & œ diphthongo, & eſt penul. ſyllaba longa, contra morẽ vulgarem, poteſt dici gubernatio, diſpenſatio ſeu iuriſdictio. Et deſcendit a διοικέω diœceo. i. guberno vel adminiſtro, & non ab ex & cæſo, vt tradit Hugutio cum ſua cohorte.

Dialogus eſt non, vt imperiti dicunt ſermo duorum, a dia quod eſt duo quod nuſq̃ legitur, ſed eſt quęlibet oratio vbi diſputatiue introduc̃tur quotq̃t auctori libuerit loquẽtes, dicitur aũt dialogus a διαλέγομαι dialegome q̃d eſt ſermocinor vel diſputo. Ita etiam dialectica cum i latino poſt d ſcribitur, et in fine cum ct, nec dicitur a dia quod eſt duo ſicut imperiti dicunt, ſed dialectica etiam a dialegome, quod eſt diſputare & ſermocinari, vt in dialogo diximus. Decanus eſt qui ſub ſe decem milites habet, noſtri autẽ faciunt quandã dignitatem ſacerdotñ & ſtudioꝝ decanatum, ſicut Hierony. vocat decanos. ſ. monachos qui decem prę ſint. Vegetius libro. ij. de re milita. dicit. Erant decani qui decem militibus præpoſiti nunc caput contubernarñ vocantur. Decurio etiam ſecundũ Nonium & diuum Hierony. in epi. ad Euſtochiũ a decẽnario numero dicitur, quod ego alibi contra dixi, fecit vſus vocabuli decẽnario numero contrarius. Deducere is dicitur, qui alicui officñ gratia p̃ſtat comitatũ, teu. das geleit geben, noſtri aũt dicunt conducere q̃d ego nunc̃q̃ legi apud eruditos. Conducere aũt modo ſigni, cõgregare, modo locatum accipere, teut. beſtõn, ſicut domos cõdu-

cimus, interdū cōducere significat beſton, ſic faciūt qui prēciū accipiunt pro aliqua re facienda, vel expediēda ſicut locari ecōtrario verdingen. Conducere itē ſignificat interdū emere, aliqñ conuertere, iterdum prodeſſe. At cꝫ ſacri canones interdū dicunt ſaluū conductū non credo bene & ſatis latinū. At docti ſaluū iter vel literas ſalui vel tuti itineris dicunt, aut melius literas publicæ fidei. Diuinitas latine & veuſte dicitur, vbi nr̄i iam nouo verbo & nō eleganti dicūt deitas. Id q̄d Auguſtinus etiā teſtatur de ciuitate dei li. vij. ca. i. Hanc diuinitatē, vel vt ſic dixerim deitatē, nam & hoc verbo vti iam nr̄os non piget, vt e grēco expreſſius tranſferāt, q̄d illi Theoteta appellāt, hæc ille. Duco as. are pro eo q̄d eſt ducatū regere & ducē eſſe ſæpe vſurpat Iacobus Bergomenſis chronicorꝫ ſcriptor, at ego nuncꝫ legi, ſed bñ ducere pro eodē ſignificatu, vñ Quintili. ait diſcipulis ducere claſſem multo pulcherrimū. i. qñ pueri ſunt principes claſſis. i. ſui chori vel ſocietatis. Scholaſtici em̄ diuidūtur per claſſes apud eruditos. Vbi apud imperitos per primā vel ſecundā lectionē. item per doctrinale primā partem, ſcd'am.

Dyſcolus cū y græco & c nō aſpirato ſcribit̄, & eſt græcū vocabulum, & non valet tm̄ quantū vagus & diſciplinatus, vt barbari dicūt, ſed ſigni, malū pernicioſum cꝫ ac toleratu difficilē, vnde Petrus epiſt. i. Seruite dñīs non ſolū bonis ſed etiā dyſcolis, & cōponit̄ ex dys quod in cōpoſitione malū vel difficile ſignifi. & κελομαι iubeo, ita ut dyſcolus is dicatur cui difficulter iubetur, neꝫ dyſcolus a ſchola q̄d ch aſpirato ſcribitur deduci poteſt, vt tradit Hugutio. Catholicon & libell⁹ qui docens de diſciplina ſcholariū, ſeu melius ſcholaſticorꝫ, falſe Boetio aſcribitur, qui ait dyſcolus a ſchola diuiſus, ſicut & p multi alij delirāt.

Duellū vel duelliū non eſt tm̄ duorꝫ bellum, vt vulgus exiſtimat, ſed duarū partiū de victoria contendentiū, hoc eſt bellū totius exercitus, alioqui nō diceretur duellum inter thebanos & theleſprotos, & ab Horatio, Grēcia barbariē lento colliſa duello, bellū enim teſte Quinti. et Cic. ad Brutū per literarꝫ mutationē a noīe duellū, ſic olim duellum nunc bellū. Inde antiquitus perduellē dicebant, quē vt dicit Cice. in pri. offi. nunc hoſtē, & tunc hoſtis peregrinū ſignificabat, qui ſuis legibus vteretur. Perduellio aūt eſt crimē læſe maieſtatis, de quo Vlpianus.

Diplomata (vt ſcribit Beroal.) tabellæ ſunt & codicilli, videtur proprie accipi pro his principalib⁹ libellis & publicis quibus īpetrata prēſcribūtur, & principis nomē aſcribitur, vulgus bullas & decreta uocat itē breues et breuia apoſtolica, hoc indicare videt̄ Cicero in quadā epiſtola ad Titū Apiū. Diploma ſtatim nō eſt datū & mox Panſa recipit perceleriter ſe ablaturū diploma. Corne. Ta. eoꝫ diplomatibus nullū principē præſcripſiſſet. Apud iuriſconſul. de verborꝫ obligationibus

diploma aliud signi. videturq; accipi pro duplicata itineris festinatiõe breuis & breue habetur. C. de cõueniẽdis fisci creditoribus li. x. Apud item Lampridiũ in alexandro & Vopiscũ in aurelio. Dieta signi. cẽnationẽ siue locũ in quo habitamus. Inde dictarij ministri dictæ, & dicitur a διαιτάομαι quod signi. viuo & versor, scd'm Varro. uero cp in ea per diẽ edatur. Diæta etiã est victus, vnde & Hiero. cõtra louinianum li. ij. qui ægrotat nõ aliter recipit sanitatẽ nisi tenui cibo & castigato victu quæ λέπτη διαίτα lepte diæta .i. tenuis victus dicitur. At nostri dietã vocant, teu. tagung, sicut diætę principũ, quod ego nunq; legi, nisi forsan diætã accipiãt vt non multũ discrepat pro loco iudicorũ, & loco vbi arbitri cõueniunt, vt veniat a verba græco διαιτέω dieteo. i. iudico, sicut arbiter, a quo etiã διαιτητὴς diætetes. i. arbiter deriuatur, nñ pessime diætã accipiunt pro vnius diei itinere, teu. tagreis, nam nunq; ita inuenitur apd idoneos. Iter etiã vnius diei latine dicitur mãsio. Pli. Gebãnitarq; caput thomna est, abest a gaza nñ littoris iudeæ oppido M. D. xxxvij. millia passuũ qd diuiditur in mãsiones camelorũ sexaginta duas. Discus est uas escariũ, et a nobis notissimo vocabulo Scutella dicit. Inde Discophorꝰ qui prandiũ in disco portat, teu. aufftrager. Alias discus est genꝰ ludi ex ferro siue plũbo orbis latus & põderosus. Et dicit a δίσκειν qd iacere signi. nostri aũt non plumbo, vel ferro vtũtur, sed lapide. Inde discobolas dicitur qui discũ vel lapidem iaculatur. Deuouer signi. detestari, execrari, imprecariq;, & vt vulgo loquimur blasphemare atq; maledicere. de blasphemare scito apud græcos βλασφημέω. i. execror bene dici, secundũ Crastonũ & alios multos. Laurẽtius aũt Valla contra Raudensem ita inquit. Blasphemare græcũ verbũ significans nõ execrari, vt Raudensis videtur significare, siue vt suo verbo vtar maledicere, sed verbis contumeliã facere, dignitatiq; alterius honoriq; derogare. At male dicere pro execrari, & in eo significatu in quo nũc ecclesiastici vtũtur noue & barbare accipit, hoc Augustinus noster tradit in epistola ad Paulinũ, qui inter cætera sic dicit. Qui aũt distinctius latine locuti sunt, precationibus vtebãtur in optandis bonis, deprecatõibus vero in deuitãdis malis. Precari dicebãt eñ esse precãdo bona optare. Impcari mala, qd vulgo iam dicit maledicere, deprecari aũt mala pcando depellere. Maledico igitur cũ regit actñ & significi. detestari barbare dicit, vt eñ Sergius dicit maledico tibi non te dicimus, sed maledico cũ regit dtñ & signi. male loqui de aliquo, bñ & latine dicitur, de benedico aũt ita loqtur Valla homo in primis eruditus, benedico non inuenitur pro vno verbo dico, licet eo Priscianus vtatur, & hoc tempore vtamur more græcorum, quorum auctoritate dedimus verbo accusatiuũ prꝑter naturam suã, cum

postulet dtm̃. Idem est & deuotare quo vtit̃ & Cicero & Apuleius. De uotiones aũt sunt execratões atq; maledicta. Et deuoti dicunt̃ proprie execrati & maledicti, q̃ vulgus nunc in bonã partẽ accipit, quod ego acceptarẽ magis cum diceremus, sum deuotus Christo, deuoueo me Christo, hoc est totũ me trado & dedo Christo, adeo vt sim deuotus & execratus mũdo, sic forsan tolerandũ esset. Et sic ego scripsi. Discesacros libros Christo deuote sacerdos. Nec dicerem deuote pater more vulgari sed deuote Christo, vel religioni, vel pecuniæ, vel diabolo, quod etiã vix toleratur, si veterũ more loqui voluerimus. Valla autẽ ita dicit, deuouere proprie est dicere hoc & hoc mali mihi contingat, vel hoc & hoc mali mihi deus faciat, si hoc ego non agam, aliquando etiam detestari, cum quo magis conuenit anathematizare. Deierare non est periuriũ facere, vt nostri loquũtur & accipiunt, qui male deiurare dicunt. Deierare em̃ dicendũ est, & significat valde iurare, de enim augere solet, vt deamo, demiror, hinc deiuriũ dicitur iusiurãdum, elegantius aũt dicitur deiero vel iuro deũ vel terram sine p̃positione, q̃ per deum vel terrã cum præpositiõe. Peierare vel periurare est falsum iusiurandum dicere, vnde Tertulianus in apolo. Citius apud vos per omẽs deos quã per vnum geniũ Cæsaris peieratur. Dñ cum duplici i latino scribitur, vnde manifeste colligitur duplicẽ esse syllabã, cum quelibet vocalis preter q̃ in diphthongo per se syllabã faciat. Est ergo duarũ syllabarũ et, sic debet enũciari, sic etiã ĩdem, & ĩ in plurali, nisi in carmine aliquãdo ex necessitate per synæresim vnam faciat syllabã, habet autem deus in plurali indifferenter & vsitate apud receptos dñ vel dei. Tertulianus contra gentes. Si em̃ non sunt dei pro certo, nec religio pro certo est. Luca. Fatis accede deisq;. Et Plau. in gurgu. cui homini dei sunt proprĩ lucrũ ei profecto obĵciunt, fallunt̃ aũt hoc in loco quidã imperiti versificatores qui dicunt. Scribe dñ sed lege di si vis vrbanus haberi, vt modo diximus. Decuriones dicuntur gubernatores & rectores primarĩ municipiorũ & oppidorum, qui Romæ Senatores dicũtur. Decurionatus vel decuria est dignitas senatoria in re militari, dicũtur & decuriones equitũ, hoc est præfecti & magistri equitũ, hĩ apud nos vulgo & barbare dicũtur marschalci. Itẽ decuriones palatĩ, hoc est præfecti palatĩ, quos nostri magistros curiæ appellant. Et Decuriones popinæ quos nostri magistros coquinæ vocant. Decurio item cubiculariorũ et scribarũ, quos nostri Camerarios barbare et Cancellarios vocitãt. Decurio aũt ut dicatur q̃ decẽ equitibus præsit, oĩno non suffragor, sic em̃ & decurio senator diceretur, qui decem sit hoĩm præfectus, quod oĩno non quadrat, & decurio palatĩ, q̃ decem palatĩs, quod est absurdũ, sic & scribarũ, aut quæ dignitas esset decem

tantū equitibus præesse. Illi aūt potius decani dicūtur, & græce Decarchi qui decem prę sunt. Vallā ideo in hoc probo qui dicit. Non dicitur Decurio q decē militibus præsit. Sed Pomponij iurisconsulti opinio est sequēda dicentis. Decuriones quidā dictos aiūt ex eo q initio cum Coloniæ deducerētur decima pars eorū qui deducerentur consilij publici gratia conscribi solita sit, & vt idē dicit quidam horū tempore docti equitē vocant, sed rectius decurionē vocarent hūc quē vulgo militem auratū vocamus. Nam eques est aut qui Romæ ex ordie equestri est quod nō facit ad gloriā militarē, aut qui equo militat, cuius nulla dignatio ē. Explicit explicitū q̄d ponit Alexāder grāmatista anomalū perq barbare verbū est, nec dignū quod in penū Romanę linguę admitti debeat. Nec te decipiat Martialis carmē. Quouisc unq loco post hūc finire libellū, Versib⁹ explicitū est om̄e duobus opus. Hic explicitū ab explicare venit, et nō ab explicit. Nec epistola Iustiniani ad Theophilū & Dorotheū dicens. per nr̄as orōnes tam in græca lingua q̄ Romanorū quas æternas fieri optamus explicita sunt &c. hic etiā ab explicare venit non ab explicit. Episcopus a σκοπειν scopin quod speculari signi. deducitur, quasi speculator vel superintēdens, vt dicit Hiero. ad Euagriū, non aūt signifi. pontificē, teu. bischoff saltē proprie, vt nūc vulgo putatur, sed vt Archaclius iurisconsul. ff. de honoribus & muneribus tradit hi proprie dicūtur episcopi, qui p̄sunt pani & cęteris venalibus rebus q̄ populis ciuitatū ob quotidianū victum necessaria sunt. At pontifices ideo iam dicūtur transsumptiue episcopi, quia debent esse speculatores dei quo ad animas venandas & Christo emendas. Id quod graphice Hieronymus tangit in translatiōe epistolæ Pauli ad Titū dicens. oportet em̄ episcopum sine crimine esse tanq̄ dei dispensatorem. Eleemosyna, siue vt tradit Georgius Valla Elehemosyna per y græcū in penultima syllaba, & duplici ee post l scribendum erit, non elemosyna, vt ex græcis intelligi datur, apud quos sic scribit, ελεημοσυνη, vnde maxime errauerūt nostri, & quidā itali in quātitate syllabarū huius dictōis. Et eleemosyna signi. misericordiā siue miserationē. Sed vulgo apud nos nūc mun⁹ inopi datū dicitur. Sed raro hoc vocabulū apud veteres in vsu fuit, nec em̄ vnquā reperitur, ni forsan apud vnū, & eum ne inter veteres quidē enumerandū Helium scilicet Spartianū, qui de Antonio Caracalla scribit. nō tenax in largitiōem, nō lentus in eleemosynā, sicut in uno pariter loco solū reperitur apud latinos. Exorcizatio & exorcizo εξορκιζω grecū verbum, i. adiuro apud Vlpianum scilicet qui dicit. ff. de extra ordina. cog. Medicus fortasse si (vt verbo vulgari vtar) in posterum se exorcizauit. Emulatio dupliciter dicitur, vt Cice. in tuscula. dicit. Est enim hoc nomen in

laude & in vitio. Nam imitatio virtutis æmulatio dicitur, & tũc laudis est. Est itẽ æmulatio ꝯgritudo, si eo q̃d quis cõcupierit alius potiatur, ipe careat, latine æmulatio, græce zelos dicitur, male nostri zelos simplici ter pro amore ponũt, sicut nec ęmulatio poni debet. Euaginare ver bum est grãmaticum, & non in vsu eorũ qui pure locuti sunt, signifi cat gladiũ educere, latine aũt & eleganter dicimus stringere vel distrin gere gladiũ. Inde stricto gladio vel ense. Euaginare autem frequenter vtuntur ecclesiastici scriptores, & Iustinus non inelegans õmino histo ricus lib. pri. Interim gladio ipe sua sponte euaginato. Et Vegetiùs lib. de re militari. Euaginatos etiã gladios uel contos tenentes. Extrane us, vt scripsit nuper quidã in priapeis non est frequens verbũ apud ex cultos auctores. Attamẽ reperitur apud non pœnitẽdos scriptores, & eosdem plane latinos. Plinius lib. xxvii. naturalis historiæ. Extra nei interuentu, aut si dormiẽs spectetur infans. Seneca lib. iii. de ira, pue rum ætas excuset, fœminã sexus, extraneũ libertas, domesticũ familia ritas. Vtitur & Virgilius in vii. si bene memini, æneidos. Suetonius in vita Augusti. Et quidẽ in diurnos cõmẽtarios referetur extraneorum quidẽ cœtu adeo prohibuit &c. Iustinus lib. xliii. Si extraneus deest do mi hostẽ quærunt, & eodẽ vtitur li. v. Apuleius. Nunc̃ profecto tam constãter hominẽ extraneum tot tantorũc̃ criminũ postulasset. Ter tulianus in apologetico. Saturnus non pepercit extraneis. Hic obiter dicã me in primis delectari si quando possum puræ latinitatis asserti oni testes adducere Lactantiũ, Hiero. vel Augustinũ, quoniã his maxi me faueo tamẽ non adeo addictus sum ĩsdem, ut eos mihi in omibus sequendos proposuerim, quoniã sæpe a pura & vetusta latinitatis ob seruatione paululũ discedunt, & sic amici, magis tamen amica veritas. Nam et interdũ discedo a Macrobio, Apuleio, Vegetio, et multis alis qui post Plinĩ tẽpora floruerunt, quod & si sint doctissimi plane & la tini, tamẽ non tantũ habent auctoritatis, vt aliquod vocabulũ a supe rioribus nõ vsurpatũ ipsi uel singuli linguæ latinæ donare possint, vt ab alis accipio, & p̃sertim a Laurentio Valla. Oeconomus οἰκονο μος cũ œ diphthongo in principio scribendũ est, non aũt vt nostri di cũt iconomus, cõponitur em̃ ex οἶκος œcos, quę est domus, & νομος nomos. i. lex. valetc̃ œconom⁹. i. domus dispẽsator, hic a nris studẽti bus vulgo & male prępositus dicitur. Et apud monachos bursator. Et dispensator, vt Varro dicit ab ære pendendo dicit. Et proprie dispen satores erant quantũ ex Pompeio Festo habemus, qui æs pẽsantes ex pendebant nõ numerabant, et vt diuus Hieronymus in epistola ad Alga sium. Villicus proprie villæ gubernator est, & a villa nomen accepit, sed œconomus tam pecuniæ, c̃ frugum & omnium quæ dominus

possidet. præter rationē & latinitatē, familiæ tam legalis, q̄ pontificalis prudētiæ loquūtur. de œconomo quē etiam falso iconomū vocitant præsertim de sacrosanct. eccle. C. iubemus. & distinctiōe lxxxix. dicentes. iconomus est qui habet potestatē super res canonicor̄, cui scilicet res ecclesiastica gubernanda mādatur. Vice dominus āūt qui habet super res ipsius episcopatus, est autem hoc omino barbar̄ vocabulum similiter & castaldia officium castaldi ab eisdem vsitatum. Similiter & maior domus idem cū castaldo minus latine dicitur. Eremus (teste Dionysio) sine aspiratione scribendū fœmi. ge. græcū est vocabulum quod apud illos H in medio syllaba scribit, hac videlicet scriptura ΕΡΗΜΟΣ eremos, ergo media est pducta, contra oīm quasi recentior̄ obseruationē, neq; ab hæreo deducitur, vt Hugu. cū cętera indoctor̄ turba scribit, cum eremus prima breui, & hæreo prima longa enūcietur, sed est penitus græcū vocabulū. Q; autē media longa sit & scribenda per H testis est Sibylla, vt allegat Lactan. li. iiii. diui. instit. cap. xv. in hoc, ΑΝΔΡΩΝ ΧΙΛΙΑΔΑΣ ΕΝ ΕΡΗΜΩ ΠΕΝΤΕΧΟΡΕΣΣΙ. Andrō chiliadas en eremo Penteoresti. Vbi legitur eremo prima breui & media lōga. Ergo Prudentius errauit cum dicit. Excidit ergo animis eremi sitis. Nec valet iste versus in hymno sancti Ioannis. Præpotens martyr eremiq; cultor. Et Mapheus. Expediā primamq; eremū primosq; recessus, & plures alij. Aestuaria ab æstu dicta non significant, vt indocti credunt balnea, teu. badstuben, sed æstuaria sunt loca quæ marinis aquis referta sunt, ex inundationibus, per quas sæpe in mediterranea fluuior̄ instar nauigantes ascendūt, aliquando non nisi nando transiri possunt. A grecis anachysis ΑΝΑΧΥΣΙΣ, hoc est inundatio dicitur. Cæsar in cōmentarijs pedestria itidem concisa æstuarijs nauigationē impediri. Et Vale. Maxi. lib. ix. idem videlicet ne gulā neptuni arbitrio subiecta haberet peculiaria sibi maria excogitauit æstuarijs intercipiendo fluctus. Et Orosius lib. vi. Quippe tamē hostes per interfusa ex oceano æstuaria atq; inaccessos recessus tutis terrarū finibus munirētur. Existimatio, quære in dictione reputare. Ethnicus. quere in dictione gentilis.

Ego sum Romanus, Iustingēsis. Petrus florētinus, Ioānes venetus, Stanislaus Cracouianus dicendū est, & melius quā ego sum de Vlma Egidius de Roma, Petrus de Venetijs, Henricus de Iustingen. Vnde Franciscus Philelphus in epistola quadā. Sed quoniā te ex omni tempore & castigatum in dicendo scribendoq; & perpolitū cupio, nolim post haccum uel de patria, vel de familia mentionē feceris, aut Bartolomeū de colle. vel de alemanis scribas, quando em̄ legisti vsquā vel Hannibalē de Carthagine, uel Publium de cornelijs? Indoctor̄ enim aut arrogantiū iste mos est, qui vim istius p̄positionis deignorāt, vel

ſibi licere volūt, q̄d ab omni vetuſtatis vſu eſt alienū. verum ap̄d nos germanos illū errorem extirpare nō poſſumus, ignominiæ em̄ loco acciperet nobilis, niſi adderemus præpoſitionē de, tantam drñam faciunt inter de. Iuſtingen. & Iuſtingenſis, & in ſimilibus. Adde inſup, vt quidā nuper p̄cepit. Noīa talia venuſtius termīari in us q̄ enſis, vt melius mogūtinus q̄ moguntinēſis. Cracouianus q̄ cracouienſis. Venetus q̄ venetenſis, vbi tñ vſus ſpectari debet & vocalitas. Vbi etiā nota quod plæbeia quędam grāmatiſtar̄ colluuies volens ſcribere Iuſtíngenſis, vel Vlmenſis, ſcribit Iuſtingenſç. Vlmenſç. ac ſi illa nota ç valeret ſis, quod nunc̄ auditū eſt, īmo nec ſed quod idē credūt. Melius etiam dicitur natus ſum in Sueuía, in Vlma, q̄ ex ſueuía, ex vlma et in cō ſimilibus, vt multi præcipiūt, attamē & latine dicitur, ille ex Sueuía natus eſt, ex Polonia. i. italus, polonus. Terent in And. Ex andro hæc eſt ancilla, et in Eunucho, dixi cupere te ex æthiopia ancillulam. Epithe ton, vel epithetum cum i latino ſequēti th aſpirato ſcribitur, & t exili in vltima ſyllaba, debetq; media correpta enūciari contra vulgi opinionem, & dicitur, vt dicit Macrobius adiectiuū, aut appoſitum latine.

Exemplar eſt ex quo ſimile faciamus, & a græcis αντιγραφον anti graphon dicitur. Idem exemplare, vel exemplariū, vt dicit Neſtor. In docti autem & barbari vbi deberent dicere exēplar dicunt copia, teut. copei, quod latinū non eſt. Aſinius Pollio, deinde ex literis quas Panſa mihi miſit cognoſcens omnia. Nam earū tibi exemplar miſi. Exemplum aūt eſt quod ſequamur, aut vitemus. Verum exemplū & exemplar pro eodem accipi & confundi hanc differētiam idonei teſtes auctores ſunt, vt apud Neſtorem Dionyſiū legere potes. Item exemplaritas eſt in vſu non doctorum, ſed ſemidoctorum grāmatiſtarum.

Extrinſecus & intrinſecus, vt ſint nomina apud idoneos vix credo reperiri. Sed externus & internus magis dicuntur, hæc Valla. Extrinſecus tamen & intrinſecus aduerbia vſurpat Cice. Quintilia. Curtius & om̄es alij. Epicureus dicitur qui epicuri ſectam fouet & ſequitur, habetq; penulti. longam, contra vulgi morē. Sidonius Apollinaris. Aſt epicureos eliminat vndicq; virtus. Auctor tamē priapeior̄ corripuit dicens, vt credas epicureos citari, ſi ſaltem bene legitur, alij vero legūt vt credas epicuros oſcitari, & melius me iudice. Eſto interiectio eſt concedētis. Vir. Non dabitur regnis eſto prohibere latinis, noſtri aūt dicūt dato, q̄d ego nunc̄ legi apud idoneos & doctos. Aegrotatio & ægritudo per æ diphthōgon in principio ſcribūtur. Cic. li. iij. tuſcu. ſic diſtinguit dicēs, ſed proprie vt ęgrotatio in corpore, ſic ęgritudo in anio nomē habet. Aegritudo igitur a Cic. vocatur quā triſtitiā alij. Sicut Seneca & Augu. appellāt, teu. trurikeit oder bekūmernus. Sic æger

proprie signi. mœstum & tristem, non infirmũ corpore, sicut nos dici mus, teu. bekummert. Sed ęgrotus quo ad corpus, teu. kranck, Lactan. li. i. instit. Atqui illa oratio & doctrina, & exemplis, & ipso loquẽdi genere profecta non ægri, sed cõstantis animi ac indicij fuit. Poetę tamẽ, vt in alijs paulo licẽtiores hæc aliquãdo confundũt, vnũ pro reliquo ponẽtes, sic Terentius in Andria, ipm animũ ægrotum plerũq; ad deteriorẽ partem applicat, pro ægrũ, vbi caue ne dicas more cuiusdã indocti hois, famulus meus ægrotatur, dicendũ enim erat ęgrotat. Item æger apud Virgiliũ aliquando, id est male valens, quo ad corpus, vt quatit æger anhelitus artus. Idem tñ sępius ægrũ pro mœsto posuit, vt ibi curisq; ingentibus æger, & alibi. Ipse caua solans ægrũ testudine amorẽ, & Corne. Cel. in prologo (vt alimẽta sanis corporibus agricultura sic sanitatẽ ægris medicina promittit) accipit vt æger sitin corpe.

Existimare et æstimare sic differunt, quod æstimare est considerare. Existimare vero iudicare, nam prius consyderamus ea quę iudicanda sunt, hæc Donatus. Aestimare non extimo more indoctorum.

Etymologia, id est veriloquiũ, teste Quintilia. in pri. instit. verborũ originẽ inquirit, quæ a Cicerone dicta est notatio, a quibus dã origina tio, ab indoctis autẽ et vulgo grãmatica positiua dicitur. Scribitur autem etymologia per t sine aspiratiõe, & post y græco, & dicitur ab etymos, id est verus, & logos sermo vel ratio. Emplastrũ est tenax illa compositio qua Chirurgi vtuntur ad vulnera curanda, teut. salb, sed malagma vel cataplasma, teuto. ein plaster. Econtra non dicitur latine, sed contra vel econtrario, vt vult Valla, legi tamen si exemplaria non sunt mendosa apud Plinĩ econtra, & Quintilia. in viij. Vel omnia econtra liberiora poetis q̃ oratoribus, & Senecam de ira. vide ne econtra placidior. Inde discedimus a Valla, item etiã apud iurisconsultos. ff. de legatis. iij. l. qui filiũ, sed ecõuerso vix latine dicitur. Essendi essendo essendũ non reperitur apud idoneos, pter Donatũ, quod si reperiatur, nõ regeret casum, vt indocte Alexander vester tradit dicens. Presbyter essendi causa, sicut etiã a sum, ens quo vsi sunt aliqui, nõ est in vsu frequenti, nisi apud philosophos huius tempestatis & dialecticos. Et Cicero primo essentiam & indolentiã finxit, si credimus Sidonio Apollinari, qui dicit lecturus es hic etiam nouum verbum, id est essentiam, sed scias hoc ipm dixisse, Ciceronẽ qui essentiam & indolentiam nominauit. Nec item fiens a fio dicitur. Nec fiendi. do, dum, nec fiendus, sed pro eo docti faciendus dicunt. Ephippium dicitur tegmen, quod equo ad insidendũ imponitur, propter molliorem vecturam paratũ, teu. sattel, quod indocti sellã vocant. Sella vero significat sedem, quã græci thronum vocant, hinc θρονον βασιλικον. i. solium,

hoc est sedem regiã vocant, & θρονον ηγεμονικον. i. sellam curulem.

Ecclesia q̃ latine concio dicitur (vt suo loco habitũ est) est cœtus uel populi multitudo assistens ad audiendũ oratorẽ concionantẽ, hoc ita esse testatur etiã præter Hieronymũ Cassiodorus, psal. lxxxi. nec illud omittendũ esse dijudico, quare synagogã antiqui vocitauerint, quam nũc eccl'iam Christianis tpibus nũcupam⁹. Synagoga est cõgregatio nõ satis exprimẽs hoim cœtũ. Ecclesia vero cõuocatio nũcupatur, quę de diuersis gentibus aggregata colligit. Inde ecclesiastes εκκλησιαστης græce dicitur latine cõcionator, teu. prediger, hæc oĩa ita esse testat sanctus Hieronymus super libro eccles. dicens, Ecclesiastes aũt græco sermone appellatur qui cœtũ. i. ecclesiam congregat, quẽ nos possumus nũcupare concionatorẽ, eo ꝙ loquatur ad populũ & sermo eius non specialiter ad vnũ, sed ad vniuersos gñaliter dirigatur. Errãt hic vehemẽter incurioſi & infrequẽtes bonarũ literarũ lectores qui dicũt ecclesias significare sacras ædes & delubra deorũ, q̃d si volumus more græcorũ quorũ dicti o est proferre, εκκλησιαν ecclesiam dicemus penultima acuta. Non possum etiã satis admirari cur syllaba secũda a poetis Christianis breuis ponatur, cum apud græcos sic scribatur εκκλησια per η quæ semper apud latinos in e longã cõuertitur, quã bene & recte Alcimus auitus poeta Christianus produxit libro primo. De lateris membro surgẽs ecclesia nupsit. Forenses indocti accipiũt pro extraneo quod non est lectũ apud eruditos, at forensis signi. in foro exercitatũ, vt Varro testatur. Hora. Ne velut innati triuiis ac pene forenses. Et forensis sermo vel eloquẽtia qua vtebantur in foro. Falx instrumentũ est quod est falcatũ, hoc est recuruũ. Et vt Varro testatur a farre dicitur litera cõmutata. Vnde falx putatoria quã indocti vãgam dicunt, teutonice. ein hau der vuingartner. Falx messoria, ein sichel. Falx fœnaria, seges. Hæc omnia inuenies apud iurisconsultos præsertim Vlpianum. ff. de fundo lega. l. Instrumenta fundi &c. Item falces stramentariæ, syluaticæ, arborariæ, adoreæ falces. falces lumectariæ quibus lumecta, hoc est spinas in agro secamus. Fœdericus cum œ post f scribitur nõ fredericus scribendũ, venit eĩ a fœdere & ico. is. ere, et, teuto. dicitur Friderich, a fœdere, & corripit penultimam syllabam, vt tradit Nestor vocabularius. At Claudia. producit Alaricus. En Alaricus ait non qualẽ nuper ouantẽ, ꝙ si alaricus etiã venit ab icus Nestoris regula non tenebit, vnde ego magis produxerim, sicut etiã similia, vt alibi dixi. Frugi vocatur proprie qui in uictu tẽperatus est, nõ nunq̃ in vestitu similibusq̃, Cicero etiam frugi vult esse qui ad oĩa aptus vtilisq̃ est, & omni virtute p̃ditus. Est igitur frugi, vt Beroaldus dicit oĩs generis & per oẽs casus declinat, & nõ dicimus frugalis, q̃uis

frugalior & frugalissimus dicamus, q̃d satis liquet testimonio Iuuena. cum ait. Ventre mihi frugalius. Et Ciceronis in Verrẽ. hic solus inducitur, cæteri sępe frugalissimi excludũtur. Aniaduerti apud Quintilia. in pri. li. de tribus virtutibus elocutionis, taxari eos a q̃bus dicitur frugalis nunc̃ frugi, tanc̃ frugalis sit dictio. parũ proba, libuit obiter hoc annotare propter inueteratã consuetudinẽ eorum in quor̃ ore semp̃ est frugalis, nunc̃ frugi, qui latinitate deficiunt. Contrariũ frugi est nequã dictio. Est aũt nequã, vt dicit Gel. homo nihili nec̃ rei, nec̃ frugis bonæ, inutilis, libidinosus &c. Nostri autẽ impropriefurẽ vocant nequã. Nequicia, vt idem Aulus Gel. dicit significat luxũ vitę prodigum effusumc̃. Frequens modo crebrũ signi. siue de loco, siue de re animata dicatur, vt frequẽs miles, frequẽs. i. creber, copiosus, multus, modo q̃d ab alĩs frequẽtatur, vt frequens locus, frequens templũ, in quo multi cõueniunt, & quod multũ frequentant. Et infrequens dicitur vel parũ frequentatũ, vt infrequẽs forũ in quo pauci conueniũt, vel rarũ, vt phœnix infrequẽs auis, hoc est quę raro reperitur. Fontanalia dicuntur festa q̃ circa fontes fieri consueuerũt, quę nos nulla suffragante auctoritate & male fontanea appellamus. Audi Varrõem fontanalia a fonte, q̃ is dies feriatus cũ in fontes coronas iaciũt et puteos coronãt.

Facile aduerbiũ reperitur, de facili vel faciliter nõ reperiuntur apud idoneos, cum em̃ faciliter Quintilia. in. i. inusitatũ apud latinos vellet demõstrare, tandẽ dicit his p̃mittamus & audiuisse et sciuisse et tribuna le & faciliter dicere, vbi aperte ostendit apud latinos faciliter nõ esse in vsu. Et Martianus Fœlix Capella li iĩj. cum habilis (inquit) habiliter dicamus cur facilis faciliter non dicimus. Diomedes aũt grãmaticus vtitur faciliter si non est mẽdosus. Victruuius etiã in primo vtitur, si liber non est mẽdosus, verba eius sunt, itac̃ mathematici faciliter cõtra eas disciplinas disputare possunt, q̃ pluribus telis disciplinar̃ sunt armati. Figulus, teuto. hafner. Et sic docti vsurpãt, apud ecclesiasticos aũt lutifigulus dicitur, q̃d non facile apud veteres inuenies. Hiero. aũt dicit super Iohelẽ. Plastes quẽ nos fictorem & figulũ possumus dicere.

Feles græce dicitur eluros, vulgo aũt cattus dicitur katz. Cattus aũt et muriceps non videtur mihi satis latine dici & venuste. Muriceps em̃ insuetũ vocabulum est. Nestor aũt vocabularius dicit cattus pro isto animali duplici t scribi debere, q̃d mihi non placet. Vulgo em̃ felen ce pisse dici cõstat catũ, quod veteres dixerũt catum astuta, in quo genere maxime excellit feles. Cice. in pri. de legibus ait, quis igitur prudentẽ & vtita dicã catum nõ ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicaret. Si igitur catũ admittimus nõ cattus, sed catus dicetur. Faber nomẽ est generale oĩm qui corporis labore artificiũ aliquod exercẽt, dicitur

cm̃ faber murarius, teu. ain maurer. Faber ferrarius, teu. ein schmid. Faber lignarius, teu. zimerman. Et hic etiã multiplex est. Nam & faber lapidarius multiplex. Vnde etiam quælibet opera fabricari dicũtur teste Nonio. Indocti aũt pro fabro lignario absolute dicunt carpentarius. Cum carpẽtarius magis adiectiuũ sit, vt equus carpẽtarius dicitur, qui carpentũ vehit. Et faber carpentarius, qui carpenta facit. Est aũt carpentum vehiculi genus, teut. schlit, latinum vocabulũ non a carpo is, ere, vt Catholicon cum suo Hugutione dicit, sed a Carmẽta Euandri matre potius. Famosus famosior, sissimus, ut inuenio apud eos qui latine proprie & signate loquuntur, in malũ accipitur pro infami, teuto. verlimpt, vt testatur Philelphus in quadã epistola. Hubertinus Crescentinas, & Domitius Chalderinus, Cicero lib. ij. de orato. non pol aut deo. Nam me ad famosas vetuit mater accedere. Sallustius in Iugurti. postq; famosam largitionẽ impudentemq;. Lactantius, philosophus ad meretricẽ famosissimam cõmearet, & Hieronymus lib. ij. super Galatas, hæc iccirco congessimus, quia famosissima quæstio est, & nobis solet a Iudæis pro infamia obijci, quod saluator noster et dominus sub dei fuerit maledicto. Item iurisconsulti de famosis libellis, qui & vbiq; famosus pro infamibus accipiũt, nec te decipiat sicut plurimos ille luuena. versus. Famosos equitũ cum dictatore magistros. Illic em̃ legendum est. Fumosos, id est fumosas imagines maiorũ, qui magistri equitum dictatoresq; fuerũt. At famosus etiã in bonũ accipitur, pro eo qui est bonæ famæ, sed apud eos auctores qui non tm̃ apud me valuerũt, sicut Cicero & sui æquales, quos tm̃ non reprobo. Iulius Firmicus in vi. Athletã faciet ista genitura quæ sacris certaminibus victor famosa reportet insignia coronarũ. Pli. in epi. ad Triariũ. Ad curam pulchram alioqui & famosam. Lucius Florus lib. iij. nec quicq; amplius tamẽ de tam famosa victoria, cq; cognomen creticũ reportauit. Apuleius, hic vxorẽ generosam & eximia famositate prædità. Idem. atq; ipa potissimum famosa castitate instinctus, etiã idem, at ille vir alioqui grauis & sobriæ religionis obseruatiõe famosus. Corne. Taci. li. xxi. Haud procul Hierosolymis castra facit, sed qa famosæ vrbis supremũ diem traditurus sumus, idem etiã in malum accepit li. xi. Claudius famosos probris quo nam modo senatu depelleret anxius. Ruffus sextus. Cyprus famosa diuitijs paupertatẽ Po. Ro. ut occuparet sollicitauit. Orosius li. ij. Ibi tũc Crœsus rex lydorũ famosus opibus &c. Et itẽ a Iulio firmico xxx. matheseos famosi oratores cũ laude dicũtur. Tu seq̃re latiniores. Item apud poetas fere oẽs famosus in malũ accipitur. Horatius sermonum lib. pri. Saty. iij. Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui, famosus, & lib. ij. sermo. sa. prima, Famosisq; lupo cooperto versibus.

Festus & festiuus differūt, quam drñam pauci obseruāt. Festus. a. ū, em̄ potius de die dicit, significatq; apd nos, teu. feirtag. Idē festus dies. Festiuus (.i. lepidus & iocūdus) aūt magis ad alias res, vt festiua oratio, festiuū dictum. i. lepidū & iocundū, vnde Cic. de ora. Dicēdi vis egregia sūma festiuitate, ac venustate coniūcta profuit. Et Plini. in prolo. natu. histo. Me vero nō pœnitet nullū festiuiorem excogitasse titulū. non signate igitur dicitur festiuitas sanctæ Mariæ, sed festū, vbi sępius peccāt canonica iura. De his lege Laurentiū. Inde venit profestū & profesti dies, teu. vuercktag, vnde Festus Pompeius. Profestū diem dicebant qui festus non erat. Et in alio loco profesti dies procul a religiōe numinis diuini. Et Macro. lib. i. satur. Profesti dies hominibus ob administrandam remp. priuatā q; concessi. Et non dicūtur qui ante festos sunt, teu. feirabent, quos sacrarū literaꝝ scriptores vigilias appellāt. Q; vigilare ante diem festū mos est in sacrificijs faciēdis & sacris hymnis cātandis. Memini tñ legisse me apud Gel. lib. ij. ca. xxiij. festiuis diebus, sic em̄ inquit postremo lex Iulia ad populū peruenit Cæsare Augusto impe rante, quo profestis quidē diebus ducēti finiūtur Kalēdis, Idibus nonis & alijs quibusdā festiuis trecēti &c. At Acron Horatian⁹ interpres sen tit in dictiōe profestū cum vulgo. Figura, ut diffinit Quinti. in ix. institu. suaꝝ, est cōfirmatio quędā orationis remota a cōmuni & primū se offerente rōne. Et paulo post idē. Ergo figura sit arte aliqua nouata forma dicēdi. Indocti grāmatistæ vocāt colores rhetoricales, quę figura dici deberet, de qua re supra diximus. Figura igitur est exornatio verboꝝ ac sententiarū, & male grāmatici dicunt. Figura est vitiū rationę vel rationibus excusatū vel excusabile. Cum exornatio sit & sine vitio, quod ex eo dē Quintilia. in. i. colligi datur his verbis. Enimuero maiori cura iam doceat tropos oēs quibus prę cipue non poema modo, sed etiā oratio ornat. Schemata vtraq; i. figuras quæq; lexeos quę q; dyaneas vocātur. Idem in. i. li. liquide oñdit dicēs. prima barbarismi ac solœcismi fœditas abs it. Sed quia interim excusantur hæc vitia, aut a consuetudine. Nam sæpe a figuris ea seperare difficile est. Hic aperte Quintilia. barbarismum & solœcismū nominat vitia non figuras, immo et distinguit contra figuras. Quinq; igitur figuræ. Appositio, euocatio, conceptio siue q̄d idem est Syllepsis, Prolepsis & Zeugma, quas ponit Alexander Gallus nō sunt vitiosæ, sed ornatę & grāmaticis orationibus multo elegātiores, q̄bus vsi sunt doctissimi & summi in eloquentia viri, quoꝝ iudiciū, vt tradit Quintilia. in. i. lib. pro rōne habetur, nec alia pōt dari ratio in grāmatica, nisi ex auctoritate eruditorum aut ex analogia, aut etymologia, sed auctoritas multū prævalet, nō est em̄ (vt idē dicit) lex loquendi sed obseruatio, vt ipsam analogiā nulla

alia res fecerit q̃ꝫ consuetudo, ĩtelligo eloquentiũ viroꝝ, non em̃ cum primũ fingerẽtur hoĩes analogia cœlo missa formã loquẽdi dedit, sed inuẽta est postq̃ꝫ loquebantur hoĩes & notatũ sermone quid quoquo modo caderet, itaq; nõ ratione vtitur sed exemplo Papirianus grãmaticus. Latini secuti naturã, affluentiã ex technis non sunt adepti. Romani ingenio fecerũt imperia, græci arte dixerunt, Romani exẽplo fecere, quæ scripserãt arte græci vel p̃ceperant. Idẽ dicit diuus Augusti. li. ij. de doctrina Christiana, quid est ergo (inquit) integritas locutionis nisi latinæ cõsuetudinis conseruatio loquentiũ veterum auctoritate firmata Nec mihi obesse debet, ꝙ Diomedes dicit, auctoritatem in regula loquendi nouissimã esse, ad quã confugiamus tanq̃ꝫ ad anchoram vbi oĩa alia defecerint, ipse em̃ auctoritatẽ consuetudine distinxit. Vbi sola auctoritas vnius hoĩs orationẽ defendere debet, sine aliqua rõne consuetudinis analogiæ aut naturæ. In appositione non esse vitiũ Quintilia. in. i. li. institu. ostendit, dicens quædã tñ & faciẽ solœcismi habẽt, & dici vitiosa non possunt, vt tragœdia Thiestes, & ludi floralia, quanq̃ꝫ hęc sequẽti tẽpore interciderũt, nunq̃ꝫ a veteribus aliter dicta, vides hic vt Quintili. dicit has & plures orõnes, hoc est appositionẽ Alexandri non esse vitiosam, & penitus ab vsu loquẽdi recessisse, quapropter inutile est magna de hac re facere cõmentaria, quẽadmodũ nostri scholastici (quos beanos vocamus vulgo) factitare consueuerũt. Syllepsis aũt & Zeugma & Prolepsis orõnes ornatissimæ & species schematis, vt videre licet in opusculo Aelij Donati in figuris. Et Quintilia. Schema autẽ nihil aliud significat nisi ornatũ & figurã. Hic etiã nota dicendum esse prolepsis, syllepsis nõ vt indocti grãmatistæ dicunt prolẽsis, sillemsis. Est em̃ prolepsis gręca dictio tm̃ valens quantũ præacceptio Et ut Cicero dicit in de natura. deo. anticipatio, a pro. i. ante, & λημισ. i. acceptio. Itẽ syllepsis cõceptio dicitur latine, ex συν q̃d est con, & λημισ acceptio, adde ꝙ Synecdoche per y græcũ in principio scribitur, & ec ante d, non synodoche, vt nostri imperiti & scribũt & proferũt, quod græca inspicienti notissimũ est. Sic etiã a pluribus scribitur in synechdoche per ch aspiratũ ante d, vt nuper apud Raphaelẽ regiũ vidimus. Hic admonuerim somniculosis scholasticis oĩno abstinendum esse a magnis Alexandri cõmentarijs q̃ congesserunt quidã Vlmẽses, & nescio qui alij in quinq; figuras, quærẽtes quod vitiũ in hac vel illa figura, quibus rationibus excusari põt. Itẽ arguitur in contrariũ. Notandũ primo, secũdo, a parte ante, & a parte post, q̃ incongrue dicũtur, nihil em̃ est æque puerile et tã dãnosum studiosis, q̃ꝫ occupari in hac re vtilitatis nihil, laboris aũt, & vt nostri loquũtur, speculationis multũ indigente. Adde ꝙ tota secũdæ partis Alexandri miseria & confusio est, &

corruptela iuuenũ, non fructus: Adeo em̃ difficilis est præter hęc ꝙ in fructuosa, vt multo facilius Virgiliũ, Ouidiũ, Terentiũ, vel alios intelligant pueri q̃ secundã partem. Stultissimũ aũt quęrere a iuuenibus ex qua vi regatur ista vel alia dictio, cũ id ne grandiores quidẽ natu bene iudicẽt, nec grãmatici est talia inuestigare. Nam quis pueroꝝ intelliget facile, quid sit ex vi relatõis, ex vi actus cõuersi in habitũ? ex vi effectus causæ formalis, materialis, finalis, vel efficiẽtis? item ex vi transitionis. Multũ enim excedũt hæc deliramẽta captum grãmatici, nec talia inuenies apud Priscianũ, vel vllum aliũ ex veteribus, aut etiã recẽtioribus italis, quare hæc docentes veluti erroꝝ & ignorãtiæ magistros fugito quicunq; cupis euadere in virũ disertũ & eruditũ. Quid referã insuper aniles fabulas & indignas lectiõe schedas de impedimẽtis Alexandri, & monstrosa uix ip̃is qui cõposuerunt satis nota cõmentaria, in q̃bus nihil om̃ino vtilitatis inuenies, sed obscura sphingos enigmata pueris tanq̃ venena vitanda (vt merito ista secũda pars impedimentũ studiorum generaliter possit vocari) resipisce tandẽ Germania & Alexandrum cũ scrupulosis cõmentarijs in ęternũ exilium relega. Nam citius quis iurisconsultus vel theologus q̃ grãmatic⁹ ex Alexãdro euaserit.

Familiares dicũtur amici nostri & de familia, atq; parentela nr̃a existentes. Caue pro famulis vel seruis accipias, nisi consulto honestiore vocabulo eos sic appellãdos, ut amicos volueris, quod prisci fecerũt, vnde & Macrobius dicit, maiores nostri oẽm dominis inuidiã, oẽm detrahentes seruis contumeliã, dominũ patrem familias, seruos familiares appellauerunt. Hodie tñ familia & filios, & seruos cõpræhendit, vt habet Vlpia. ff. de verbo. signi. Fœdus vel cõfœderatio latine dicimus, vt fœdus percutere, vel inire confœderationẽ, vel coire societatem latine dicimus. Liga vel ligã facere barbare dicitur. Inde socij vel confœderati dicũtur. Sicut sunt liberæ ciuitates Sueuiæ cũ alijs regulis sociæ vel confœderatæ. Sunt & alij confœderati, q̃uis indigni hoc nomine potius cõspiratores & proditores, de qua re plura alias scribam.

Feudum aũt quo passim nũc legulei vtũtur vocabulũ est gallicum non latinũ, sicut et feudatarius & alia ab illo descendẽtia, sicut nec vasallus probe & latine dicitur. Nec vasallagiũ quod itali dicũt, & homagium quod galli, & hominiũ, latine dicũtur dum fidelitatis iuramẽtum exprimere volũt, nec homo legius uel ligius latine dicitur, qui suo domino ligatus sit, vel legalitatem teneat. Licet iura cæsarũ nouissima, & iura canonica illis vocabulis passim sint referta. Vasalli autẽ latine clientes dicũtur & homagiũ clientela. Fratrũ appellatione etiã sorores continẽtur, vt dicitur. ff. de lega. iij. l. Lucius Titius. §. quęsitũ est, & ergo fratres possunt dici, teu. geschvuisterig, hoc est mas et fœmella, ita dicit

Lactan. in Statio. Deucalio nanq; et Pyrrha fratres, idq; cõiuges sunt. Et Augu. li. xxij. de ciuitate dei, decem quidẽ fratres quoꝝ septem sunt mares, tres fœminæ de cæsaria Cappadociæ suoꝝ ciuiũ non ignobiles maledicto matris recenti patris eorũ obitu destitutæ, quæ iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit, tali pœna sunt diuinitus coerciti.

Fauorabilis apud eos qui caste & latine loquũtur dicitur is qui gratiosus est, & impetrabilis, ac fauoris plenus, teuto. der vil gunst hat. Caius iurisconsultus. ff. de reg. iuris. Fauorabiliores rei potius q̃ actores habentur, sic Quintilianus in xi. institutionũ, ut quisquis honestus, humilis, inuidiosus, fauorabil' erit, & L. Florus de bello mutinẽsi Octauius Cæsar ætate & iniuria fauorabilis, et nois maiestate quod sibi induerat Imperiti autẽ accipiunt fauorabilẽ pro eo qui fauorem prębeat ac opitulet. Ita fauorabilem iudicem dicunt cum deberẽt æquum. et suspectum cum deberent dicere iniquum. Falsus, vt dicit Perottus habet falsissimus, non autẽ falsior, saltem in vsu doctoꝝ. Nec rudis aut mediocris habent comparatiuũ. Nec inclytus inclytior habet, licet inclytissimus dicatur. Ferię feriaꝝ (raro eñ reperitur in singulari) sunt dies festi, a feriendis (vt dicit Pompeius) victimis dictę, teu. feirtag. Adde q̃ idẽ Pompeius dicit, ferias antiqui festas vocabãt, vnde Vlpia. ff. de feriis. Si feriatis diebꝰ fuerit iudicatũ lege cautũ est &c. Et Cic. in iij. offi. Venit ipsa mature scalmũ nullũ videt, quęrit ex proprio vicino num feriæ quędã piscatoꝝ essent q̃d eos nullus videret. Et Seneca de breuitate vitę. De Liuio Druso dicit, dixisse vni sibi ne puero quidẽ vnq̃ ferias cõtigisse. Ergo impropríe loquũtur qui dicũt. Feria scḋa, tertia uel feria quarta &c. accipiẽtes feriã pro quolibet die, siue festus sit siue non, est em locutio violẽter vsurpata, de qua re alias melius & copiosius locutus sum. Inde venit verbũ deponens ferior, aris, q̃d significat agere festũ & eẽ ociosum, teut. feirtag hon vñ miessig sein, vnde Trebonius in epi. ad Ciceronẽ, nec putes in Asia feriatũ illum. i. ociosum fuisse. Et Macrob. qm̃ tertium diẽ iam feriati sumus. Pli. in epi. ad Aciliũ. Et dies feriatus patitur plura cõtexi. Et Hiero. memini me puerũ cursitasse per cellulas seruulorꝝ diem feriatũ duxisse lusibus. Gratiosus teste Gel. li. viij. ca. xij. dicitur tam is qui gratiã admittit & cæteris impertit, quã cui hoies fauent, & gratiã apud hoies habet. A. Gel. nullũ exemplũ affert, quod actiue accipiatur pro eo qui dat gratiã, in frequentissimo apud nostrates est vsu dicentes. Gratiose pater. Item gratiose princeps, quod tñ ego rarissime puto iueniri apd̃ classiarios & sũmates scriptores, nec ego vnq̃ inueni. Sed passiue pro eo qui habet gratiã bene inuenitur. Sene. lib. i. de clemẽtia ad Neronẽ. Nemo non cui alia desunt hominis noie apud me gratiosus est. Et Q. Cice. ad Tulliũ fratrem de petitione

consulatus. At Antonius & Catilina molesti sunt immo homini nouo industrio, innocenti, diserto, gratioso apud eos qui res iudicant.

Glorioſus autem vſitate in vtranq; partem accipitur tam pro gloriam habente, gloriæq; plenitudine, quā pro eo qui affectat intēperanter gloriā. In malū accipitur apud Terē. miles glorioſus Thraſo, hoc eſt oſtentator iactāticuluſq;. & Plini. natu. hiſto. li. x. ca. ij. loquēs de Pauonibus, ab auctoribus (inquit) non glorioſum ēm anīal traditur, ſed & maleuolū. Sed in bonū Cic. de diui. lib. pri. loquens de Decio, cuius mors ita glorioſa fuit, vt eandē concupiſceret filius. Seneca epi. lxxxij. nullū malum glorioſum eſt. mori autē glorioſum eſt. Et Plini. Cecilius in epiſto. ad Fundaniū, quos vt glorioſum, ſic difficile eſt ſuperare. Et frequentiſſimū eſt apud eccleſiaſticos, quod dicamus deus glorioſus, glorioſa victoria. Groſſus non legi vnq; apud idoneos & veteres in ea ſignificatione, vt ſignificet grob, ſed bene craſſus in ea ſignificatione, vt apud Ciceronē. Craſſa minerua. Groſſi tamē dicuntur fici, teſte Macrobio in iij. Saturna. quæ non matureſcunt, vnde M. atticus in millibus tot ficorum nō videbitis groſſum. Et paulo poſt ſumas ab alio lacte diffluas groſſos. Et Poſthumius Albinus annali primo de Bruto. Et cauſa ſeſe ſtultum Brutumq; faciebat groſſulos ex melle edebat, hic groſſus eſt ſubſtantiuum & certum genus ficorum non obſcure intelligitur. Sic & Hierony. ſuper Michea dicit. Immaturæ ficus, id eſt groſſi ficorum quas hebræi bechora vocant. Groſſitudo legi apud Senecam libro iij. de beneficijs, ſed credo mendoſe legi pro craſſitudine. Item libro iij. regum capi. vij. dicitur groſſitudo luteris. & capitu. xij. minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei, vbi craſſitudo & craſſior legi debere credo, & eſſe corruptam lectionem imperitia librariorum. Galenus medicus non Galienus vide de h in dictione Hippocrates. Gaſtrimargia græca dictio penulti. acuta, vt græcus accētus habet, ſed apud nos corripitur, vt eſt in hymno Ieſu quadragenariæ, per g non caſtrimargia per c ſcribenda, vt literatores indocti ſcribunt. Et ſignificat nimiam ingluuiem & guloſitatem, non gulæ concupiſcentiam, vt indocti tradunt. Graphice, vt ego credo ſignificat cōcinne & eleganter, & id quod vulgo artificialiter dicimus, ſed & artificialiter latine dicit. Galilæa eſt regio Iudeæ, & ſcribit in prima ſyllaba ſimplici l, nō gallilęa, & æ dipthongo in penul. vnde Arator. Inde galilæā repetit ſaluator Ieſus. Gaſpar. aris, per g declinabiliter reperio apud eruditos, nō per c Caſpar indeclinabiliter vt indocti præcipiūt, nec caſperus dicendū aut caſparus. Grāmaticus & grāmatiſta differunt, ſicut literatus & literator, grāmaticus enim græce latine literatus dicitur, qui eſt abſolute & perfecte doctus, ſed

grāmatista græce & literator latine dicitur mediocriter & imperfecte doctus, hæc Sueto. Tranquil. de grāmaticis & rhetoribus, et eodem teste, grāmatici proprie dicūtur poetarū interpretes, qui a Platone Rapsodi dicūtur. Glans est fructus quercus et aliarū arborū glandiferarū non solū quercus. Et sic glans fagi est fructus ipsius fagi &c. Et sicut Paulus iurisconsultus de verborū significatiōe dicit, glandis appellatione oīs fructus cōtinetur, qm̄ ex his olim hoīes viuebāt, glandem aūt, vt dicit Plini. natu. histo. lib. vi. quæ proprie intelligitur ferūt robor quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. Gratias agere, est verbo q̄d indocti dicūt regratior. Habere gratias est animo habere. Referre gratiā est factis, de quibus vide Laurentiū, quod aūt nostri dicūt fundimus uobis multas gratias vel fatemur, vel narram⁹ gratias propter varietatē orationis non credo apud aliquē receptū & illustrem scriptorē reperiri. Et vnus Apuleius quod ego sciā dicit gratias dicere, ita em̄ ait libro floridorū, vt pro eo honore vobis multas gratias dicerē. Non autē vsitate multum dices grates, quia plus poeticū est, licet quidā vsi sint in prosa oratione Q. Cur. lib. iij. pro se quisq; dextrā eius cōplexi grates habebant velut p̄senti deo. Et Apuleius in prologo Trismegisti, laudes gratesq; maxīas agens. Et Cicero de somnio Scipionis. post suspexit ad cœlū, & grates inquit tibi sum me sol ago, hoc tñ rarum est, & forsan exemplar corruptū, vt quidā putant. Sed & Corne. Tacit. lib. ij. dicit redditos esse vos in corpus nomenq; Germanię, cōmunibus deis, sed p̄cipuo deorum matri grates agimus, et sæpe alias. Et Martianus Fœlix Capel. lib. vi. ago tibi, habeoq; diua persoluensq; p̄petes debeo grates. Sallustius dicit, debeo gratiā, & reddo gratiā, quod vltimū valet i. refero gratiā.

Gentilis, vt dicit Festus Pompe. dicitur & is qui simili noīe appellat, ut ait Cincius, gentiles mihi sunt qui meo noīe appellātur. Vel gentilis est ex eodē genere ortus, teu. ein freund. Cice. i. tus. fuit em̄ meo regnāte gentili. Et Plini. epi. li. vi. Passenius Paulus splendidus eques Romanus & in primis eruditus scribit elegos, gētile hoc illi, est em̄ municeps Propertij, atq; etiā inter maiores suos Propertiū numerat. Gētiles sunt, vt dicit Cicero in topitis, qui eodē nomine sunt inter se, nō est satis, qui ab ingenuis oriūdi sunt, ne id quidē satis, quorū maiorū nemo seruitutem seruiuit, abest etiā nunc, qui capite non sunt diminuti hoc fortasse satis est. Ab hoc gentilitas dicta, quę proprie est multitudo ipa, vel familiæ vel nationis alicuius. Plinius de viris illustribus, gentilitas eius Manlij cognomine iurauit, ne quis postea capitolinus vocaretur. Scriptores em̄ literarū sacrarū gentiles & græci ethnicos vocant oēs idolorū cultores, ideo qui in gentilib̄, hoc est maiorū suorū fide perstitere, nec religionis cultū mutauer̄, quos eosdē & paganos vocat Orosius, ideo quia

alieni a ciuitate dei ex locorū agrestiū compitis & pagis veniētes paga ni vocātur, vel secundū alios dicūtur & maxime iurisconsultos paga ni nō militantes. Inde paganos vocitamus gētiles, q̄ sub uexillo Chri sti nō militent. Grado & grador aris, & gradatus, hoc est habēs gra dum. i. dignitatē uocabula sunt noua imperitorū et repertitia, nec meo iudicio honeste in penū Romani sermōis admitti possunt, sed penitus gotthica & barbara. Nec degradare latine dicimus, vt sacerdotibus ali quando contingit. Latine aūt desecrare dices. Est em̄ desecrare ex sacro prophanū facere, vt Plautus. Desecrare eum prius oportet ne manus contaminē. Consecrare aūt est quod nos barbare & gotthice dicimus canonizare, sicut de sanctis et dīs dicimus. Tertulli. male cum Lucullo actū est qui primus cerasa ex ponto Italiæ promulgauit, quod non est propterea cōsecratus. Cicero, quod si vllū vnquā animal consecran dum fuit &c. Et Lactantius, & eorū memoriā post mortē consecratam esse. At gradus pro dignitate etiā abidoneis & latine dicit, vnde Mar cellus iurisconsul. ff. de ritu nuptiarū obseruandū est inquit, vt inferio ris gradus hoīes ducant vxores eas, q̄s hi q̄ altioris dignitatis sunt du cere legibus propter dignitatē prohibentur. Et Vegetius, vt ex prima cohorte ad gradū quempiā promotus vadat. et Q. Curtius li. v. erat inter duces manu strenuus bello quidē pacis artiū & ciuilis habitus ru dis, vetus miles, ab humili ordine ad eum gradū in quo tunc erat pro motus, & Cicero pro Sylla, neminē esse ex illo honoris gradu qui nō oīm̄i studio, virtute, auctoritate incubuerit ad rempu. considerādam.

Glossa duplici ſſ scribitur nō simplici, vt apud nostros, & est inter dum lingua, interdū linguæ obscurioris interpretatio, cuius apud grē cos quinq; sunt varietates & differentiæ. Cōmunis, Attica, Dorica, Io nica, Eolica. Quintilia. in pri. protinus em̄ post interpretationē linguæ secretioris. i. quas grēci glossas vocāt eadē & glossemata vocātur. Inde glossematici qui vulgo glossatores vocātur, nunc ab imperitis glosę, & quidē simplici ſ pro quacūq; vsurpātur expositiōe, quod quā bene dicatur viderint ipsi qui glossas illas quib⁹ nihil est ineptius maiore cū apparatu exponūt, quā priscorū iurisconsultorū scripta, in quorū enar rationē glossæ illæ a quibusdā barbaris ac prorsus linguæ latinæ im peritis fuerūt cōparatæ, nemo certe veterū, hoc est eruditorū glossam in ea vnquā accepit significatōe, hæc Raphael regius. At Seneca etiam in epistolis cōtra glossemata scribit. Et merito glossæ illæ interlineares quas nr̄i triuiales magistri faciūt ab oībus vitandæ, & iuuenibus pro hibendæ sunt in primis. Imperiti itē a lingua linguagiū faciunt minus latine sicut a via viagiū vsurpauit, Apuleius lib. vi. de asino sed vix recipitur. Genitura appellatur latino vocabulo & erudito q̄d vul-

gus indoctũ natiuitatẽ vocat, hinc est illud apud Spartianũ. Seuerus genituras sponsaꝝ requirebat cũ esset matheseos peritissim⁹. Et Iulius firmic⁹ peculiariter vtitur. Ambrosius sermõe triuij vsus natiuitatem sicut vulgo dicitur appellat in quarto exametron breui atomo exiguoq; momẽto distare natiuitatẽ inopis et potẽtis &c. Alias genitura pro spermate accipitur, de quibus plura scribit Beroaldus. Grabatus media producta apud latinos est lectica seu paruus lectus. Græcista & reliqui ponũt drñam dicentes. Pro gremio grabatũ pro lecto pone grabatũ, sed allucinantur oĩno, ꝙ enim grabbatus significet gremiũ non est lectũ apud idoneos, sed latini scribunt grabbatus per g & producunt mediã, sicut Virg. in moreto. Membra leuat sensim vili demissa grabato, græci cõtra ꝑ κ scribũt & primã producũt, sic κραββατοσ.

Helena media breui pronũciatur, siue sit græcoꝝ meretrix siue sancta Constantini mater, nescio aũt cur indocti hoĩes qui nihil legerunt faciunt drñam inter sanctã & meretricẽ, quo ad nomina dicentes pro meretrice media breui, pro sancta media longa, quasi indignũ ducentes sanctam Helenã nomine meretricis cõtaminare, cũ plures meretrices vocentur Mariæ, plures Catharinæ, plures Barbaræ, plures Otiliæ, similiter plures virgines & probæ mulieres ijsdem nomibus cum nõ nomina, sed res sit inspicienda. Q̃ aũt Helena penultima producta vulgo pronũciant. venit error ex hoc ꝙ penultima acuitur apud græcos sic ελενη. Homilia per h in principio scribendũ est, et per i ante l non e, ita dicendũ homilia nõ homelia penul. breui. Ita scribitur apd' græcos ομιλια quorum hæc dictio est, testis est Ioãnes Crastonus & Nestor Dionysius, & interpretatur apd' latinos homilia colloquium concio & sermocinatio. Nam & apud græcos ομιλεω dicitur cõcionor, colloquor. Itẽ debemus dicere litania nõ letania etiã penul. syllaba longa, vt nõ obscure datur intelligi in græcis, ita em̃ apud græcos scribitur λιτανεια, vnde Hiero. super Zachariã. Holda interpretatur deprecatio dñi, quod gręce significãtius dicit' λιτανευσισ valetq; apud latinos tm̃ quantũ supplicatio. Hippocrates cũ i latino & duplicato p scribitur, fuit medicus insignis, corripitq; penul. syllabã, & non producit, vt vulgo profert, vnde Martia. Os hoĩs mulsum me rogat Hippocrates. Et cõponitur Hippocrates ex ιππου quod est equi, & κρατοσ, id est robur, quasi equi robur, vulgares & indocti scribunt et nominant Hippocras & male. Sic etiam scribunt Galienus, cum docti & scribant & proferant Galenus sine i, fuit & hic Galenus medicorũ pręter Hippocratem fere princeps ex Pergamo Asiæ oppido ortus.

Hieronymus cum aspiratione in principio & i latino, & cum y gręco in penultima syllaba, est & dictio quinq; syllabarũ non quattuor,

vt idiotæ pronũciant. Et valet ex vi noĩs sacrũ nomẽ uel sacra lex. Primæ duæ syllabæ breues sunt, & tertia longa quia per ω mega apud græcos scribitur, sic ιερωνυμος, aliqui faciũt synæresim, vt in illo carmine. O qui Hieronymo satus parentẽ (& quos ego aliqñ imitatus erraui) sed hoc oĩno violentũ, nam o longa est, & i apud græcos nunq̃ est consonãs, adde ꝙ apud latinos teste Prisciano i aspiratũ nunq̃ potest esse consonans. Hic etiã notare licet om̃ia composita ab hieros qd̃ significat sacer, in principio cum i latino aspirato scribi debere, vt Hierarchia non cum g, vt quidam præcipiunt. Hierosolyma uel Hierusalem indeclinabiliter. Angelus Politianus. Tertius aonijs fatur ille Hieronymus vndis. Harmonia q̃ est cõpositio uel concordãtia contra vulgi consuetudinẽ penul. habet correptã, vt Lucret. Harmoniã graij quã dicunt &c. Et Fœlix Capella. Quæ istoꝝ laudes ꝓtulit harmonia.

Humilis proprie apud latinos est ille qui est obscuro & sordido genere vel loco natus, & humilis. i. vilis apud iurisconsultũ. ff. de pœnis. L. Calistratus humiliores & honestiores opponũtur. Iñ humilitas illa obscuritas loci vel generis. Itẽ humilis significat kurtz, sicut procerus gerad vñ hoch, sic humilis hõ ein kurtzer, uel humil̃ arbor, teu. nider.

Herodotus propriũ historiographi cõtra vulgi opinionẽ do syllabã penultimã correptã habet, vnde Ausonius poeta in gręco carmĩe οκτωδον κυδον εννεα ηροδοτον, & sil̃ia propria do corri. vt Theodotus, Zenodotus, Furius Bibaculus. En cor zenodoti en cor crateris

Heraclitus nomen philosophi syllabã cli producit non corripitur, vt vulgus putat, sic em̃ scribitur apud græcos ηρακλειτος. Lucretius Heraclitus init quorum dux prælia primus. simili modo Heraclides i producit, & heraclius. Hurruca non eruca (vt scribit Georgius Valla) paruũ est quoddã reptile q̊d sup̃ brassicas p̃cipue repit corrosurũ folia, teu. raup, p̃ter cæteros aũt etiã Iouianus Pontanus legit eruca, cui paulo pl⁹ tribuo quã Georgio, tu sequere q̊d voles. Hęresis vide in dictione modernus pulchra. Hypocausta dicuntur latine quæ barbari stubas vocant, vide in dictione stuba vel stuppa, qua dictione, ut alibi omisi vtitur iurisconsultus Vlpia. ff. de lega. iij. ligni appellatio, dum inquit, lignis autẽ legatis quod cõburendi causa paratũ est continetur, siue ad balnei calefactionẽ, siue dięta ꝝ hyppocaustorumue, siue ad calcẽ, siue ad aliam rem coquendã solebat vti. Hic nota hyppocausta & balnea distingui per iurisconsul. nota pariter dięta hic optĩe accipi posse pro stuba vulgari vocabulo. Nam diæta est locus cœnatiõis vt dixi, & calefit per ligna, vt hic, ergo stuba dici potest. Horrea nõ tantũ receptacula frumenti, sed etiã aliarum rerum repositoria esse testes sunt eruditi & in primis iuriscõsulti, qui pluribus in locis, et peculi-

ariter in titulo de cõtrahenda emptiõe, horrea frequẽter vsurpant pro repositorio merciũ & rerum prẽcioſarum, & horrrea vini legũtur.

Haſtiludior aris, verbũ eſt vulgo frequens, quod parũ eleganter & vſitate dici & vſurpari credo, haſticos tñ ludos in Caligula Suetonius vocat eos qui haſtis conficiũtur. Eſt aũt decurſoriũ locus vbi fiunt illi ludi haſtici, & decurrere, ẽ illa torneamẽta (vt cũ vulgo loq̃r) exercere.

nosocomion Hoſpitale vulgo vocatur quod eleganter & græce Noſocomion appellaẽ, hoc eſt domiciliũ languentiũ, quo ægrotãtes aluntur. Hiero. in epitaphio Fabiolæ dicit, primo oĩm νοσοκωμιον noſocomion. i. languentiũ villam inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & cõſumpta languoribus, atq; inedia miſeroꝝ membra refoueret, νοσιμος noſimos em̃ .i. ægrotus, & Noſematicus valetudinarius dicitur, vnde perperã legitur in autẽtica de ſanctiſ. epiſcopis collatione. ix. ita. Sed nec xenochiũ, aut noſachomiũ, aut protochiũ, aut alium quẽlibet venerabilis domus gubernatorẽ &c. ita em̃ legendũ eſt, xenodochiũ per x ſiue ξενοδοκειον per κ noſocomiũ, aut ptochodochiũ. Et cum Accurſius taceat, tu ita interpretare. Noſocomiũ quid ſit diximus. Ptochodochium aũt dicitur vulgo hoſpitale mendicoꝝ, πτωχος ptochus em̃ mendicus dicitur, & dochiũ δοχειον domus vel receptaculũ XENodochium aũt eſt locus publicus q̃ peregrini & hoſpites hoſpitaliter recipiũtur. Xenos em̃ hoſpes dicitur, & dochion receptatulũ, & penul. longa eſt in illa & præcedẽte dictione. Hiero. vt ſupra, xenodochiũ in portu Romano ſitum totus pariter mũdus audiuit. Hic obiter nota XENia eſſe munera hoſpitalia nõ exenia, vt vulgo proferẽ. Inde etiã xenoparachiui dicũtur illi qui iuſſu decurionũ & prouincialium domo legatos externos ſuſcipiebãt, & hoc nomen inditũ, ꝙ peculiari pompa Romæ ſuſcipiebãtur ipſi græci, de quibus mentionẽ facit Archadius iuriſconſul. ff. de muneribus & honoribus. Item orphanotrophiũ dicitur vulgo hoſpitale pupilloꝝ & eorũ qui vtroq; parente orbati ſunt, ορφανος em̃ pupillus, & τροφη educatio eſt. Itẽ brephotrophium dicitur vulgo hoſpitale paruuloꝝ, quibus infantes expoſiticij alũtur, βρεφος Brephos em̃ latine infans dicitur, et τροφη trophe educatio. Sicut etiam Hierocomion locus eſt in quo leproſi alũtur, hoc eſt domus leproſoꝝ Hiera græce lepra dicit latine, & κωμη villa, de quibus & plura C. de ſacro, eccle. vbi perperam oĩa leguntur itẽ ccxxxix. viij. ca. tributũ. Iacobus propriũ nomen mediã producit nõ corripit, vt vulgus enũciat, & ex propria natura ſyllabaꝝ quattuor ẽ. Claudianus. Ne laceres verſus dux Iacobe meos, vehementer hoc in loco errauit Gallus Alexander qui dicit. Dalida Sampſonis Iacobiq; Maria Iacobus em̃ media longa eſt, & ego apud eruditiores non Sampſon

sed sanson vel samson lego. Itē Dalila nō dalida. Sic ēm nuper in quō dam uetustissimo exemplari sctī Ambrosij inueni, ad Vigiliū epi. lxx. Et ita etiā ponit diuus Hieronym. in interpretationibus hebraicarū dictiōnū dicens. Dalila interpretatur paupercula vel situla. Iniurior. aris, quanq; vulgo vsitatissimū sit vocabulū, apud idoneos tñ nunq; legi

Iocundus & iucūdus differunt. Nam primū a ioco dicitur, hoc est homo iocosus & corripit primā. Iucundus a iuuo dicitur, et est homo cuius cōsuetudine & moribus delectamur, qui sine ioco esse potest, & cuius p̄sentia nos iuuat. i. delectat, & cōtra naturā primitiui prima producitur. Inde legendū in sacris literis. Iucundus homo nō iocundus.

Indulgere, vt Valla dicit est cōcedere, & vt sic dicā obsequenter deli cateq; tribuere, & vt Seruius dicit, quoties voluptati operā damus indulgere dicimus. Inde indulgētia est illa mollis educatio, & vt ita dicā obsequētia, vt Macrobius. sed indulgētia tam fortunæ, q̄ patris abutebatur. Literatores aūt vulgo indulgentiā accipiunt pro venia dicētes, Indulgentiā tibi deus tribuat, vel deus tibi indulgeat, q̄d quis negat dici non latine: vt dicit Valla. Dicendum ēm erat deus tibi veniā donet, quare male errat Græcista dicēs. Fas tibi sit venia peccato nō præeunte Quod si p̄cedat solet indulgentia dici, non tñ oīno sine auctore indulgentia pro venia accipitur. Ita ēm accipit Iulius Capitolinus in Antonino Pio, dicens. His quos Hadrianus dānauerat in senatu indulgentias petijt, & post. ad indulgētias pro nissimus fuit. Est ēm venia remissio culpæ, vt peccaui & veniā peto. Venia tñ pro indulgentia ponitur & non ecōtrario. Cic. pro Archia, dabitis mihi hanc veniā. Hic & hæc INSIGnis & hoc insigne, quid sit notū est, habet in plurali nūero insignia insignibus non insignijs, ut imperiti vtūtur, dicentes ille insignijs magistralibus est decoratus. Sene. in decla. nō aliud Codrus cæteris imperatoribus dedit exemplū quam q̄d positis insignibus imperatoris ad mortē cucurrit. Et Cæsar lib. pri. de Gallico bello. Confidius dicit id se gallicis armis, atq; insignibus cognouisse. Accipitur aut ē insigne pro eo quod vulgo dicūt arma & scuta nobilitatis vel stirpis, sicut etiam Virgilius accipere videtur in vij. loquēs de Auentino. Pulcher Auentinus clypeoq; insigne paternū, græce dicitur apophragisma qua dictione Plinius in epistolis utitur. Dicitur itē apud latinos, ius stirpis, ius gentilitatis, & insignia gētilicia. Infernus. a. um. i. pertinēs ad inferos &c. Substantiue ēm, vt dicit Philelphus apud latinæ linguæ eruditissimos nunq; inuenies, & sic in symbolo apostolorū legendū est, descendit ad inferos, & non descendit ad inferna. At vt verū fatear etiā contrariū reperitur. Claudia. Mugitus ab alto redditus inferno, & Fulgentius dicit qualiter & ad infernū descenderit. Cic. in Arato. Conuexoq;

sinu subiens inferna leonis,& Corne. Ta.li.xxi.loquēs de Iudæis,eadē q; cura et de infernis,& persuasio cœlestiū. Lactātius sæpe & p̄sertim in carmine paschali. Qua deus infernū vicit & astra tenet,& Apu.de deo Socratis. Mallē tñ ego dicere apud inferos,quā apud infernū uel apud inferna,male em̄ ita dicitur nisi intelligatur substantiuū,vt inferna scilicet loca uel simile. Imaginor.aris,q̄d nuper præcipit quidā non esse latinum nunq; memini me legisse apud Ciceronē & eius æquales. At apud iuniorem Plinium in epist.sæpe,& apud Apuleiū de asino,pestiferos imaginaris amplexus & apud Quintilia.in xij.& tantū oratorem imaginatur ac frugi,vnde nemo iure repræhēdere potest. Industriōsus & serios⁹ scribit Laurenti. Valla non dici,sed industrius et serius ab industria & serio. Cice.in v.tuscula. Summā fuisse eius inuictu temperantiā in rebusq; gerendis virum & acrem & industriū,at si exemplar non est corruptū & mendosum. Vale. Maxi. habet industrios⁹ lib.iij.cap.iiij. loquens de Tarquinio Prisco. Cæterū tam prosperum conditionis suæ euentū industriosum pro inuidioso,glorioſum pro inuiso reddidit. Incidenter & incidētaliter non sunt vocabula digna oratoribus,& his qui scribunt epistolas,hoc tamē testabor me dixisse de oratoribus,& his qui sunt emunctæ latinitatis,plura em̄ vocabula prope barbara & penitus sordida conceduntur grāmaticis & dialecticis,quoniam in infimo & vulgatissimo orationis genere versantur, quæ non oratoribus & his qui volunt & esse & haberi latini. Et vos vbi dicitis incidenter vel incidentaliter,latini dicūt obiter,vt in suo loco dicemus. Illigare & nō inligare,vt indocti dicunt,teu.einbinden apud doctos tamē lego religare sæpius pro eodē, nec memini me legisse illigaſ,apud iurisconsultos tamē libri dicuntur cōglutinati quos nos religatos dicimus,vt.ff.de legatis tertio.l.librorum.§.sed præscripti libri. Ioannes sine aspiratiōe h est tetrasyllaba dictio prima i breuis secunda o longa contra omniū recentiorum morem,qui o corripiunt perperā. Male ergo Fortunatus dixit. Præcipuū meritis ephesus veneranda Ioannē. Male Sedulius,& male si auctor est vt vulgo credimus Paulus longobardus historicus in hymno. Vt quæāt laxis &c. in adonico,sancte Ioannes,hunc tamen hymnū noster Albertus magnus diuo Hieronymo ascribit. Male & nostri germani,ita enim dicit Hermolaus barbarus vir æuo nostro doctissimus. Est & in Ioanne quē græci Carithonymon interpretātur litera o longa ὠμέγα, quo noīe vtuntur Iosephus,& Cornelius Ta.& L.Apuleius,ipse tamē Sidoni⁹ Apollinaris breuē facit eam syllabā. Qua nunc Helyas nunc te iubet ire Ioannes. Non sic Iuuēcus poeta,non sic alij poetæ Christiani de receptis loquor. de qua dictiōe loquitur Pontanus,Ioānes quoq; et

Ioacin q̃ Iudęa sunt, aspirationẽ non habẽt ante a apud gręcos, et alibi Iosephus, Ioãnes, Ioacin, in quibus i vocalis est, non consonãs, apud græcos aspiratiõe carent, qua tanto magis carebũt apud nos si primã literã consonantẽ fecerimus. Apud hebræos Ioannes dicitur aspirationem habere, mutata tamẽ paulũ literatura. Ioanan em̃ apud illos vocatur, & quia abundãt aspirationibus hebræi, etiã Iesus dicuntur mutatis etiã literis aspirare, quod non fit apud græcos. Ius gentilitium vocatur id quod vulgo dicunt ius patronatus. Et sancti tutelares qui patroni vulgo dicũtur. Induciæ, arũ pluralis numeri tantũ, est securitas præstita hoĩbus & rebus ad tẽpus, bello nondũ finito, teut. frid in eim krieg, intellige ad tempus aliquod data, vbi indocti dicũt Treuga illiterato vocabulo. Q. si hoc in canonibus sacris reperies, non ob id mundũ est vocabulũ. Sunt em̃ scripti canones maxĩe eo tẽpore quando corrupta erat latina lingua per influxionẽ gotthoꝝ, et tunc forsan loquendũ erat secundum viuentiũ qualitates, qui om̃es Romanæ linguæ barbariẽ miscebant, quapropter si quãdo canones (vt ipsi dicũt) aberrauerint a proprietate cultioris sermonis, imputabimus tempoꝝ iniuriæ, non sanctis patribus, qui om̃i sanctitate & vitæ puritate claruerunt, simul & splendore scientiaꝝ mirifico, inter cæteros tamen liber decretoꝝ magis placet. Induciari autem quo quidam vtuntur pro eo quod est morari & differre, est in ore illorũ qui latinæ linguæ bellum indixerunt. Intimare verbum quo vtitur Solinus, Apuleius, Fœlix Capella, Iulius Capitolinus, Aelius Spartianus, Iulius Firmicus, Diomedes grãmaticus & quidam alij nunq̃ legi apud vetustiores, quod quã elegans sit viderint hi quoꝝ in ore tam frequens est. Ego em̃ nec damno vti quidã, ꝙ tanti viri sint illo vsi, nec item vetustũ existimo:

Inimicor. aris, verbũ est grãmaticum, quod nunq̃ apud elegantes legi, sed inimicare quod signi. inimicũ facere, vt apud Hor. Et miseras inimicat vrbes. Inuehor verbũ deponentale & non passiuũ huius verbi inueho, vt dicit Nicolaus Perottus Sipõtinus pontifex qñ significat teste Nonio increpare, vel maledictis aggredi. Errant igitur vehementer qui inueho actiua voce vsurpant pro increpare & maledictis inuadere, inter quos est Philelphus, qui bis in Satyris peccauit, primo hecatosticha octaua. Prodigus in tristẽ ostendit lætus auarũ. Alter in effusos luxus vitãq; proteruã. Inuehit. Itẽ alibi, Inuehit in fratrẽ quod viderit ore diserto. Est igitur vt sæpius dicã inuehor deponentale non actiuum qñ significat increpare. Vnde Cic. in lib. de oratore. Cũ igitur vehemẽtius inueheret in causam principũ consul Philippus. Idem li. iij. ad Cæsarẽ, itaq; in eam Pansa vehemẽter inuectus. s. Hiero. in epistola ad Riparium presbyterum. Tacita forsan me cogitatione repręn

hendis, cur in absentē inuehar. Idem contra Ruffinū, lectis literis prudentię tuæ quibus in me inueheris. Caper grāmaticus dicit inuehor & iocor in Macrū. Et Pedianus, inuectus sit in Ciceronē, & Diomedes inuehor in hoīem æmulū & inuectus sum. Ita oēs latini scriptitarunt, de vere latinis intelligo. Quintilia. in ȳ. li. sed in illud hoīm genus q̄d facilitate dicendi male vtebatur inuectus est. Inueho aūt actiuū est compositū ab in & veho, & significat quasi intro veho, vñ Tertulianus contra gentes ca. xxx. Cœlū denicq; debellet impator, cœlū captiuū triumpho suo inuehat. Inde inuehor eius passiuū. i. vehor. Virg. lib. v. ænei, Centauro inuehitur magna. Peccauit igitur nuper quidā non mediocriter in dialogo quodā, uel ut ipse inscripsit comœdia, ita scribens, comici quoq; poetæ seueriſſime in uitia inuehūt, debebat em̄ scripsisse inuehūtur. vt ostendimus. Indusiū, vt dicit Nonius, est vestimentum quod corpori intra plurimas vestes adhæret, quasi intusiū vulgo camisiā vocant, quā dictionem nusq; inueni apud idoneos scriptores. Et idē interula quod indusiū. Inde dicitur indusiatus. i. indusio indutus.

Itineror. aris, est iter facere, quo verbo vtitur Apuleius, & quidā recētiores, latinius tñ & melius diceretur iter ingredi vel iter facere, est em̄ penitus grāmaticum verbū. Sicut & viare quo Ambrosius & alij ecclesiastici vtūtur, & viantes apud Apuleiū, Sidonium et alios recentiores pro viatoribus vsurpatur. Sed viaticari est viaticū parare, quod apud Plautū inuenitur a viatico descendēs. Est aūt viaticū quod itineris causa paratum est, & a græcis ἐφόδιον ephodion dicitur, a viatico viaticulū dicitur. Vasa aūt viatoria sunt q̄ apud Plinīū reperiūtur quibus vtūtur viatores pro ferendo potu. Et odœporicon græce dicitur, quod vulgo itinerariū vocant, sic scribitur ὁδοιπορικόν. Idioma quō scribendum & quid signi. similiter idiota vide in dictione verna.

Insolēs nostri grāmatistę accipiūt pro nō modesto, teu. vnbescheiden, & insolentiā pro immodestia, sed male, & nulla auctoritate sufful ti, nisi forsan barbarica. Insolens em̄ significat vel nō solens vulgo vngevuon. Teren. in Andria, quid tu athenas tam insolēs. Itē insolens. i. impudēs superbus & audax, & quo vulgo vtimur p̄ sumptuosus, teu. stoltz, vbermietig, mutvuillig dicitur, & vt Seneca dicit nihil aliud est insolentia quā species magnitudinis falsæ. Cice. de senect. Nec certe verendū ne vera prædicās de se nimis videatur, aut insolens, aut loquax. Iulius Frontinus lib. i. Fabius Maximus aduersus Hannibalē successibus prælioq; insolentē. Ambro. in epist. ad Vigilīū. Verū quod facile vsu venit insolens rerū secundarū animus, de quibus rebus lege Nonium Marc. Inchoare quid sit notū est & actō iungitur, vt Diomedes grāmaticus tradit. Venitq; a chao. i. initio rerū, si credimus Acroni

grāmatico, q̄uis a cohum.i. mundū venire alij dicant, & sic scribatur Inchoare, inter quos est & Sueto. Tranquillus, vt Iunianus scripsit, cū igitur sit actiuę significationis regit post se actm̄, vt Virg. vi. æne. Tum stygio regi nocturnas inchoat aras. Et in georgi. Te sine nil altū mens inchoat, non tn̄ semper. Claudianus. Infandis iterū terras accidere bellis. Inchoat. Luca. Longis Cæsar producere noctē Inchoat alloquijs. Ideo minus bene Galeottum corripit Georgius Merula, licet in prosa oratione nunquā legerim. Index latine dicitur vbi imperiti dicunt registrum vel tabula, vel repertorium, vel directorium. Indicare item præter vulgatam significationē significat etiam æstimare & præcium rei dicere, teut. bieten, & est vendentis, sicut liceri feilsen, emptoris. Plautus in au. venio ad macellum rogito pisces indicent caras. Cicero. iij. officio. Cum postulasset, vt sibi fundus cuius emptor erat semel indicaretur. COMmentariū item dicimus cum res nostras nudis verbis rescribimus quod vulgo registrum vocant. Infatuatę mulieres non sunt proprie stultæ & fatuæ, sed quæ vel a Fauno vel malignis spiritibus agitantur. Et similiter infatuati viri quos vulgus nominat spiritu plenos vel obsessos, vel dæmoniacos, vel arreptitios, teutoni. besessen mit dem bosen geist, qui latine etiam laruati vel ceriti dicūtur, vt suo loco dicam. Infatuare tamē significat facere fatuū. Sene. epistolx. cum pro sua quenq̄ portione adulatio infatuat. Dæmoniacos illos & habentes dæmonem græci vocant δαιμωνοφορητους.

Imitari & sequi differunt. Imitari em̄ ad facta, dicta, moresq̄ aliorum refertur. Sequi vero ad personā & ad corpus, vt non recte dicitur, tu præcedis et ego te imitor, sed potius sequor. Imitari enim nunq̄ pro sequi ponitur. Sed tamē sequi pro imitari, vt Tullij filius non est secutus patrem. Isidorus per i latinū sine aspiratione scribitur, & penultima longa pronunciari debet. Auctor est vobis satis notus.

Iesus scribitur cum i latino sine aspiratiōe apud græcos, & est trium syllabarum, prima i corripitur, secunda e producitur, & vltima etiam producitur us. Sic enim scribitur apud græcos ιησους. Et Iesus in hebræo, vt dicit Hieronymus in græco Soter, in latino saluator dicitur. Sic Christus græce, Messias hebraice, vnctus latine dicitur. Est autem trium syllabarū, vt multis placet ob diuinam trinitatem repræsentandam, vnde Iuuēcus optime seruauit quantitatē dicens Inde Galilæam repetit saluator Iesus, at sine illa ratione quam ego nihili facio. Iesus est trium syllabaꝝ quia cum sic scribatur a græcis i litera per se syllabam facit, nunq̄ enim apud græcos i transit in consonantē, ergo Ioannes, Hieronymus, Iacobus, Ioseph, & similia oīa faciunt i in principio per se sonare, & syllabā propriam facere, nisi apud poetas in carmine tm̄

synæresis fiat. Hic errauit Alexander Gal. dicens. Dat Iesus um quarto, quem tñ in prima parte sui opis sine cõmentarioꝝ meandris nõ inutilem censeo, dũmodo modũ faciamus, nec sp̄ immoremur, & tanquã apud sirenios scopulos cõsenescamus. Scd'am aũt partem eiusdẽ penitus inutilẽ censeo adolescentibus, pestiferũq; virus, quippe q̃ nihil in se contineat q̊d scire dignũ sit, vt tota dicatur merito impedimentũ studiorum. Tertia autẽ pars imperfectissime tradit quantitates, hoc est cur nos germani facile peccemus in syllabaꝝ quantitatibus, nimiũ confisi Alexandro, cum in alijs multis, tum etiã in hac dictione Iesus, nam e & us producit non corripit. Iosephus penul. produ. debet proferri, vt Iuuẽcus poeta. Vrgetur monitus Mariã puerumq; Iosephus. Nam teste Prisciano. Nomia barbara in fine accentũ detinentia more latino declinata accentũ ipsum retinẽt, & penul. producunt syllabã, vt ab Adam adamus. ab Abraham abrahamus. Idolũ cum i latino initio scribitur, et est media longa contra vulgi consuetudinẽ, scribitur enim per ω mega apud græcos, hoc est o longũ, similiter & prima longa, quia per ει diphthongon scribitur. Quod intelligerẽ potes ex hoc carmine græco Sibyllæ, vt allegat Lactantius meus lib. i. insti. cap. xi. δαιμονασ αψυχουσ νεκυων ειδωλα καμοντων. Quare errat Alexander gallus dicens. Idola dicta dei. Et alibi. Idola dic longũ, & multi alij cũ eo delirãt. Inde ab idolũ & latria quæ est seruitus, venit idololatria dictio hexasyllaba penul. longa, sic em̃ scribitur, λατρεια per ϙ diphthongon, nõ idolatria sicut literatores dicũt. Inde etiã venit idolothytus, & dicitur latine ĩmolatus idolo, vt in Apocalypsis iij. ca. fornicari & mãducare de idolothytis, & in pri. epist. ad Corin. nõne conscientia eius cum sit infirma ædificabitur ad comedendũ idolothyta, ειδωλοθυτον, id est idolis ĩmolatum. Iunior cõparatiuus venit, vt ait Cornut⁹ a Iune. Iunis em̃ inquit & iune minor iuuene dicitur, vnde iunior ideo primã quoq; syllabã produ. Inde iunix iunicis. Sunt autẽ iunices ætate virides vaccæ. Sed iuuenis habet iuuenior Calphurnius. Sum quoq; iuuenior &c. Et Columel. de apibus loquens, illis quidã incommodo quod iuueniori examini accipere solet. Et Plini. ad Arianum, quod sacerdotium idem & consulatũ multo etiam iuuenior q̃ ille.

Iuuencus iuuẽca non tantũ bos dicitur, sed etiã homo iuuenis, teste Porphirione grãmatico. Inde iuuenculus & iuuencula. Horati. Te suis matres metuũt iuuencis. Te senes parci miseræq; nuper. Virgines nuptæ &c. quapropter cedat indoctissimus grammaticaster, qui carmen hoc nostrum in funere cuiusdã mulierculæ reprehendere conatus est. Nanq; iuuenca fui & multis mea forma placebat, dicens iuuencã esse bouem, sed turpiter conuictus est. In partẽ bonam accipio hoc, vel

in partẽ deteriorẽ latine dicitur, ꝙuis nuper quidã barbare dici ſcriptũ reliquerit. Cic. pro Roſcio. quæſo Eruci, vt hoc in bonã partẽ accipias Et alibi, videte nunc quã verſa & mutata in peiorẽ partem ſint oĩa. Idem pro Archia, ea iudices a vobis ſpero eſſe in bonã partẽ accepta. Et Terent. in Andria, ipſum animũ ægrotũ plærunq; ad deteriorem partem applicant. Iuriſta latinũ non eſt, ſed iuriſconſultus, vel iuriſperitus, vel leguleius, nec bene dicimus, vt tradit Geor. Valla iureconſultus, vel iureperitus, ſed iuriſconſultus, iuriſperitus. Et hoc dictũ Georgij ego approbo, ſi apud Ciceronẽ in oratione pro murena Iuriſconſultoꝝ nõ iure conſultoꝝ legatur, vbi ſic inquit. Nam cũ per multa præclare legibus eſſent cõſtituta, ea iureconſultoꝝ ingenijs plæraq; corrupta ac deprauata ſunt, ubi ego iuriſconſultoꝝ ſubſtituerim, non eñ dicimus peritus vel conſultus grãmatica vel rhetorica, ſic nec conſultus iure vel peritus iure, ſed in iure, credo igitur deprauatã eſſe lectionem. At ubi obiter tangã rem a priſcis iuriſperitis inauditam, neſcio rideam ne an ſtomacher, cum Lauren. Vallen. in leguleios noſtri temporis qui quotieſcunq; Pauli Vlpiani aliorumq; teſtimoniũ aſſumũt legẽ nominant, vbi caput dicere deberent, cũ longe ſit aliud legẽ eſſe, & habere vim legis, quodq; deformius eſt vnã legem in plures leges partiũtur, verbi gratia ad legẽ Aquiliam vel Corneliã, uel Iuliam &c. quoties Scęuola, quoties Paulus uel Papinianus aliuſue quis loquitur, etiã ſi bina verba & quidẽ a ſupioribus dependẽtia, toties nouã legem appellitant, non ab aliquo legiſlatore vnã legem, ſed ab infinitis interpretibus legũ infinitas leges eſſe iudicãtes, ꝙd ſi velint imitari oẽm antiquitatẽ, & latinæ linguæ grauiſſimos auctores, vbi iuriſconſultorum verba allegãtes legem appellãt, caput dicendũ inueniẽt. Aulus Gellius noſter lib. ij. ca. xv. Sic capite vi. legis Iuliæ Suetonius dicit, capite legis Papiæ. Plinius Cecilius Valeriano ſuo, recitauit capita legũ. Et Pedia. proprie iuris capita dicunt. Iuſtinianus non leges, ſed verſus appellat. C. de. ve. iure enucleando. Iuuo, as, are. & adiuuare non ſolum regit actũ, vt præcipiunt grãmatiſtæ, ſed & quod rarũ eſt dtm̃. Plautus in Ciſtellaria, quãdo ita tibi iuuat. Et adiuuare apud Gelliũ lib. ij. ca. xxix: regit datiuũ cum accuſatiuo, ita eñ inquit, & roges veniant, operamq; mutuam dent & meſſem hanc nobis adiuuent. Inſtantia, vt dicit Valla in Raudenſem non eſt probatum vocabulum, quo tamen vtitur Apuleius de aſino, coætaneum & contubernalem eadem numinis præmebat inſtantia, & Gellius lib. viij. cap. xij. Et Martianus. ff. de libellis dimiſſorijs, & eodem Augu. libro ij. cap. vij. Inſtar iuxta ſentẽtiam Vallæ ſignificat ad æquiparationẽ uel ad menſuram, aut vt dicit Perottus, & ante eum Seruius inſtar, id eſt ad ſimilitudinẽ ſtatus,

ſūt conditionis. Et ut dicit Beroaldus inſtar, id eſt ad imaginē. Suetonii locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus et cellæ penariæ inſtar. Et vt idem Beroaldus dicit, Laurentius Valla moroſe nimium contendit reprehendere Seruiū ſignificatione inſtar, priſci igitur & eloquentes & recepti in eloquētia dicunt inſtar non ad inſtar. Sunt tamen quidā recentiores qui ſic ad inſtar dicūt, ſicut Apuleius & Solinus ſæpius. Item Iuſtinus & Aurelius, primus aūt Serenus, ad inſtar ſcripſiſſe memoratur. Ab inſtar uenit verbum inſtaurare quod ſignifi. nouare, vnde Macrobius lib. ſaturnali. i. inſtaurare. Varro ait eſſe inſtar nouare, reſtaurare autē barbarum eſt, vt dicit Sulpitius Verulanus, quia ſicut reſtar non dicimus, ita nec reſtaurare. Luxuria apud eruditos dicit Beroaldus fere nunq; ſigni. venereā libidinem, ſed immodicā profuſionē & luxum exuberantē, velut Valla dicit verboꝝ veſtiumq; & quæ ſunt id genus delicatior, ac ſumptuoſior cura, vnde et Cice. i. offi. aperte diſtinguit luxuriā a libidine, dicens. luxuria cum omni ætate ſit turpis, ſenectuti fœdiſſima eſt. Poſtea addit, ſin aūt etiam libidinū intēperantia acceſſerit, duplex malū eſt. Et Paulꝰ Oroſius li. i. ex abundātia ēm luxuria, ex luxuria fœdę libidines adoleuere. Et Lactan. li. vi. ca. vij. Alia via ducit luxurioſos, alia eos qui frugi appellātur, alia imperitos alia doctos, alia inertes, alia ſtrenuos. Et Iuſtinus in ix. loquēs de Alexandro. frugalitati pater luxurię magis filius deditus. Sed quid opus eſt id auctoritatibus cōfirmare idoneis: cum ſcriptoꝝ plena ſint omia, vt idem dicit Beroaldus, apud eccleſiaſticos, aliquādo reperies luxuriam iam accipi pro libidine, ſed qui ſignate & pure locuti ſunt in ea ſignificatione acceperunt quā tradidimus. Et idem ſignificat luxurio, quod vel vnius Virgilij teſtimonio manifeſtariū eſt. Luxuriatq; toris animoſum pectus. Et alibi. Luxuriā ſegetum tenera depaſcit in herba.

Lactariū opus eſt vel lactaria dicūtur q̄ a noſtris minus latine lactīcinia noīantur, ita ēm dicit Hermolaus barbarus, oēs qui lacticinia id genus modo appellāt, barbara & vulgari voce vtūtur, nec quod nomen id in quodā Hieronymi libello inuenias argumēto ſit receptum id a doctis, alioquī non conſtat Hieronymi ſit nec ne illud opus.

Labrū & labium nihil differunt, licet quidā inter quos Græciſta eſt anxiā & inutilem faciāt differentiā, inde labioſus non labinoſus. Item labiū & labia æ, fœmi. gene. pro eodem. K litera apud latinos ſuperflua iudicatur teſte Hierony. nihil ēm cum ea ſcribimus apud latinos, ne græcas quidē dictiones niſi kalendas. Martia. Capella addit, capita & calumnias per k ſcribi, hoc tamen hodie ceſſit abuſu, adeo vt nihil faciat, niſi q̄ maneat in numero literarum, vt dicit Quintilianus.

Longobardia regio eſt Galliæ ciſalpinæ non lombardia. Ergo ma-

le ſcribunt, Hiſtoria lompartica uel lombartica, ſed longobardica.

Lychni penſiles dicũtur quos vulgo lãpades vocamus, vel ut Hermolaus barbarus dicit Lychnuchi, quaſi lucerniferi dicũtur apud nos teu. die ampeln die in der kirchen, oder anderſwuo brinnẽ, vnde Plin. lib. xxxiiij. ca. iij. placuere & lychni penſiles in delubris arbore modo mala ferentiũ lucentes, lychnus græce lucerna latine dicitur. Caue autẽ ne dicas lampas, quoniã vulgo ita loquuntur, dicit Perottus. Eſt enim lampas λαμπας, vt interpretatur Ioãnes Craſtonus idem quod fax Plini. ij. lib. natu. hiſto. ca. xxvi. lampades vocant plane faces. Raphael aũt regius dicit lampas eſſe generale vocabulum oĩm eorum quæ accenſa lucent, ergo id quod ardet non quod ardentẽ materiã continet, dicitur lampas. Ludus, vt teſtatur Aſconius Pedianus, dicitur oĩs, ſchola, hoc eſt omnis locus vbi exercemur, ſiue corpore, ſiue animo vt ludus palæſtritarũ, teuto. fechtſchul, ludus literarum vbi docemur literas. Inde ludi magiſter dicitur, qui primas literas docet, non ſcholaſticus, vt dicunt indocti, de qua re alias diximus. Litania non letania, vide in dictione Homilia de h. Lantzmannus non eſt latinum, quære in dictione verna. Lebes, etis. penultima longa, vnde Virgil. v. ænei. Tertia dona facit geminoſq; ex ære lebetes. A Virgilio, vt hic, & ab Ouidio in epiſt. Viginti fuluos oporoſo ex ære lebetes. ponitur lebes in maſculino genere, ab Hierony. autem fœminino, dicit enim in Ezechiele cap. xi. hæc eſt lebes, vos autẽ carnes &c, ſignificat autẽ lebes non vt vulgo accipiunt, teuto. ein tigel, ſed eſt vas æneum interdum coquinariũ, ſed ut dicit Seruius, apud Homerũ vbi ſcribit lebetas miſſos eſſe Achilli, Iliados li. i. accipitur pro vaſe in quod aqua cadit, dum manus abluũtur, ein handtbeckin. Ouidi. Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes. Libraria a noſtris dicitur id quod a græcis bibliotheca, aut locus & officina librorũ, quã ego dictionem apud Aul. Gelli. in v. libinueni cap. iiij. ſic inquientẽ. Apud ſigillaria forte in libraria, ego & L. Paulus poeta vir memoria noſtra doctiſſimus cõſederamus, debet autẽ penulti. ſyllaba correpta pronũciari, quia dictio latina, contra noſtrorũ conſuetudinem. Legitimus per ſimplex t ſcribitur cõtra morem indoctorum, Ouidius in epiſtola. Pectora legitimus caſta momordit amor. Leuare ſignificat liberare, & leue facere, teut. vbertragen oder erloſen, oder leicht machen, ſignificat & alia grãmatiſtæ autem dicunt alleuiare. Nec item quo etiã indocti vtuntur. Supportare receptum eſt in hac ſignificatione, vt barbari dicunt, ego ſum ſupportatus iſtis laboribus, hoc eſt leuatus & liberatus, nec ego vſq; legi, nec item terſe & latine dicimus, loquor cum ſupportatione, id eſt venia, ut ſolent crebro theologi. At q; Vale, dicit lib. v. ſolatijs magis alleuian-

dus ꝙ onerandus cladibus, contenderim corrupte legi, & non legi debere alleuiandus, sed alleuandus. Lucia nomen virginis sanctæ, penultima, debet correpta enunciari, non longa, vt vulgo profertur. Philelphus in Saty. Si saperes num forte times ne Lucia pellex. Anto. Panormita. Me mea senensis Lucia nympha capit.

Latinus latinior latinissimus dicimus. Sunt autem qui pertinaciter defendũt non dici latinior, nec latinissimus, quia sicut nõ dicimus grẽcus græcior grẽcissimus, nec italus italior italissimus, nec sueuus sueuior, issimus, sic nec latinior, quã dubitatiõem. Seruius super Donatum soluit dicens. Vtrũ latinior diceretur, quod tunc dicitur cum pro diserto ponitur, vt sit latinior quomodo disertior. Cum autẽ gentem significat non potest comparari &c. Dicunt aliqui Romanus romanior, & Plautus in penulo. Nullus me est pœnus punior. Luscus dicitur qui altero oculo caret sicut Hannibal. Idem Cocles, vnde Seruius grammaticus super viij. æneid. dicit. Nam luscos coclites dixerunt antiqui, Vnde & Cyclopas Coclitas legimus dictos, ꝙ vnum oculum habuisse perhibentur. Iuuenalis Saty. x. Cum getula ducem portaret belua luscum, STrabo autem dicitur is qui oculis in obliquũ respicit, teu. einschiller. Et non deducitur a sterno, is. vt alucinatur Hugutio, sed a ϛρέφω strepho, quod est verto descendit, quare hic ineptit Eberhardus græcista, quem vulgus grammatistarum sequitur. Cum dicit. Obliquum visum gestans homo strabo vocatur. Dicitur & luscus qui videt idꝙ parum. In dictione enim luscus errauit.

DE QVIBVSDAM DICTIONIBVS TANTVMMODO in prosa orõne breuiter enũciandis, cõtra vulgi opinionẽ.

Constans est & iam inueterata opinio grãmaticorum penulti. syllabas sequentiũ dictionũ posse efferri vel longas, uel breues sine vllo discrimine, vt pronũcianti libeat, scilicet chiragra, funebris. Hora. in epi. Ira truces inimicitias et funebre bellũ, latebræ, tenebrę, volucres, podagra, cerebrũ, celebris, muliebris, mulcebris, scatebrę, terebrę, triquetrus palpebræ, illecebræ, vertebrũ, lugubris, pheretrũ, pharetra, cathedra, pyretrũ, baratrũ, colubri, celebris, peregre, vel quaslibet alias vocales natura breues, quas sequitur muta cum liquida, easdẽ posse produci, vel corripi, in prosa oratiõe, uel in carmine. Ego aũt has oẽs dictiones & similes in soluta oratiõe debere breui vocali ante mutã & liquidam enũciari volo, nõ longa, ꝙd tradit & Diomedes grãmaticus dicẽs. Huius aũt pedis si penul. positiõe longa ita fuerit, vt excipiat tam ex muta ꝙ ex liquida, accẽtus tranffertur ad tertiã ab vltima, ut tenebrę, latebrę et ꝙd non obscure videtur velle Quintilia. in. i. instit. orato. lib. his ver-

bis. Euenit vt metri quoq; cõditio mutet accentũ, vt Pecudes pictæq; volucres. Nam volucres media acuta legã, quia & si natura breuis, tñ positione longa est, ne faciat iambũ, quem nõ recipit versus heroicus. Quid aliud vult sibi Quintilianus, q; q volucres, tenebræ & supradictæ dictiões penultima breui debeãt enunciari, nisi carmẽ astringat in aliam quantitatẽ. Sunt igitur hæ dictiões & similes, in metro cõmunes & indifferentes, in soluta oratione tantũ modo breues. Lanista non est carnifex vel lanius, vt inepte tradit Catholicõ, sed dicitur ille qui ad gladiatoriam homines instituebat, quo eos venderet facilius.

Lanius est qui carnes venditat populo, teutoni. ein metzger. Q; q eas concidat, lanietq; lanius dictus. Plautus in captiuis. Dij immortales, vt ego calles pertruncabo tergoribus, pernis pestis quãta veniet, quãta labes larido, quanta suminũ absumendo, quãta collo calamitas quãta lanijs lassitudo, quãta porcinarijs. Lanarius autẽ est qui lanas curat. Plautus in Aulularia, stat fuso phrygio aurifex lanarius.

Licentia est impunita quædã facultas agendi quid velis. Cice. Sæpe delibere dictis ac factis loquitur, & de licẽtia Clodiorũ quæritur. Quintilia. et q̃ in alijs inquit libertas est, in alijs licentia vocatur. Hora. iij. car. Indomitã audeat Refrenare licentiã vrbium. Licentia eñ semp fere in malũ capitur, nisi apud ecclesiasticos scriptores, & alios nõnullos. Igitur non dicas da mihi licentiã, vel cum licẽtia tua. Sed dicas cũ uel pace tua, vel cũ fauore. Adde q; barbari faciũt verbũ licentiare, teu. vrlaub geben, quod latinũ non est. Adde q; ineptissime nomẽ faciunt Licẽtiatus q̃d sit dignitatis, & eius qui iam habeat facultatẽ ad doctoratus insignia accipienda, quod est inauditũ apud doctos. Lictor appellatus est teste Gellio a ligando, q; cum magistratus populi Romani quempiam verberare iussisset, crura eius & manus ligari vinciriq; a viatore solita sint, teuto. bittel oder scherg, non autẽ hencker, vt nostri dicunt. Sed tñ teste Nonio. Carnificis officio antiquitus fungebat. Laicus dicitur quicũq; non est clericus, hoc est inciatus sacris. Male igitur nri dicunt, est purus laicus, hoc est oĩno illiteratus, potest eñ laicus esse literatissimus, dicendũ autem erat, est illiteratus vel idiota. Nec clerus vel clericus dicitur literatus vel scholasticus iuxta Alexandrũ, scribere clericulis, sed clericus dicitur sorte datus, vel sorte dei, hoc est quicunq; iniciatus est sacris, vnde Hieronymus ad Nepotianũ. Si enim (inquit) cleros græce sors latine appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt domini, vel quia dominus ipse sors, id est pars clericorũ est. Est autem initiari sacris imbuere & consecrare, & vt dicitur, in clericum ordinare. Cum igitur dico, volo initiari sacris, hoc est volo recipere ordines & ordinari, vt nostri dicunt minus pure & vetuste.

Sanctus Augu. in epi. ad Maximū grāmaticū. Ex quo intelligeris Romanis nō initiatus sacris, et Macrobius cōsule initiatos sacris liberi prīs Atq; dicimus, ordines recepi, volo ire ad ordines, sum ordinatꝰ, orationes sunt ex sordidiore vulgi vsu cōparatæ. Ordinare tñ vtitur Hieronymus sæpe loquēs ad indoctos, ita em̄ inquit. Cæcū animal offert qui ordinat indoctū, ut est repetitū decretoꝝ dis. xlix. Idē super Aggeū prophetā. Sacerdotum esse officiū nouerimus scire legē dei, & respondere ad quæ fuerint interrogati, saltem illud habeant, vt postq̄ sacerdotes fuerint ordinati &c. Hæc verba Hieronymi ideo congessimus, vt intelligant indocti sacerdotes quibus nullū est cōmercium cum bonis literis, q̄ nulla tergiuersatiōe possint suam ignorantiā excusare, de quibus alias plura, vtuntur, & cæteri ecclesiastici scriptores illo verbo ordinare, & Iustinianus in autenticis de sanctiss. epi. col. ix. dicēs. Sancimus ergo quoties opus fuerit episcopū ordinare clericos, & primates ciuitatis cuius futurus est episcopus ordinari. Nostri igitur etiā male dicunt, ille est cōpetens clericus, teut. er verstet sein ding gnug, deberent em̄ dicere est mediocriter literatus. Initiari etiā significat incipere, quo Firmicus Maternus & quidā alij vtuntur, atq; ipse Sallustius. LAicus autē est græcum vocabulū, & apud ecclesiasticos notissimū, & venit a λαου, id est populo, laicus enim nihil est nil i popularis.

Lantgrauius nostri nomen barbaricū finxerūt, quod vtiq; nobis non conuenit miscere in latinā linguam, nulli em̄ licet noua uocabula latina fingere citra analogiā, ut dixi in principio cōmentarioꝝ. Absurdum autē omnino est, vt dicit ad Euagriū noster Hieronymus, peregrinarum linguarꝝ inter se mixtura, q̄ si nobis liceret, nonne & Hungaris & Bohemis & Polonis & cæteris & sic vocabula hungaris nota, etiam latinissimis germanis essent ignota, & econtrario, vnde lingua latina verteretur in barbariē, quod fieri nō debet. Integritas enim locutionis teste Augustino li. ij. de doctrina Christiana est latinæ consuetudinis obseruatio, loquentiū veterꝝ auctoritate firmata, vnde cū germanis inuentionibus in oībus rebus & officijs, & dignitatibus eorundē difficile sit nomīa imponere, debemus & possumus vti circumlocutione, vnde quomodo latine exprimā lantgrauius non habeo, nisi dicā comes prouincialis, vel comes principalis, eo q̄ sit princeps, q̄ si omnino non possum, dicā lantgrauius, cum illa particula (ut vernacula lingua vtar) vel, ut sic dicam. Laruæ proprie dicūtur animę defunctorꝝ, vmbræq; nocturnæ, quæ domos incursionibus infestāt, teuto. geist die vmbgend. Est autē differentia inter manes, laruas & lares, id quod optime exequitur Apuleius de deo Socratis, dicens. Species dæmonū sit animus humanus exutus & liber stipendijs vitę cor-

pore suo abiuratis, hũc vetere lingua latina reperio Lemurẽ dictatum. Ex hisce ergo lemuribus qui posterioꝝ suorũ curam sortitur pacato, & quieto numine domũ possidet lar dicitur familiaris. Qui vero propter aduersa vitæ merita nullis bonis sedibus in terra vagatione, ceu quodã exilio punitur, inane terriculamentũ bonis hoĩbus cæteꝝ noxium malis, hunc plæriq; laruã perhibẽt, cum vero incertũ est q̃ cuiq; eorũ sortitio euenerit, vtrũq; lar sit an larua noĩe. Manẽ deum vocant & honoris gratia vocabulũ additũ est, hæc ille. Ad hoc vltimũ alludit Augu. lib. ix. de ciui. dei dicens. Manes aũt deos dicũt, sed incertũ est bonorũ, seu maloꝝ meritorũ non dissimiliter sed eleganter. Martianus Capella li. ij. de his rebus disserit, dicitq; Plutonem dici sumanũ, quasi summũ maniũ, & plura alia. De laruis aũt dicit Hiero. in hebraicis quęstionibus, Natura laruaꝝ est terrere paruulos, in angulis garrire tenebrosis. Idem ad Marcellũ, placet mihi de laruis de noctua, de bubone, de niliacis ridere portẽtis. Plini. in prologo naturalis hist. dicit cũ mortuis non nisi laruas luctari. Inde veniũt Laruati, hoc est furiosi & mẽte capti, quasi a laruis exterriti, teu. die besessen sindt, hi & CERiti dicũtur, isue ꝙ κερατα, hoc est cornua in capitibus se habere putãt, siue a Cerere, quasi cereris ira anĩo vexati, quos vulgo dæmoniacos vocant. Pacuuius. Vt miser quasi ceritus furijs agitor. Plautus, certe laruatus est aut ceritus. Itẽ laruatus ædepol hoĩem miserũ medicum quęritat. Vulgus aũt indoctũ & triuialis sermocinatio, appellitat laruas q̃ personæ apud latinos scriptores dicũtur, teu. schemẽ, quod quidẽ meminerim vix vno loco Horatiano inuenies laruã pro persona vsurpari, & etiã quadã transsumptione & similitudine tm̃. Horatius in Satyris. Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis. Locusta, vt dicit Albertꝰ magnus, dicitur quasi longa hasta, vel secundũ Perottũ melius, a locis vrendis locustæ sunt vocitatæ, ob iacturã quã messibus afferunt, tactu multa vrentes, morsu vero oĩa erodẽtes &c. anĩal paruũ est satis notũ infirmas habẽs alas, quo vsus fertur sanctus Ioãnes baptista, quod est contra Perottũ qui in hunc modũ dicit. Nefas est credere diuũ Ioannem (quẽ regis nostri præcursorẽ merito vocãt) huius cibi impuritate vsum in eremo fuisse. Causa aũt, vt idẽ dicit erroris hinc fluxit, quod gręci ακριδας modo locustas vocãt, modo summitates herbaꝝ siue arboꝝ, hoc ẽ teneriores ꝑtes quasi quosdã cauliculos q̃ sumi in cibo solent, vnde ακριξειν græci dicũt, hoc est summa decerpere, interpres igitur pro cauliculis locustam posuit. At bone Perotte oĩno refragor tuæ sniæ, & dico locustas esitasse Ioannẽ, & moueor fide dignis ex auctoribus. Pli. in xi. natu. histo. dicit locustæ parthis gratæ sunt in cibo. Idẽ lib. vi. cap. xxx. pars quædã æthiopũ locustis tm̃ viuit fumo & sale

duratis. Et Strabo li. xvi. de quibusdã æthiopibꝫ dicit. His finitimi sunt qui cæteris & nigriores sunt & minores, & vitæ breuioris, raro enim quadragesimũ transcendũt annum, eorũ carne iam in ferinã versa viuunt ex locustis, quas vernilibes, ac Zephyri vehemẽtius flantes in ea loca impellũt, et paulo post, cadẽtes colligũt, et admixto sale ex eis massulas cõficiunt & vtũtur. Albertus aũt de animalibus nõ existimauit locustas esse huius generis q̃d apud nos, quod & si Perottus hęc modicũ tetigerit, maxime tñ contra eũ me mouit diuus Hiero. qui dicit super Ionã prophetam, q̃d mihi videtur et locustæ significare quibus vescebatur Ioãnes, animal paruũ infirmas habẽs alas, de terra quidẽ consurgens, sed altius nõ valens auolare. Idẽ in epi. ad Marcellã, quia camelorum vestitus tegmine, zona pellicea cingebatur, cibi displicẽt viliores, nihil uilius est locustis. Idẽ li. i. ca. xxvij. contra Iouinianũ. Rursum orientales & Libyę populos quia per desertũ & calidam eremi vastitatem locustarꝫ nubes reperiũtur, locustis vesci moris est. Q̃ si Hierony. vt oĩbus notissimũ est, fuit non solũ latinus sed etiã hebræus, & græcus. Item Syriam & Aegyptũ, & solitudines in quibus delituit Ioãnes, non solũ vidit & perlustrauit, verũ etiam in eis ad longã moram habitauerit, quis non velit Perotto præferre hominis expertissimã & doctissimã sententiam? Moueor insuper contra Perottũ q̃ in Leuitico legat dominũ talia animalia Iudæis tanq̃ munda in cibũ assignauisse. Item locusta non est genus herbarꝫ, ut indocti tradunt, sed ακρις græcum quod latine significat locustã, etiam significat summitates herbarum, vt diximus. *Lithostrotos penul. longa, vt dicit Nestor Ioãnes Carmelita. dicitur pauimentũ lapidibus stratũ, & componitur ex* λιθος lithos qui est lapis, & στρωτος strotos. i. stratus, vnde Hiero. in euang. Ioan. ca. xix. & sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos, vbi barbare nostri dicũt licostratos, in qua dictione errauit Tortelius. Hugutio. Catholicon &c. Librarij dicuntur qui libros excribunt, & exẽmpla transferunt. Scriptores autẽ sunt ipsi auctores, conditoresq̃ librorũ. Et scripturarij sunt qui nunc scribæ dicuntur, ab indoctis scriptores, dicentibus, est scriptor ciuitatis. Indoctũ vulgus, similiter librarios dicit esse venditores librorꝫ, quos nos græco sed notissimo vocabulo, bibliopolas vocamus, sunt eñ vt iam dixi, librarij qui scribtitant libros. Et vnde librarius veniat & descendat graphice explicat diuus Hierony. noster in quadã epistola dicens. Nam & rudes illi Italiæ homines quos carios̃os Ennius appellat, qui sibi, vt in rhetoricis Cice. ait, victu ferino vitã requirẽbant, ante chartæ & membranarꝫ vsum, aut indolatis ex ligno codicillis, aut in corticibus arborꝫ mutata epistarũ colloquia mittitabãt, vnde & portitores earũ tabellarios, & scriptó-

res a libris arbor librarios vocauere. Allego aũt perlibenter diuum Hiero. Aug. Ambro. Lactan. & reliquos rerũ diuinar classiarios scriptores, vt proletarij nostri theologi et neotericoteri intelligãt etiã eccle siasticos scriptores locutos esse & latine & elegãter, non barbare vt ip̃i faciunt, & vt obiter hæc etiã tangam. Charta & membrana differunt. Charta em̃ (nam sic scribitur per ch aspiratum & est græcum, nec deriuatur a careo cares, vt indocti dicunt) est vel totus liber, vel pro papyro accipitur, vtriusq; testes sunt iurisconsulti. Vlpia. ff. de lega. iij. librorum appellatione continentur omnia uolumina siue in charta, siue in mẽbrana sint. Et idem, nam & in vsu plærique libros chartas appellant. Et Ouid. lib. iij. tristiũ, Nullus in hac charta versus amare docet. Membrana autem est quã pergamenã dicimus, vnde diuus Hiero. in epist. ad Chromatiũ. Rex Attalus membranas Pergamo miserat, vt penuria chartæ pellibus pensaretur, vnde pergamenar nomẽ ad hanc vsq; diem tradente sibi inuicem posteritate, seruatum est.

Magistrare est moderari & monstrare, vt dicit Festus, vnde magister, magisteriũ & magistratus deriuantur. Sunt autẽ magistri, vt dicit Paulus. ff. de verb. signi. omẽs quibus præcipua cura incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiã & solicitudinem rebus quibus præsunt debent, hi magistri appellantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores magistri appellantur, a monendo vel monstrando. Barbari autem & vulgi dicunt & scribunt maister sine g, quoniã veniat a maior, vt Hugutio voluit, & quidã alius qui sic versificatus est. A maiore statu nomẽ traxisse maister, dicitur &c. Mantæle. lis, vel mantælum cum æ diphthongo et simplici l, pro eodem declinari possunt. Seruio teste, quin etiam mantile dicitur i longa. Martia. Mantile e mensa surripit Hermogenes, significant autem omnia (Varrone teste de lingua latina li. ij.) vbi manus tergũtur, teu. hantz vuehel, vnde Lucilius, mappas, matęlã, merũq;. Mantilia item sunt quibus mẽsas tegimus. Et teste Pompeio manticularia dicũtur ea quæ frequenter in vsu habẽtur, & quasi manu tractãtur. Mantæle ac mantælum genus penulæ est apud Plautũ, caue dicas mantellus. Matula autem, teut. ein bruntzkachel. Hierony. in epist. ad Geruntiam. Et crater adhibendũ est, & matula ad secretiora naturæ. Monstrosus, portentosus, a monstro, portento, non mõstruosus vel portentuosus. Luca. li. i. Monstrosiq; hoim partus &c. Econtrario teste Vallensi dicendũ fœtuosus, & non fœtosus, ut in illo psalmographi. Oues eorũ fœtuosæ, quia noia quæ sunt a quarta decli. assumunt u, vt vulteuosus, saltuosus, actuosus. Met syllabica adiectio per se nihil significat, vnde nec dicere debemus tu feciſti met, & raro legi adiungi nisi tribus his pronominibus ego, tu, sui, sed Dio

mẽdes etiã tradit ille met. Et Salluſtius in Iugurta. dicit, mea met facta mihi dicere licet. Manil. in iij. Adde etiã Italicas vires, Romãq; ſuis met

Materna lingua nõ bene dicit, ſed vernacula, quęre in dictõe verna

Maſticare verbũ quod in ore indoctorũ frequẽs eſt, nunquã apud idoneos inueni. Multotiẽs apud latinos (de receptis loquor) nunc̃q; lectũ eſt, nec quiſq̃. niſi Priſcianus vſus eſt, qui & ſi grãmaticus ſit egregius, non tñ recipitur in hoc a doctis, ut auctoritatẽ nouis verbis dare poſſit. Metrũ, vt ſcribit Vbertinus clericus in. i. li. epiſto. Cice. ad Lentulũ, nomẽ eſt declarationis, quo raro vtũtur auctores, nec in oratiõe ſoluta, nec in carmine niſi declarationis cauſa, vt Quintili. in. i. lib. inſti. oratoriarũ, euenit vt metri quoq; conditio mutet accentũ. Et idẽ, nam poetas metri neceſſitas excuſat, ibi dicit Quintilia. metri et nõ carminis, vt tangat menſurã carminis, de qua hic loquitur. Metrum igitur nihil aliud eſt quã menſura, quod apud idoneos in carmine nunquã memini me legiſſe, at ne in proſa quidẽ, niſi apud Macrob. de ſomnio Scipionis lib. ij. metra canoris verſibus adhibẽtur. Et apud Plin. iuniorem ad Pontiũ ſuum, probauerũt inde plura metra, & apud Gel. li. iiij. cap. xvij. Et metrũ eſſe integrũ poteſt, & præpoſitiões iſtæ poſſunt nõ barbare protendi &c. doctiores igitur libentius pro metris dicunt verſus carmina, numeros, muſas, aut ponẽdo nomẽ vnius muſæ pro carminibus, aut cytharã Apollineã, aut cant⁹ phebeos & pierios & ſimilia, metrũ igitur plus pertinet ad geometriã quam ad poeticã. Memini me facere, ſcribere vel ſimilia debemus dicere dicit Agrecius ſuper Caprũ, & non feciſſe vel ſcripſiſſe memini. Nam memini ſermo eſt totus præteritit̃poris, qui ante factã rem in preſens reuocat, & ſi dixeris, memini me feciſſe, duo p̃terita ſimul iungis. Teren. Ego illã vidi virginẽ, bona forma memini me videre, quẽ inſecutus quidam cõmentator epiſtolarũ Ciceronis dicit pulcherrime dicimus, memini me legere uel ſcribere &c. rariſſime memini audiſſe, legiſſe niſi neceſſitate vſus. Vir. in geor. Nanq; ſub cœbaliæ memini me turribus altis. Corytiũ vidiſſe ſenem &c. Ego autẽ credo latine dici, memini me legiſſe vel legere, ſed frequẽtius & melius legiſſe, audiſſe q̃ legere audire, ſignificat eñ recordor, vt in Rauden. Valla dicit, vnde Cice. ij. de ora. Tum illũ mihi reſpondiſſe memini. Et Pli. iunior in epi. ad Meſium Maximũ. memini-ſti ne te ſæpe legiſſe quãtas contẽtiones &c. Mulſa fœ. ge. vel neu. ſignifi. genus potionis ex aqua & melle confectæ, q̃d idem Hydromel dicitur, vt eſt apud Vlpia. ff. de vino tritico vel oleo legato. l. ſi quis vinum, teu. met, vbi barbari noſtri dicunt medo. onis. Cice. ij. de ora. vt mulſum frigidũ biberet ſimul ac domũ redijſſet. Dicũtur autẽ a mulcendo, vbi quidã & bene faciunt drñam dicentes, Mulſa fœmi. ge. eſt

Memini

potio ex aqua & melle cõfecta, sed mulsum vinũ est attico melle tẽperatũ, & dicitur græce œnomel. Martialis in apophoretis. Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere diues. Potus autẽ ex aceto & melle dicitur Oximel a græcis. Merum. i. solũ. Inde MERula auis, ꝙ a solat volat, quasi mera volans, ab hoc noĩe venit meracus, meracius & meracissimũ. Vnde vinũ meracum dicimus, ꝙd merũ est nulla aqua admixta. Corne. Cel. præcipit hyeme meracius vinũ esse bibendũ, æstate dilutius. Idem Corne. vinũ dilutius pueris senib⁹ meracius &c. ꝙd signi. hybernas potiões debere eẽ meracas & sine aqua. Aestiuas aqua cõmixta & tale vinũ aqua mixtũ. dicitur dilutum dilutius, issimũ, pro vt minus pluue aquæ admixtũ fuerit, ꝙd viri alioqui eruditi, inscite & barbare lymphatũ vocitant, nullo idoneo auctore subnixi, cum lymphatum semp in latino inueniat accipi pro furibũdo, vt Pli. iunior ad Corne. Ta. & plærique lymphati terrificis vaticinatiõibus & sua & aliena mala ludificabãtur, & Cice in. i. de diuinatione, qualis est flexa anima tanꝙ lymphata vi bacchi sacris cõmota, & Solinus. Et repente velut lymphatici futura præcinũt. Et lymphare significat furore vexare, vt apd Vale. Flac. lymphauerat vrbẽ. Hiero. vinũ dilutius vocat aquatius his verbis. Vinũ si aquatius bibitur, calix frãgitur, mensa subuertitur &c. de quibus Philip. Beroal. ex neotericis nulli secũdus, a quo multa accepimus, & serenus Samonicus, helleboro bene purgatur lymphaticus error. *Milites dicti, quia mille erãt ante in numero, quos Romulus primus ex populo sumpsit, & milites appellauit*, vt Eutropius in. i lib. histo. dicit, teu. krieger, & proprie fussknecht. Varro aũt milites dictos asserit, ꝙ triũ millium legio primo fiebat, atꝙ singulæ tribus Tatiensium, Rhamensiũ, & Lucerũ millia militũ mittebant, & Vlpia. apud Iustinia. lib. xxvij. Militẽ inquit quasi millesimũ quenꝙ dictũ, hoc est oẽm qui est ex numero millenario. Hinc hastarij, & vt dicit Varro milites hastati, lantzknecht, quia hastis pugnãt, vt Lancearij. Curtius li. iij. curum decẽ millia hastatorũ sequebãtur. Errant hic non mediocriter qui dam legulei, vel vt eorũ vocabulo vtar legistæ, latini sermõis ignari, qui putãt ex superiore Vlpiani exẽplo, ex mille maxime strenuũ militem dici. Et nostri equites auratos, uel melius Decuriones iuxta sniam Vallensis, teut. ritter vocãt perperã Milites, auctor illius superstitionis iam pridẽ inueteratæ fuit Accursius Floren. qui si reuiuisceret sui eum erroris pœniteret, ꝙ tam false Vlpianũ de testamẽto militari interpretans ad propriũ arbitriũ retorserit, & priuilegiũ nescio ꝙd auri portandi indulserit, vnde quæso Accursi tantã audaciã tibi sumere poterast vt militibus dignitatẽ aliꝙ quam nunꝙ apud veteres habuisse, nec iuriscõsultus aliquis literis ad nos transmisit, nec quisꝙ cui antiquæ hi-

storię cognitæ sunt, cõcesserit. Equidẽ fuisse decanũ, fuisse decurionẽ, tribunũ fuisse, vel legatũ dignitatis fuit, fuisse autẽ militem nunq; audi tum est, nunq; lectũ inter veteres, ne paruã quidẽ dignitatis fuisse portionẽ. Cum igitur dixerit Vlpia. milleſimũ quenq; esse militem, decepit Accursiũ elegantia linguæ latinæ, sine qua certe nullus potest rite iura ciuilia interpretari. Nec etiam illud prætereundũ duxi, vniuersos qui erant in exercitu qui pedibus & equo merer̃t, sine discrimine veteres appellitauisse Milites, & cõmuni genere protulisse, nõ nunq; qui equo nõ milites modo sed equestri gradu & honore p̃starent, & sic proprie qui pedibus militant tm̃ milites dicũtur, reliqui Equites, cuius rei causa est, q; milites dicimus etiam non satis honesto exercitio præditos, vt qui reos custodiunt, et qui ad supplicii ducunt, sicut illi qui Christum crucifixerunt dicti sunt milites, teu. schergen, vnde Vale. Maxi. lib. ix. de cupiditate vitæ. Cneus Carbo magnæ verecũdiæ est latinis annalibus Terentio in suo cõsulatu iussu Pompei in Sicilia ad supplicii ductus, petijt a militibus dimisse & flebiliter sibi aluũ leuare priusq; expiraret liceret, quo miserrimo lucis vsu diutius frueretur. Vnde & illud etiã militẽ & rerum eadẽ stringit cathena, quã apud oẽs propemodũ inuulgatũ videmus, vt miles peditẽ signet. Militissa latinũ non ẽ, qua dictione vtũtur quidã barbasculi grãmatici. Nec item ducissa uel principissa quib⁹ nostri vtũtur, sed dux & princeps, ita em̃ loquitur vester Hieronymus (ne semp̃ poetas allegem) li. ij. cõmentario sup̃ super Gala. Sara lingua nostra princeps interpretatur fœmi. ge. hæc ille. Idem lib. iij. regum ca. xv. Insuper & Machaã matrem suã amouit nẽ esset princeps in sacris Priapi. alioqui mox diceretis non volumus loqui more poetarum. Matrix (de qua vide in dictione vterus) est id in quo mulieres concipiũt, a disertis loci in plurali nominãtur, quod si in prędicta dictione scripserim matricẽ in ea significatione non nisi ab imperito vulgo dici, sum falsus Raphaelis regij auctoritate, qui ita in cõmentario metamorphoseos scripsit, in eadem tamẽ significatione etiam matrix ab idoneis, & non omino spernendis scriptũ reperio. Macrob. in vij. satur. Et tale est dicere ouũ ante gallinã factum, ac si quis dicat matricẽ ante mulierẽ factam. Et qui interrogat quemadmodũ gallina sine ouo esse potuit, similis est interroganti quo pacto homines facti sint ante pudenda, de quibus homines procreantur. Similiter Solinus, sternutatio post coitum cauenda, ne prius semen excutiat impulsus repentinus, q; penetralibus se matrix insinuet paternus humor Et meus ille Lactanti. lib. pri. cap. viij. Non potest ex viri fœmoribus & matrice deus formatus esse. Id quod Lactantius colligit ex Sibylla Erythræa, quæ sic dicit, ουδ' ἀνὴρ τέκτηται ἀγήρασος ἐκ μηρῶν μήτρης τε θεὸς

ὁ τετυπωμένος εἶναι, μήτρα enim græce latine matrix dicitur, vt etiã Craſtonus interpretatur. Inde venit matricula, qua dictione quãuis protrita vernaculaq; dicit Beroaldus vtũtur apud noſtros, et Vegetius & inferioris notæ ſcriptores, pro qua latini Albũ vel Pitacium dicunt. Manifeſtarius ſignificat illum qui vulgo notorius dicitur, Plautus. Capio fuſtem, obtrunco gallũ manifeſtariũ furem. Et Gellius libro primo noctium, in Ciceronis oratione ſolœciſmus eſt manifeſtarius. Municipes, vt dicit Aulus Gellius in xv. lib. Sunt ciues Romani ex municipijs ſuo iure & legibus ſuis vtentes, muneris tantum cum populo Romano honorarij participes, a quo munere capeſſendo appellati videntur, eadem ſcripſit Vlpianus iuriſconſul. ff. ad municipes et de incolis dicẽs. Et proprie quidã municipes appellãtur muneris participes recepti in ciuitate, ut munera nobiſcũ facerent, ſed nũc abuſiue municipes dicimus ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues, vt puta campanos, puteolanos &c. municipes Tubingẽſes, die burger von Tubingen, vel municipes Schelcklingenſes, apud quos ego educatus ſum, & primas literas didici. Inde & municipiũ dicitur abuſiue quodlibet oppidum, teut. ein ſtat, videant hic grãmatiſtæ qui Donati grãmatici minus opuſculũ interpretantur, & inerudite alucinentur in hoc vocabulo municeps, a quo municipale ius dicitur priuatum cuiuſq; ciuitatis ius. Mercimoniũ dicitur quicquid cum alio contrahitur, & a merce venit, ſicut & mercator & mercatura. Mercantia, æ. autẽ fœmi. ge. ego nunq; apud idoneos legi. Mangones ſunt dicti quaſi (teſte Porphirione) manu agones, & proprie erãt puerorũ formę magiſtri, & mentiendi coloris artem probe callẽtes. Et ergo improprie loquitur Eberhardus græciſta dicens. Magno caballorũ ſit. hinc Magnonizare verbum formauit Pli. qui oratã ſcribit primũ penſiles inueniſſe balnea s, ita mãgonizatas villas ſubinde vẽdendo. Eſt em̃ Mangonizare colorem fuco & verũ robur inani ſagina mentiri, quanq; venuſte ad alia tranſferatur. Nam & hodie Mangonizãtur panni, ſiue lintei, ſiue lanei, quoniã & equos mangonizatos vendi videmus. Mulliare nõ latine ſed gallice leuca dicitur, vt dicit Iornandes gotthus, habetq; mille & cccc paſſus. Maniaci dicũtur furoris morbo laborãtes, teu. vnſinnig, inde Mania dicit inſania. Mus græce ſorex latine dicitur, a ſono quẽ rodendo facit, vt aliqui volũt. multi aũt dicunt ſoricẽ eſſe murem ſylueſtrẽ, ex eo forſan argumento, q; Plini. ſoricem dicat hyeme condi, non autem ſorex dicitur a ſera & rodendo, vt Catholicon cũ ſua cohorte tradit. Columella inſuper tradit diuerſa murem & ſoricem dicens. Si ſerpens, aut mus, ſorexq; in muſtum ceciderit, &c. Muſica vel muſicus non dicitur a moys græce, quod eſt aqua latine, quia cir-

ca aquas inuẽta sit, vt dicũt indocti, sed a musa, sæ. q̃ dicitur a μανθανω quod est inqrere & indagare, ut dicit Plato. MOYS em̃ non est dictio græca vel latina, sed hebraica, vt est apud Hiero. de hebraicis noibus.

Morgatiũ vulgo & non latine a nr̃is appellatur, q̃ hodie Sponsalitia largitas apud leguleios dicitur. DOS aũt est mulieris patrimoniũ quod affert viro. Donatio aũt propter nuptias est econtrario viri.

Missa non est latinũ, vt significet, teu. ein mesz. Sacrificia em̃ vel celebrationes corporis Christi dicuntur. Audi Philel. Et illud etiã addiderim nõ satis latine, aut literate Leonardũ Aretinum Pogiũq; noĩnasse missaꝝ solennia q̃ a græcis λιτουργιαι liturgiæ, hoc est supplicatões aut orationes operatiuæ, a nr̃is vero celebratiões corporis Christi nominãtur. Sed ut Phorcensis noster tradit Missa in hoc significatu, neq; græcũ, neq; latinum est, sed hebraicũ, neq; latine dicimus nũc Præmissarius. Medius fidius aduerbiũ iurandi, sicut me hercules, *hoc est per deum Fidiũ*. Nam Fidius, vt Perottus habet, *est deus qui fidei præest*. Plautus per deum Fidiũ credis iurato mihi. *Seruius aũt dicit*, medius fidius. i. dios ΔΙΟΣ, υιος Iouis filius. Magus teste Apuleio, lingua persarum est qui apud nos sacerdos dicitur, quia vulgo pro malefico accipitur, q̃d & Hiero. tangit super Danielẽ dicens. Arioli sunt incantatores. Magi qui de signis philosophãtur. Malefici qui sanguine vtuntur, & victimis, & sæpe contingũt corpora mortuoꝝ. Chaldæi sunt *quos* vulgus Mathematicos vocat. Cõsuetudo aũt & sermo cõmunis magos pro maleficis accipit, *qui aliter habent apud gentẽ suam, eo q; sint phĩ chaldæoꝝ. & ad artis eius scientiã reges quoq; & principes eiusdẽ gentis oĩa faciunt, hęc ille*. Inde venit Magia penul. producta, nam per ꝫ diphthongũ scribitur. Vulgus igitur teste Aulo Gel. lib. i. quos gentilitio vocabulo Chaldęos dicer̃ optet Mathematicos dicit. MAThematici em̃ dicũtur eodẽ teste. i. disciplinis vacãtes, q̃m geometriã, gnomonicã, musicã, cæteraſq; item disciplinas altiores μαθηματα. i. disciplinas veteres græci appellabãt. Macellum teste Pompeio dicitur a Macello quodã, qui exercebat in vrbe latrocinĩũ, quo dãnato censores Aemilius & Fuluius statuerunt, vti in domo eius opsonia venderentur, nõ sequor in hac parte Donatiũ, qui super Terẽtij Eunuchum vult a mactãdis pecoribus macellũ dictum, nam vt Varro dicit Macellũ est locus vbi oĩa ad victum pertinẽtia venduntur. Et sic macellũ annonę, teu. kornhus oder marck. Macellũ holitorium, vulgo krautmarck, & sic de singulis. Cice. ĩj. de diuinatiõe, putabam annonã in macello carior̃ fore. Et Varro lib. pri. forũ holitoriũ hoc erat antiquum macellũ. Plautus in pseudo. Eo ad macellũ, vt pisciũ quicquid est p̃cio præstinẽ, ibi macellũ piscium, teu. vischmarckt. Item macellũ opsoni-

orum vbi opsonia vendũtur. Inde macellariꝰ nõ sunt laniꝰ tm̃ siue laniões sicut vulgus existimat, sed oẽs qui vendunt esculẽta & poculẽta.

Modernus, ior. vocabulũ est quo nemo ex elegãtioribus et veteribus vsus est, & iuxta Laurentiũ penitus gotthicũ, eo aũt vocabulo q̃d ego sciã vtitur Ruffi. in Iosepho antiquitate iudaica li. i. Dicas igitur uel iuniores, vel recentiores, vel græco vocabulo neoterici, nõ moderni moderniores. Itẽ secta recẽtior quã aliꝰ minus bene uocant uiã moderniorũ, vel viam realium. Secta etiã vel hęresis dicendum est, non via. HA Eresis em̃ proprie significat nihil aliud q̃ꝫ opinionẽ, siue electionẽ, vnde Hiero. super epist. ad Titũ. Hæresis græce ab electione dicitur, q̃ꝫ sci. vnusquisq; sibi eligat q̃d ei melius esse videatur, phi quoq; Stoici, peripatetici, academici, epicurei, vel illius hęreseos appellãtur. Idẽ lib. ij. super epi. ad Gala. Hæresis aũt græce ab electiõe dicitur, q̃ꝫ sci. eam sibi vnusquisq; eligat disciplinã quã putat esse meliorẽ, quicunq; igitur aliter scripturã intelligit q̃ꝫ sensus spiritus sancti flagitat, quo cõscripta est licet de ecclesia non recesserit, tm̃ hereticus appellari potest, hic vides ex Hieronymo quõ hæresis a propria significatiõe transsumatur ad peruersam illoꝝ doctrinã, qui nunc heretici & schismatici dicũtur. Est etiã differentia inter hæresim & schisma, vt idẽ tradit Hiero. q̃d hæresis peruersum dogma habet. SCHisma propter specialẽ dissensionẽ ab ecclesia separatur. Cæterũ nullũ schisma non sibi aliquã confingit hęresim vt recte ab ecclesia recessisse vrdeatur, deriuatur, autẽ hæresis, ab αἱρέομαι æreomę q̃d opto significat, vel eligo, non ab hæreo hęres, vt Hugutio cũ cæteris alucinatur. Maria nomẽ beatæ virginis et humani generis consolatricis, & dicitur nõ a mas maris, vt quidã male dicunt meo iudicio, sed vt tradit Hiero. in hebraicis noĩbꝰ Maria hebraicum est, & interpretatur stella maris, siue amaꝝ mare, & idem in alio loco. Maria est illuminãs seu illuminata, et idem. Sciendũ q̃ꝫ Maria sermone syro dña nuncupatur, & debet enũciari penul. correpta nõ producta. Claudi. Præparat & puchros mariæ sed luce minores. Eligit ornatus. Idẽ. Formosus Mariã ducit honorius, Iuuẽcus poeta. Vrgeꝫ monitus Mariã puerũq; Iosephus. Idem. Edidit hic Mariã Dauidis origine Ioseph. Sedulius. Quis fuit ille nitor Mariæ cũ Christus ab aluo, idem tm̃ semel produxit. Sed an grẽcis noĩbus græcus sit dandus accẽtus apud latinos, iudicẽt doctiores. Martia. em̃ Capella dicit de accẽtibus, græca noĩa si in latinũ transeunt accipiunt latinũ accentũ, msi maneãt græca, quod si manserint græca, accentu græco proferenda sunt, debet ergo adonis, creusa cõtra mortẽ græcę linguæ imperitoꝝ prima acura proferri. Econtrario Simois, Corydon, periphas penultima acui nõ ante penultima, vt dicit Codrus. At Raphael regius super Quintilia. dicit.

hinc manifeste colligitur quosdã qui alijs doctiores videri volũt ma-
le sentire, cum eos reprehendãt qui Mariã, Sophiam & similia acuta a
fine secũda proferunt, quiq; Iacobũ, Hyssopum, Paracletũ, Simonem
& huiusmodi tertia a fine acuta enuũciant, cum ipsi maiore sint digni
castigatione, vt qui veterẽ synceramq; pronũciandi noĩa græca con-
suetudinẽ corrumpunt. Nam græcis noibus ex Fabĩj sententia, græci
accentus sunt tribuendi, hęcille. At poetarũ alia est obseruatio quo ad
quantitatẽ, vt in Maria & Iacobus legere possumus, non tamen repu-
gno quin pronũciandain soluta orõne proferãtur secundũ græcum
accentũ, sicut dicit Raphael, qui etiam tantũ de pronũciatione non de
quãtitate loquitur. Q; si latina facies, & latino accentu etiã proferenda
sunt. De quãtitate autẽ vt diximus iudices. Non aũt secundũ græcum
accentũ quantitatem iudicabis, qm̃ sæpe breuis acuitur & econtrario.
Sed vt Raphaelis argumentũ confutẽ. s. breuissime. Respondebo cum
Diomede. Verba græca græcis accẽtibus efferimus, si ĩsdẽ literis enun
ciauerimus in latinis. Inde cessat græcus accentus in nomine Iacobus,
Paracletus, Hyssopus, Maria mariæ. Simon simonis, quia transierũt
iam in latinã declinationem. Modicum non dicitur parũ proprie,
nec modicus, a, um. paruus, sed modicus a modo significat tẽperatus,
& qui habet modum in rebus, & sic legitur de sancto Martino. Marti-
nus hic pauper & modicus, vnde Augusti. lib. iiij. de doct. christiana:
Modicus autẽ modus nomen imposuit. Nam modica pro paruis ab
usiue, non proprie dicimus. Nycticorax per y græcũ ante c & non
nocticorax, sicut scribunt indocti, & græcarũ literarum inexperti. Est
em̃ omnino grecũ vocabulum, & valet in latino, id est noctis coruus
hoc est Bubo, cuius Hieron. dicat idem q; noctua, teuto. nachtrap, a
nyx nyctos νυκτος in genitiuo, id est noctis. Et corax, id est coruus,
lege igitur in Psalterio, factus sum sicut nycticorax in domicilio. Q;
si futuri sint quidam ineruditi grãmatistæ qui hoc meum opus tanq;
temerarium reprobabunt, cur aduersus auctoritatẽ iam inueteratam,
& omniũ hominum opinionem aliqua in sacris scripturis emendare
tentauerim. His respondebo verbis Hieron. in epistola ad Marcellam.
Non adeo hebetis me cordis & tam crassæ rusticitatis esse, vt aliquid
de diuinis scripturis, aut corrigendũ putauerim, aut nõ diuinitus inspi
ratum, sed latinorũ codicũ vitiositatem, quæ ex diuersitate librorũ om
nium cõprobata ad græcam originẽ, vnde & ipsi translatũ non dene
gant, voluisse reuocare, quibus si displicet fontis vnda purissimi, cœ-
nosos riuulos bibant. Necromantia uel necyomãtia in vltima per
scribendũ & proferendum, nõ c, est græca dictio, & significat diuina-
tionem quæ fit per mortuos, & dicitur a νεκρος και νεκυς, id est mor-

tuus, & μαντεια diuinatio vel vaticiniũ, quasi diuinatio mortuorũ. Dicemus igitur necromãtia uel necyomãtia per tin vltima & i longo Indocti autẽ scribunt nigromancia. Nanus græce dicit Aul. Gelli. in penul. noctium suarũ, latine Pumilio dicitur, teuto. zvuerg. Nanos emẽ græci vocauerunt breui, atq; humili corpore homines paululum supra terrã extantes, nostri scribunt gnanus & male, vt legẽtibus græcas literas & Gelliũ optime cõstat, dicit aũt Perottus. Pumilio, onis. & pumilius, pumilia posse declinari, non sunt autẽ pumiliones tm̃ inter hoĩnes, sed etiã inter cætera animalia, dicente Plinio lib. natu. histo. xi. Pumilionũ genus in oĩbus animalibus ẽ, atq; etiã inter volucres. Item etiã de arboribus dicuntur pumiliones, vnde & idem Plinius. lib. xij. quoniã arborum etiã abortus inuenimus, hoc quoq; ergo in genere pumilionũ infœlicitas dicta erit. Non sunt aũt idem Nani & Pygmęi, vt imperiti dicũt. Sunt emẽ PYGmæi teste Plini. lib. vij. populi Indiæ, qui cũ sint breuissimæ staturæ & vix duos excedant pedes & quadrantem, transsumptiue possunt accipi pro nanis. Sicut si dixerimus de paruo hoĩe Zachæus est, de quo in euangelio. Nullibi vocabulũ opicum est & barbarũ, si credimus Vallæ. Et nullotiens penitus gotthicũ.

Nullatenus vocabulũ est apud eruditos nullo in vsu, apud indoctos frequenti, a quo donec apud receptos inuenias abstinere te velim

Nummularij quære in dictione Trapezita. Nux generale vocabulum est oĩm fructuum qui foris duro tegũtur et intus habent quod est esui, ex sententia Macrobij, & sic plures sunt nuces, vt IVGLans quasi Iouis glans, teuto. vuelsch nus. Hæc a græcis basilica nominatur Nux auellana ex arbore est quæ corylus dicitur haselnus, hæc etiam Prænestina dicitur, hanc græci ponticã dicunt. Nux castanea vocatur etiam heracleotica. Nux amigdala, teuto. mandelkern, hæc græca dicitur & thasia. Persicum, teuto. pfersich, quæ etiam nux mollusca dicitur Item nux tarẽtina, nux pinea &c. hæc Macro. in iij sa. Nubo verbũ neutro passiuũ habet in ptõ nupsi & nuptus sum, sic & veneo etiã veneor in passiua voce dicitur. Inde ego deceptus scripsi aliquãdo vapulatus sum cum vapulaui dicendum fuisset, nunq; enim potui interim ita reperire apud idoneos, & vt reuertar. Nubere proprie mulieres dicuntur, sed viri ducere scilicet mulieres. At non semper ita obseruatur Nubo etiã viris attribuitur, vt et nubi passiue mulieribus. Sene. lib. iiij. controuersiarum. Tyrannus permisit seruis, vt dominis interemptis dominabus suis nubant. Et Matthæi ca. xxij. In resurrectione emẽ neq; nubent, neq; nubentur. Sed hoc est ex imitatione græca q̃ interpretem siue sit Hiero. siue alius, sæpe facit nõ aduertere latinitatẽ, & quasi negligere latinas regulas, vt etiã in epistola secũda Ioannis vbi dicit. Os ad

os loqui ex imitatiõe græca, vbi nos ore ad os diceremus, ſicut etiã il-
lud Pauli, ſpero me futurũ ad vos, latine vix dicim⁹, niſi ex græca imi
tatione. Nam vt Hiero. dicit latina cõſuetudo græco idiomati non re-
ſpondet. Nouiter ſi credimus Vallæ, non ſyncere & latine dicit, ſed
noue aduerbiũ, & nouior. Nouiores cõtendit Philelphus non dicen-
dum, ſed recẽtiores vel iuniores. At q̃ Gellius & poſt eũ Valla dicunt
Ciceronẽ nunq̃ vſum fuiſſe nouiſſimus & nouiſſime, decipiuntur, ſic
em̃ apud eundẽ de oratore ſcriptũ eſt in calce, q̃ vno ſunt ad iudican-
dum nouiſſima. Nola nõ dicitur pure & vetuſte tintinnabulũ, teut.
glock, vt Valla mecũ ſentit in Rauden. Naula tñ poteſt dici organum,
vnde errorẽ fluxiſſe crediderim, vnde Suidas ait. Pſalteriũ organũ eſt
muſicũ, quod naula etiã vocatur, nec campana bene & priſce, glock,
Hiero. tñ lib. ij. ſuper epiſtola ad Ga. videtur vocare æramentũ quod
nos vulgo campanã vocamus, ſic em̃ inquit. Iſte quaſi æramentũ ſo-
nans, et cimbalũ tinniens, vt infatuatũ ſal in ſtercore cõculcandus. No
la tñ vulgo dicitur a ciuitate campaniæ. Sic etiã campana a campania,
a campana Hiero. cãpanula formauit in epi. ad Euſtochiũ. Nepos,
vt tradit Perottus proprie dicit filij aut filiæ filius, vnde auus & nepos
ſunt relatiua, & ſicut nepotis filius dicitur pronepos, & pronepotis fili
us abnepos, ita aui pater proauus, & qui proaui pater abauus, tamen
Aure. Augu. Hiero. & alij recentiores docti & excellẽtes viri vſurpant
nepotẽ pro filio fratris, eumq̃ ex fratre ſiue ſorore nepotẽ vocant, q̃
ego vt in aljs plæriſq̃, ita in hoc libenter ſequor, cum id nequaq̃ alie
num a rõne videatur, quando quidẽ patrui fratrũ filios diligũt inſtar
nepotũ, ſuntq̃ quaſi auor̃ loco, hæc ille. Verũtamen non ſolũ apud
eccleſiaſticos, ſed etiã Senecã. Vale. Maxi. & alios ita reperies. Et vt Ser-
uius dicit xij. æneid. hic & hæc nepos dicimus, nam vt neptis dicamus
per ſucceſſionis diſcretionẽ admiſſum eſt. Oppidũ, ut dicit La. Val.
homo ille de latina lingua meritiſſimus, eſt oĩs vrbs præter Romam
quæ peculiari noĩe & per antonomaſiã, hoc eſt excellentiã vrbs voca
ri cepta, fecit vt cæteræ vrbes oppida vocarentur, teut. ein ſtat. Errant
igitur grãmatiſtę noſtri qui dicũt oppidũ eſſe villam q̃ cum ciuitas nõ
ſit, eius tñ priuilegijs vtitur, teu. ein marckt, quor̃ errorẽ Varro de lin
gua latina lib. i. apertiſſime oñdit dicens. Oppida condebant in Latio
ethruſco ritu multa. i. iunctis bobus, tauro & vacca iteriore aratro cir-
cum agebãt ſulcũ, hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato, ut foſſa
& muro eſſent munita. Dicitur itaq̃ oppidũ Feſto teſte q̃ hoĩes opes
ſuas conferũt, vel q̃ opem p̃bet, vel vt Pompo. iuriſconſul. tradit ab
opere, q̃ eius rei cauſa mœnia ſunt cõſtituta. Inde venit aduerbiũ op-
pido q̃d pro cito vel ſtatim qñq̃ accipitur, vt dicit Serui. in arte. Plau

tus reddidi omne aurum oppido. Aliquãdo oppido.i. valde, vt dicit Nonius,uel valde multũ,vt dicit Festus. Plau.in Amphitrione,oppido interij obsecro hercle quantus ,q̃ validus est. Ortum autẽ hoc aduerbiũ teste Põpeio ex sermone inter se confabulantiũ,quantũ quisq; frugũ faceret,vt q̃ multitudo significaret,sæpe respondebatur, quæ vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinẽ venit, vt dicatur oppido pro valde multũ,itaq; si qui in alijs rebus utuntur eo,vtpote si qui dicant oppido didici,spectaui,ambulaui,errãt,quia nulli eorum subijci potest q̃d satis est. Item q̃ aliquando iungit oppido. Gellius. oppido q̃ libens feci. Cæsar quibus rebus oppido q̃ pauci sub pellibus acquiescebãt. Hic igitur repræhẽdendos necesse duxi indoctos,& quosdam delirãtes grãmatistas, qui dicũt oppido media producta debere enũciari, ad differentiã oppido in dtõ & ablatiuo ab oppidũ, quod si legissent Catullũ ad Rusticũ qui dicit. Othonis caput oppido esse pusillum (in quo phalecio cuilibet mediocriter literato liquet i in oppido esse breue)errorẽ corrigerent & mecũ sentirẽt. Sed in pluribus alijs delirant etiã,sicut Helena pro meretrice media breui. Pro sancta muliere & Constãtini matre media produ. q̃d nullus nunq̃ veterum dixisset.

Origenes penulti. habet breuẽ non longã, vt vulgus pronunciat, omnia em̃ composita cum γενος genos q̃d apud nos genus indicat ge syllabã corripiũt,de quibus rebus lege Nestorẽ vocabulariũ,quare errauit Petrus Riga cum dixit. Scripsit Origenes q̃ non tenebrosa fuerunt. Opinio quære in dictione reputare. Omnimode aduerbiũ nemo veterũ vsurpauit. Obiter Pliniana dictio, valet em̃ quantum vulgo incidentaliter, in quo Valla errauit, qui accepit obiter pro eo q̃d est specialiter. Obuius eo tibi,vel veniã tibi obuiã,latine et vsitate dicitur,sed obuiare verbũ quod Valla ponit, vsitatũ vix vspiam apud latinos,vt dicit Oliuerius reperitur ,p̃sertim vetustos, vtitur tñ præter alios Hiero.contra Ruffinũ,nunc tñ tuis assertionibus obuiasse sufficiat. Et Sal.in Iugurta dicit obuiatum est,at raro fit,nõ reprobabo aũt facile aliquid quo Sallustius vtitur. Osanna,uel melius osianna saluifica interpretatur,de quo Hiero.in epi. ad Damasum sic scribit. Et osianna q̃d nos corrupte propter ignorantiã dicimus osanna,saluifica,siue saluũ fac exprimitur,o si ergo saluifica interpretatur,anna interfectio deprecãtis est. Si ex duobus velis verbũ compositũ facere dices osianna,siue vt nos loquimur osanna media vocali litera elisa. Reuch lin Phorcensis sc̃dm hebraicam orthographiã scribit oschianna.

Organũ est instrumentũ musicũ quod habet chordas,ita Põpeius dicit. Nam vt in organo chordæ, sic in machina intendũtur funes. Et diuus Hiero,in prologo psalmor̃ dicit. Psalmus græcum est,& latine

organū dicitur, quē hebræi nablath vocāt. Et idem in epist. ad Dardanum. PSALterium græcū, dicitur latine laudatoriū, docens in clypei modū quadrati esse formatū chordarū decem, vnde psalmographus In psalterio decachordo psallam tibi, scias tñ vt alibi dixi. Organum esse generale instrumentū oīm vasorū musicaliū, immo & aliarū rerū vt organū visus sicut alibi dixi, verū psalmus & psalteriū non differt.

Officiales ab eruditis & latinis dicūtur ministri, apparitoresq; ipsorū magistratuū, vnde Vlpia. ff. de pœnis. l. si qs forte. Sed multa extant exēpla quæ non tm officialiū suorū, nec sub se agentiū verum seruos suos pœna affecerint. Et Apule. lib. i. meta. lubet officialē suum insuper pisces incendere ac pedibus suis totos obterere. vulgo aūt nominant officialē pro ipso magistratu, & eo qui in aliqua dignitate super cæteros est. Vti alij apud Apuleiū accipiunt officialē. Sicut & vulgo officiū pro magistratu ponūt non sine auctoritate, inquit em Seneca. fexagesimus annus ab officio me dimittet, ponit & treuellius pollio palatina officia. ac Lampridius dicit. In anio habuit oībus officijs genus vestiū propriū dare. possumus tñ ibi officia in vera significatiōe accipere, q efficiat quod vnūquenq; deceat pro conditiōe personarū, ab efficiēdo em dicitur auctoribus Ambrosio & Donato. Inde ab Apuleio dicuntur officia feralia aliquādo inferalia quę mortuis fiūt. Officiati pro illis qui sunt in officio & dignitate barbarū est. Obedire est audiēdo obsequi, ab ob & audio. Antiqui dicebāt obaudire. Q; aūt nostri vulgo accipiūt obaudire pro nō audire, teu. vberhoren, q; bene ipi uiderint, ego em nunq; legi in hac significatione apud veteres. Procerum a cera deducitur & significat prolixū & in longū productū, quasi ad similitudinē ceræ extensum, teu. gerad oder hoch, sicut homo procerus ain gerad vnd lang mensch. Econtrario humilis, teu. kurtz vnd nider & non solū de animalibus, sed et de arboribus & id genus rebus dicūtur De arboribus, Sene. epist. c i. quod in magnis euenit montibus, quorū proceritas minus apparet longe intuentibus. Ergo procera arbor ein hoher baum, sicut econtrario humilis arbor, niderer baum. Virgil. in buco. Humilesq; myricæ. De hoībus Pompo. Mela. de Iudæa loquēs alij humiles, paruiq;, alij proceri & corpore ingētes. Vbi obiter annotandum. Parui hoies, teu. klein menschen, sed ingētes gros, sicut hic, & pro eodē Vasti. Sene. epist. lxi, vt vastissimorū, edacissimorūq; animalium auiditatē vinceremus. Pincerna vocabulū est triuialiū & vulgi, sed pro eo possumus dicere vel pocillator, vt Apuleius. Iouis suus pocillator ille rusticus puer &c. vel princeps vinariorū, vt habetur in Biblijs, post hæc verba, peccauit princeps vinariorū regis Aegypti. Ibi dicit Hiero. vbi nos posuimus principē vinariorū, in hebræo scri-

ptum est masech, quē nos possum⁹ more vulgi vocare pincernā, nec vile putetur officiū, cum apud reges barbaros vsq; hodie maxiæ dignitatis sit regi poculū porrexisse. Poetæ quoq; de Catamito & Ioue scriptitant, ꝙ amasiū suum huic officio māciparit, hæc ille. VINarius tñ proprie dicitur qui vendit vinū. Pincerna vero qui administrat.

Parasceue parasceues interpretatur p̄paratio. Est aūt parasceue dies quē vulgo veneris appellant, tractū de consuetudine Iudęoꝝ, quia ea die præparāt victui necessaria pro sabbato, q̄d superstitiose adeo colebant, vt ne vitæ quidem necessaria parare vellent, producit quoq; penulti. vt dicit Pompi. Et descēdit a παρασκευαζω parasceuazo quod est præparo. Vnde & p̄paratio interpretatur, vt diximus, neq; ex paro, as. & sceua cōponitur, vt alucinantur Hugutio, Catholicon & eorum socij: Prostibulū (vt dicit Valla in Rauden.) non est q̄d lupanar, sed ip̄m scortū, et meretrix, ut apd' Hiero. frequēter inuenit, ait em̄ prostibula regnū dei non possidebūt. Idē li. ij. contra Ruffi. & q̄ hodie virgo postea prostibulū fit, idem tñ Hiero. vt alibi dixi etiā prostibulum pro lupanari posuit. At ego de hoc nihil possum affirmare. Scio tamē apud Noniū prostibulas accipi pro scortis. Et item apud Tertulia. qui dicit inter matronas & prostibulas nullū de habitu discrimen relictū est. LVPanar autē significat domū meretricis, a lupa quæ meretrix dicitur, & sic lupa. i. meretrix nutriuit Romulū & Remū, vt testis est Liuius, Lactantius, Augustinus & alij. Promercalia quidā existimant proprie dici merces quæ prius minoris emūtur, vt postea pluris distrahātur, quaꝝ rerū negociatores Propolæ nuncupātur, media longa, teu. vff oder furkeufer. Peluis est vas aquariū in quo varia perluūtur, pelluuię aūt sunt quibus pedes lauātur, vt MALluuiæ quibus manus. Passiones pro morbis animi, vel corporis a recentioribus dicūtur, præsertimq; ecclesiasticis scriptoribus, quæ græce dicūtur παθη pathe, vnde & Augu. lib. ix. ca. iiij. de ciuitate dei. De hijs animi motibus q̄s gręci pathe, nr̄i aūt quidā (ut Cicero) ꝑturbationes, quidā affectiōes, vel affectus, quidā vero (sicut Apuleius de gręco exp̄ssius) passiones vocāt. Et ita etiā vsurpat Apule. de phia Platonis, nanq; iniuriā inordinatā passionē et ægritudinē mentis esse ait. Et Macro. passiones anī sæpe vtitur. Verū alij ethnici scriptores illi emūcti et tersi hac dictione abstinēt, perinde ac parū proba latinaq;, quod & diuus Hierony. confirmat super Zacharia propheta dicēs. possumus quattuor cornua quæ regnauerūt contra populū dei & quattuor παθη accipere, quæ eruditi non verbū de verbo exprimētes κακοζηλους kakose los passiones, sed perturbatiōes interpretātur, non Liuius, non Quintilianus, nō Plini. non Celsus, non quispiā ex illa cohorte scriptorum

pelius mallunius

classicoꝝ hoc vocabulū vsurpat, non columē eloquentię Cicero, sed pro eo dicūt perturbatiōes vel affectus, vt in eadē dictione vidimus. Indocti etiā & barbari dicūt passionor passionaris & passionatus q̄d oīno barbarꝝ est. Petrus petra male per etymologiā latinā exponitur petra quasi pedetrita, vt est apud indoctos, quia græcū nomē non patitur latinā etymologiam, vt dicit Seruius. At petrus & petra græca sunt noīa, & πετρα saxū valet. Item CAEphas non est nomē grecū vt indocti credūt, sed hebræū vel potius syriacū, dicente diuo Hiero. li. i. super Gala. nō aliud significat Petrus aliud Cæphas, sed q̄ nos grece petram, hanc hebrei & syri propter linguā inter se vicinā Cæpham nuncupāt, nec Petrus est nomē propriū principis Apostolorꝝ, sed Simon, q̄d idem testatur Hiero. ex dño multi sortiti sunt uocabula, ita & Simoni qui credebat in petrā Christum Petri largitus est nomen.

Potissimū dicendū est a potis, nemo em̄ nisi Priscianus dixit potissime, qui tñ in hoc non satis recipitur. Puteus, teu. significat ein brun, ex quo aquā bibendā haurimus, nō locus vbi confluit īmunda aqua, vt indocti vbiq̄ interpretātur, q̄d ex idoneis auctoribus nō obscure intelliges. Varro fontanalia a fonte, q̄ is dies festi eius ab eo cū in fontes coronas iaciūt & puteos coronāt. Cice. li. iij. de diuinatione qui cum aquā vidisset ex puteo haustā terræ motū dixit futurꝝ. Et meus ille Lactan. lib. iij. ca. xxvij. Democrit⁹ quasi in puteo quodā sic alto, ut fundus sit nullus veritatē iacere demersam. Et Cassiodorus in psal. puteus dicitur hiatus patens in terræ finibus excauatus, aquas continēs humanis vsibus attributas. Inde putearius, quo vocabulo Plinius vtitur est qui puteos fodit, teu. brunnengraber. Passum dicitur id generosissimum vinū quod vulgo & non latine neoterici dicunt maluaticū vel malmaticū. Vocabularius rerū indoctissime dicit malfesia vel malfesetū. Audiui hoc uinū ab hoīe docto et in pensitā dis scriptis in primis callido dici vinū cretæū, eo q̄ ex Creta allatū esset. Pausa est requies alicuius rei. Accius in epigono. Et nobis datur pausa loquēdi. Luci. li. i. Hæc vbi dicta dedit pausam facit ore loquēdi. Inde nostri formāt verbum pausare, q̄d nescio an eleganter dicat nec ne, ego em̄ nondū legi apud aliquē ethnicū, sed ecclesiasticos quosdā. Prælatus, prior, præpositus, prioratus vide in dictione antistes. Phythonissas. Augu. in lib. de na. dęmonū, ut habetur xxvi. q. v. vocat mulieres incantatrices, quas, teu. vnholden vel hetzen vocamus, a Pythonio Apolline, q̄ is auctor fuerit diuinandi. Sed ego magis proba et vsitate dictione phębades dicerē i. fatiloquas nō incātatrices. Phytonissas em̄ apud priscos nunq̄ legi, quod si probū est vocabulū Pythonissas dicemus sine h in prima, nam & in sacris līris legimus spiritū pythonis πνευμα πυ-

θεσπις Apollinis scilicet qui auctor diuinandi fuit. Vero aũt & prisco vocabulo dicũtur sagæ, eo q; satis agant, vt dicit Acron grãmaticus in carminibus Horatij. Quę saga quis te soluere thessalis magus venenis. Apule. Sagæ mulieres ora mortuorum passim demorsicant.

Præfectus vrbis vel pagi latine dicitur qui a barbaris Scultetus dicitur vel aduocatus. Pomeriũ, Titus Liuius inquit esse locũ ad muros intra & extra, in quo ædificare non licet, quasi post mœnia, teuto. zvuingelhoff, non vt indocti dicunt apffelgart. Sed pomariũ dicitur locus consitus pomis. Hora. Et vda mollibus pomaria riuis. Seruius tamẽ in arte dicit pometa dicũtur loca ubi poma nascuntur. Pomaria autẽ vbi seruantur, vt penaria. In quibus dictionibus errauit. Græcista vt suo loco dicam. Pugio est breue telũ lateri adhęrens, a pungẽdo Vel vt alij volũt a pugno dictus meo iudicio, apud barbaros & vulgares vocatur trusile. Præco a prædicẽdo qui ad res emendas homines cogebat, & auctionẽ indicebat & audientiã, teuto. vueín vsçrieffer, oder anderer ding. Sic et præco verbi diuini dicitur qui vulgo prędicator dicitur. Publicani sunt, vt dicit Vlpia. ff. de publica. & vectiga. qui publico fruuntur. Nam ideo nomẽ habent, siue fisco vectigal pendant, vel etiã tributum consequãtur, & omes qui quid a fisco conducunt recte appellãtur publicani, hæc ille, teut zoller, oder die etwas von einer gmein beston, vulgo & non latine satis Daciarij vocãtur. Accursius quẽ etiam indocta plæbecula auctorẽ sequitur, meras nugas dicẽs in eo titulo q̃ supra. Publicani quasi publice peccãtes, vt in euangelio, sed non est verũ, sunt emẽ & honesti & probi viri in hoc genere: Cicero emẽ in orõne pro Põpeio. Nam & publicani (inquit) hoies & honestissimi & honoratissimi, suas rationes et copias in illã prouinciã cõtulerunt, quorũ ipsorũ per se res & fortunæ curæ vobis esse debent attamen verũ est secundum tropologiam theologorũ teste Hieronymo, publicani vocãtur, qui seculi sectãtur lucra, & exigũt vectigal per negociationes et fraudes ac furta, sceleratacq; piuria. Vectigal etiã vulgo & non satis latine Dacias vocant, nec item quibus hodie legulei vtuntur latine dicitur Gabella, extimũ Pedagium, nec credo reperiri apud iurisconsultos illos latinos & excultos. Proficio fructũ & quasi profectũ facio. Caue autẽ barbare loqui cum paganis sacerdotibus, proficiat vobis, quod vitiũ etiam semidocti grãmatistæ animaduertere deberent, cum hic sit verbum personale sine suppositio, quod in tertia persona non intelligitur, sed expresse debeat poni suppositũ, dicite aũt si vultis, proficite, vel proficiatis, doctiores aũt dicunt bona salus, bona vita, vel pax vobis, ponite hic ante oculos quomodo quidã ignarus sacerdos derisus sit a docto scholastico his carminibus.

VILLAnus ſacerdos.
Proficiat domino ſuper alta ſchola artificato.
SCHOlaſticus.
Tu loqueris nec Romanum pagane ſacerdos
Græca ſapis minime, neſcio quid loqueris.
SACERdos.
Cum nummis loculus facit me cunctis bene doctus.
SCHOlaſticus.
Grammaticamq; rotas, laceras, & mille figuris
Rhetoricus color eſt, proficiat domino.
SACERdos.
Propter bonum rythmum debes confundere totum.
SCHOlaſticus.
Sis ergo ignarus cum nummis omne per ævum
Ipſe bonas artes præfero diuitijs.

Pensio: zins.

¶ Penſio dicitur a pẽdendo quę datur pro vſu alicuius rei, vt agri aut domus &c. teu. zins. Vlpia. ff. de migrãdo. l. i. hoc interdictũ proponitur inquilinio qui ſoluta penſiõe vult migrare, & poſt. Si penſio nondũ debeatur &c. vñ pendo. is, zins geben. Ergo barbare loquũtur qui dicũt dediſti cenſum domus, deberent em̃ dicere penſionẽ, vnde Cice. ep. ſt. lib. vi. ad Leptã. Dolobellæ procuratoribus exigã primam penſionẽ. Penſionarius aũt quo nõnulli vtũtur barbarę eſt, vt in Rauden. teſtatur Valla. CENSus igitur non eſt penſio, niſi apud indoctos, ſed aut quicquid fortunarę quis habet cenſus eſt, vt cenſus meus, teu. mein gut vnd mein vermogen. Plini. iunior in epiſt. quæ vel in primis cenſus hoim̃ ſpectandos arbitratur. Et Quintilia. in decla. Abiere cenſus mei &c. aut id quod principi per capita ſoluitur. Luca. in iij. Tunc conditus imo. Eruitur templo multis non tactus ab annis, Romani cenſus populi. Peripateticus quid ſignificet, & vnde veniat quęre in dictiõe Ariſtoteles. Patrius & paternus quomodo differant, quære in dictione verna. Portẽtoſus non portẽtuoſus dicimus, vide in dictione monſtroſus. Pumilio vel pumilius. Item Pygmæus in dictione nanus vide. Pellio, onis. latinius dicit et vſitatius q; pellifex, vide in dictione victor de u: Et pelliparius, teu. ledergerber, non eſt vocabulũ in ore doctorũ, ſed barbarorę, ſed coriarius latinum vocabulũ eſt in hoc ſignificatu. Hierony. contra Ruffinum, quaſi ſi fullo & coriarius moneãt pigmentariũ, vt naribus obturatis tabernas ſuas prętereat.

Phiala per i latinũ non ſignificat vitreũ vas tñ, teu. angſter, vt plębeia grãmatiſtarę turba vbiq; proclamat. Sed ut Iulius Pollux auctor eſt vaſa quæq; vini, aut aquæ phialæ dici poſſunt, vnde Marua. Quis

labor in phiala docti myos anne myronis, & Iuuenalis Saty. v. phialas aurea vasa vocat dicēs. Virro tenet phialas tibi non cōmittitur aurum, hoc est aurea vasa. Sic etiā Pomponius iurisconsultus. ff. de auro & argento. Cedant igitur gēmæ phialis vel lancibus inclusæ auro argentoue. Præcise indoctū vulgus accipit pro totaliter, ut ita loquar, vel oīmoda similitudine, vt tu præcise scribis vt ego, tcu. gleich. Sed præcise significat imperfecte & incomplete, & resecatim, a præscindendo, quod optime Cicero ostendit ij. de natura deorū dicens. Sed id præcise dicitur, vt si quis dicat Athenienſiū rempu. consilio regi, desit illud areopagi, sic cum dicimus prouidentia mundū administrari, deesse arbitror deorum. Paropsis παροψὶς legendū est in euangelio passionis Christi, non parapsis, idis. & significat opsonioꝝ repositorium. Martialis. Cum portat gaudens ancilla paropside rubra, halecem.

Patria quid sit notū est, cuiusꝙ natale solum. Patriare aūt & repatriare sunt vocabula rustica, & non digna doctis viris. Similiter patriota & compatriota barbara vocabula sunt, sed vernaculus vel gentilis, vide in dictione verna & in dictiōe gentilis. Paracletus dicendū est per e longā in penul. syllaba nō paraclytus in penul. breui i, sicut proferunt indocti. Et signi. paracletus hortator vel consolator. Itaꝙ pollicetur Iesus discipulis suis missurū se paracletū spiritum, hoc est adhortatorem siue deprecatorē. hoc est aduocatū, vt vulgo interptatur, siue etiā consolatorē. Idem q̄d confirmat Hier. in prologo cōmentarioꝝ in Iohelē dicens, παρακλησις. i. consolatio. Paraclytus vero signi. infamē et malum q̄d in Christum est impiū dicere. Nam παρα para, in hac cōpositione præter vel diminutionē & κλυτος. i. fama, sed paracletus descendit a verbo παρακαλω paracalo, q̄d & rogo signifi. & honor apud priscos, apud iuniores vero græcos etiā pro consolor reperitur, ab hoc aūt verbo παρακλητος paracletor descendit & paraclet⁹, & qui in foro aciudicijs a nris deprecatores vocātur, hij apud græcos noīantur παρακλητορες. de qbus rebus plenius legas in epi. Philelphi. Et apud Ioannē Crastonum. Paganus in dictione gētilis vide. Priuatim aduerbialiter dicendū est, vel priuato, non priuate, quod non reperitur. Processiones sacerdotū &c. non bene, vide in dictione supplico. Pituita latine dicitur quod phlegma græce, uel est morbus ex catarrho proueniēs, de qua Valla sic dicit. Ego puto pituitam latine idem esse quod Catarrhus græce, hoc est quemlibet humorem redundantem, qui ex ore, naribusꝙ fluit, vel etiā si non flueret, etiam non redundaret, quod intelligit Cicero libro primo Tusculanarū cum inquit. Nam sanguinem, bilem, pituitam, ossa, neruos, venas, omnem denicꝙ membrorum, & totius corporis figuram.

Pomū generale nomen est omniū fructuū, qui ex arboribus esui apti proueniūt. Item et malū nomen generale si credimus Macrob. in iij. Satur. qui sic inquit. Sunt de agricultura scriptores qui nuces & mala sic diuidunt, vt nuces dicant omne pomū quod foris duro tegatur, & intus habet quod esui est. Malū vero quod foris habeat q̄d esui est, & durū intus includat. Paruificare quo interdū sacri canones vtuntur, verbū est sordidum. Prærogatiua dicitur latine, quę a barbaris præeminētia dicitur. Prægnans latine dicitur, impregnans, impregnata barbare & non latine, vt Hiero. super Esaiam dicit. De Babylonijs qui paruulis nō pepercerint, & suis eos iaculis vulnerarint, nec prę gnantibus sint miserti. Vlpia. ff. de his qui no. infa. notatur quæ per calumniā ventris nomine in possessionē missa est dum se asseuerat prægnantē. Et Paulus eodē, cum non prægnās esset, vel ex alio cōcepisset, & sæpe. ff. de libe. agno. At in re manifesta nō opus est plura allegare.

Parœtia cum œ diphthongo in secunda syllaba cōponitur ex para præpositione, quod iuxta significat, & οικος quod est domus, & dicitur incolatus & peregrinatio, vt dicit diuus Hiero. vbi sci. domus contiguæ sunt. At parochus & parochia etiā bene dicūtur, ut alibi notaui.

Propinare est præguſtato vino leuiter poculum alteri offerre. Sed iam vtuntur, ut propinare sit cibū, potumq; extra ordinarium voluptatis gratia cum amicis sumere, quod vulgo cōpotare & combibere dicimus. Indocti autē hoc vocant zechare gotthico vocabulo, male ergo nostri dicunt vbi propinatur bonū vinum. i. venditur. Itē propinā vocant condonationē vel aliquod munus, cum PROpina sit locus publicus iuxta thermas & balnea publica, vbi post lauacrū a fame & siti reficimur, quāuis Valla dixerit propina non dicitur, sed popina & popinare. Poeta nō a poio. is. ire, vel boo. are, deriuatur, vt indocti dicūt, sed a verbo græco ποιεω, quod est facio deducitur, vñ poeta latine valet factor. Poetria vero penul. breui nō est ipm poema vel poesis, sed mulier poeseos perita et edocta, vnde Terentia. Dicitur hæc eadē prę clara poetria Sappho, licet Acron ij. sermo. Horatij dixerit hanc potriæ insaniam leuiore noie appello, more vulgi locutus.

Præcordialis & p̄cordialissimus, & cordialis ego nō legi, nisi apud barbaros. Præbenda ne. ge. in plurali legi apud idoneos scriptores non p̄bendas fœmi. gē. ut nostri dicūt. Liui. lib. iij. scdi belli punici. pro deundū igitur in cōcionē Fuluio p̄tori esse, iudicādasq; ppō publicas necessitates, exhortādosq; qui redēpturis auxissent prīmonia, vt reip. ex qua creuissent tps accōmodarēt, cōducerentq; ex lege p̄benda quæ ad exercitū Hispaniæ opus essent. ff. de testibus l. inuiti. prębenda non prębendā legendū censeo. Aul. Gel. lib. xv. loquēs de Ventidio Basso,

post cum adoleuisset vitā sibi ægre quæsisse, eumq; sordide inuenisse cōparandis mulis & vehiculis magistratibus qui prouincias sortiti forent p̄benda publice conduxisse. Erant em̄ copiarij quibus erat præceptū, vt præbenda, hoc est sal & ligna legatis publice missis pręberētur, hic poteris videre q̄ sint prębenda, & qd proprie significent. Prędicare, est vt ita dicam proclamare & publice dicere, vel extollere, teutsch vsschreien vnd vberheben mit vuorten. Et ut dicit Donat⁹ in Eunucho, prædicamus, vt res sunt, laudamus, id est extollimus. Vel prædicamus voce, laudamus argumētis, vnde Cice. de Ora. lib. ij. Semper is fui qui de te oratore sic prædicarē. Plancus ad Cice. Te prædicatorem meorū meritorum esse volui. Cicero pro Aulo Licinio Archia. Ipsi illi philosophi in his libellis q̄s de contēnenda gloria scripserunt, in eo ipso in quo prædicationē, nobilitatem q; despiciunt prædicari de se ac nominari volūt. Et Plini. Cecilius Pomeio Saturnino, hi vero qui benefacta sua verbis adornant, non ideo prædicare, quia fecerint, sed vt prædicarent feciſſe creduntur. Et Lactan. prophetæ vnū deum prædicant, vnū loquuntur. Et inde venit prædicatio quæ est proclamatio. Prædicare etiā (licet raro dicatur) in malū efferre & diuulgare, vt Aoso. ad Gratianū Cæsarem, superiora contingā diues. Seneca, nec tamē consul arguetur rectius q; prædicabitur nō eruditiſſe indolē Neronis, sed amasse seuitiā, nostri vulgo minus proprie accipiūt prædicare, vt significet facere sermonē ad populū Christianū, quæ concio vocatur vt in ea dictiōe vidimus, cum dicat Philelphus in epi. quā vos vulgo appellatis prædicationē est homilia & collocutio quædā rerum, præceptorūq; diuinorum ad populū. Sermo igitur ille significatur homilia græca dictione, vt suo loco vidimus, non prædicatio. Prædicatio em̄ & laus vtrunq; vnū significat, vt dicit Hiero. in epi. Item cōcionatores vocātur, hi qui apud nostros prædicatores dicuntur, vt in dictione cōcio videbimus, dicit em̄ Sipontinus pontifex homo impense vt mea fert opinio doctus, concionātes quos vulgo prædicatores dicerent. Parisij pluralis numeri tantū, vel parrhisij, ut apud non pœnitendos nuper quosdā neotericos reperi scribitur, significat & ciuitatem & ciues, oppidanosq;, sicut Delphi pro oppido & oppidanis ponitur, similiter Leontini, Rubi, Gabij, Turij, Arpi, Argi, Puteoli, Philippi, Hirpini & multa alia, male igitur quidam dicunt ex Parisius, sed ex parrhisijs, vt Iulius Cæsar in Leutecia Parrhisiorū scripsit, de quibus rebus vide cōmentarium nostrū in Caro. epistō. Persona, ut Caius Bassus scriptū reliquit teste Gellio, a p̄sonādo dicitur vulgo schemick, quā vulgares laruā vocāt. Nam caput (inquit ille) & os cooperimēto personæ tectū vndiq; vnaq; tm̄ vocis emittendę via peruiū, qm̄ non

vaga neq; diffusa est in vnū tm̄ modo exitū, collectā coacta vocem & magis claros, canoroscq; sonitus facit. Et sic histriones in scæna personas accipiūt, cum aut seruū agunt, aut ancillā, aut matronā, aut leōem, aut parasitū, & mille huiusmodi. Suetonius de Nerone. Cantauit tragœdias p̄sonatus heroū, deorūcq;. & a Seneca epi. lx. dicitur p̄sonata fęlicitas. i. vmbrata, & q̄ similitudinē habeat fęlicitatis. Et persona in hoīe significat qualitatē, qua alius ab alio differt, vel in animo, uel in corpore, vel in extra positis. Plini. iunior. Plurimū interest quid esse tribunatum putes personā tibi imponas. Caue aūt vt̄ personā pro hoīe accipias, barbari em̄ sic loquūtur. Tres personæ fuerunt in domo nostra, vel quot personas habuisti in prandio, cum deberēt dicere tres hoīes, vel quot hoīnes, vt testis est Valla. Ita nec personaliter dices, nam vbi hodie dicitur personaliter citare docti dicunt vadari. Pythagoreus penultimā producit contra vulgi consuetudinem. Persius. Meonides quintus pauone ex pythagoreo. Differunt aūt pythagorei, pythagoristæ, pythagorici. Pythagorici em̄ sunt pythagorę discipuli. Pythagorei pythagoreo q; discipuli. Pythagoristæ vero dicuntur illi qui vitam pythagoræ sequuntur, hæc differentia apud græcos seruatur, vt dicit Georgius Merula. Peiorare & meliorare verba sunt quibus nemo latinus vtitur, de receptis loquor. Perorationē quidam cumulū, alij conclusionē vocant, in qua rerū repetitio sūmatim fit, q̄ græce dicitur anacephaleosis. latine dici p̄t, vt Augustin⁹ interpretat recapitulatio, at recapitulare quo vtitur Hiero. in translatiōe ep̄ę Pauli ad Ephesios, & recapitulatio quo Augusti. vtitur, sunt verba triuij, et de quotidianę sermocinatōis fece assumpta. Pedica nō signi. digitū pedis, teu. zeeh vt indocti dicūt, sed vincula pedū, sicut manicæ vincula manuū. Vir. Et gruibus pedicas & retia figere ceruis. Præsto sum, vel secundum poetas p̄sto adsum, nec alteri verbo adiūngitur, & quid significet docet te Vallensis, qui etiā inter cætera dicit p̄sto sum in vltima significatiōe accipi solet pro eo quod nūc dicimus cōpareo, vt ad hanc horā præsto sis. i. cōpareas. At Laurenti q; nūc dicimus cōpareas, non est oīno sine auctore. Iulius Frontinus lib. i. Inde qui non ex causa culpæ videbātur accersiti cōparuerunt, & Lactan. li. v. ca. iij. Cum Domitius eum punire vellet repente in iudicio non cōparuit. Et Seneca in prologo decla. Sed sępe q̄d quęrēti non cōparuit, aliud agenti præsto fuit. Plau. in amphy. & memor sum & diligēs, vt q̄ imperes cōpareant. Idem in Aulula. qui modo nusquā comparebas, nūc cum compares peris.

Promotiōes nostri dicūt quod elegātiores vocant cōmendationes nec tñ primū sine auctore. Plini. in epist. ad Cornutū, postea promotus ad amplissimas procuratiōes nulla occasione corruptus. Sene. epi.

ui. ex tenui principio se ipse promouerat. Claudia. Exprobrare soles ne quos promoueris alte. Vegetius lib. ij. de re milita. vt ex prima cohorte ad gradū quempiā promotus. Et Apu. cp nihil etiā tunc in suos amores ceteris artibus promoueret, hic tñ promouere aliud significat quā apud nostros. Pando facit in supino passum non pansum, vt testatur Serui. i. ænei. & Gel. li. xiiij. ca. xv. Et vtidē Gel. tradit expassum non expāsum, & manibus passis nō pansis. Itē velis passis, non pansis quod significat diductis atq; distentis, hæcille. Plau. in milite glorioso, dispansis manibus patibulū cum habebis, pro dispassis dixit. Inde in Tertuliano. Oppansum velū perperā legitur, pro oppassō, & expansos vngulæ fodiār, pro expassos, q̄d si archetypus haberetur nō dubito quin expassos & oppassum legeretur. At indocti oīa contaminant sua barbarie. Prouisor, oris. pro eo qui prouideat magistrū in schola, uel aliū quempiā in alio, nunq; potui iuenire apud idoneos latinos, sed talis latine & eleganter dicitur vel vicarius uel auditor, quo vtitur Quintil. li. ij. dicens, sed magis per adiutores docēt oratores, quia nō videntur tēpora suffectura &c. quos græci hypodidascalos vocāt, ὑποδιδασκαλους. Prasinus media breui color est quē vulgo uiridem vocāt, nec tñ sine auctore, viridi em̄ colore vtitur Gelli lib. ij. ca. xxvi. Item Ouid. Et niger a viridi turtur amatur aue. Iuuena. Saty. ij. Percutit euentum viridis quo colligo panni. Et Plinius in epistol. & alij.

Punire & mulctare dicimus latine. Penare & penalisare barbare & gotthice, sed differunt mulcta vel multa sine c, vt & docti scribunt & pœna, vt tradit Vlpia. ff. de ver. signifi. POEna nomen generale est & omniū delictorū coertio, MVLcta specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est, at mulctare etiā dicimus quo ad vitā. Lactant. li. ij. ca. iiij. qui eam sententiā exceperat, morte mulctatus est, & Florus lib. i. suspectū regiæ dñationis præsenti morte mulctauit & Solinus et velut fateretur reatū, pœnitentiā suam morte mulctauit. Et Cice. lib. i. tuscu. dicit morte multatū. Plau. in amphi. dicit, nunquid causam dicis quin te hoc mulctem matrimonio, & alij etiam, de mulcta plura leges apud Gellium libro iiij. in prologo, & Varronem de lingua latina ad Ciceronem. Prosapia Quintilia. in viij. libro verbum ait esse nimis obliteratum, quo tamen vtitur Suetonio, Apuleius, & Iustinus, quod ego memini, & ipse idem Quintilianus, & dicitur progenies, & vt dicit Marcellus longitudo generis, dicta a prosupando, aut proserpendo. Q. cum latina dictio sit, vt ex derivatione cognoscitur, penultima breuis est, contra vulgi pronunciationem, quia vocalis ante uocalem in his corripitur, hæc etiam a nostris parentela dicitur, vix multū vsitate apud veteres, ego solum apud Capitolinum legi.

Peri hermenias περὶ ἑρμηνείας liber est Aristotelis in dialectica de interpretatõe, componitur em̃ a peri q̃d est de, & hermenias genitiuo. id est interpretatiõe, grẽci em̃ carent ablatiuo, dicendũ est liber peri hermenias penulti. longa etiã græco accentu, qm̃ per ει diphthongon in penultima scribitur, non peri hermeniaꝝ, vt indocti faciunt. Item decadũ non decadarum. Possibile & impossibile quidã respuũt tanq̃ non latina, quibus ego non plane assentior (audiui aũt a quodam docto Quintilianũ primum vsurpasse hæcip̃a) Oratores tñ rarissime ea habuisse in vsu admitto. Nã oratores dicũt potest fieri, pro possibile, nõ potest fieri, pro impossibile, eadem tñ vocabula p̃ter alios idoneos rerũ ecclesiasticaꝝ scriptores eloquentissimus & a nobis Christianus Cic. appellatus ille meus Lactan. in vsu habet, dicit em̃ lib. i. ca. viij. dubitet ergo aliquis an quicq̃ difficile, aut impossibile sit deo qui tanta excogitauit. Iustinus lib. ij. vt Herculi rex quasi impossibile imperauerit. Macrob. li. v. satur. quia cum hæc tria ex æquo impossibilia putentur. Et Vegetius de re milita. sæpe vtitur. At vt verum fatear apud eloquẽtissimos nunc̃ legi. Prætoriũ signi. tabernaculũ ducis, quod alio noĩe, vt docet Quintili. lib. viij. de perspicuitate dicitur augustale, veteres em̃ oẽm magistratũ cui pareret exercitus prætorẽ appellauerũt, vt scribit Asconi. vnde porta p̃toria in castris noĩatur. Et nauis p̃toria & præfectus p̃torio. Iusti. li. ij. Et sexcẽti viri castra quingentoꝝ milliũ irrumpũt, statimq̃ regis prętoriũ petunt &c. Itẽ prætoriũ dicitur ædificiũ magnificũ in rusticis prædijs, & vrbanæ villæ, vt docet Palladius iurisconsul. de serui. prędi. ait licere altius tollere & officere p̃torio vicini.

Principalior principalius principalissimus non sunt tersa, & satis latina vocabula, si credimus Georgio Merulæ in Galeottũ ita dicenti. Nam apud quẽ principaliorẽ et principalius legisti, nisi forsan Germaniæ & Pannoniæ gentis familiarẽ vocem Romanã putasti, ex quibus dubitari forsan posset an principalis latine dicat, et satis terse, sed latine dicitur. Pli. in xij. principalia ergo in illa thus et myrrha. Quintil. in ix. Est igitur tropos sermo a naturali & principali significatõe translatus Lactan. potest esse deus principalis qui alijs ortum suũ debet, & Gel. in ij. Et in xij. Vlpia. ff. de iniu. & famo. l. i. Et alij iurisconsulti, & Tertulia. At hactenus apud Cice. nondũ inueni. Princeps itẽ est generis cõmunis. Principissa aũt latinũ non est, sed barbaꝝ & gotthicũ, in fœminino præter cæteros posuit Cornelius Tacitus lib. xiij. præmiũ honestæ operæ assequi q̃ corrumpere cubicula principũ fœminaꝝ. Nonne & Augustinus in sua grãmatica dicit esse generis cõmunis? Et Hiero. lib. iij. regũ, vt alibi dixi. a principe principor, aris. verbũ formatur, id est dominor & principem ago, quod vix elegãs verbum existimo, sicut

nec principior, aris. quod incoho et incipio significat. Physis prima syllaba cum y græco dicitur latine natura, & oia eius cõposita cũ y græco scribi debent, vt physica, physiologia, & physicus (teste Cice. de natura deor.). i. naturalis. Et physiologia (eodẽ teste). i. naturæ ratio. Physonomia aũt aduerbiũ dicitur naturæ regula, & teste Gellio id nomen signi. mores naturasq; hoim cõiectione quadã de oris et vultus ingenio, decq; totius corpis habitu sciscitari. Nota aũt cp physis primã corripit, vnde Alexander nequã, vel ut alĩ dicũt. Martia. coquus. Corrupit natura physim cursuq; rotatu, sup hoc dicit Paulus Põpilius. Martialis coquus productã breuiat hoc versu p̃dicto in dictione physis. et ut idẽ dicit, sed hũc tu lega coquis. At bone Põpili etiã physis apud alios corripitur, vnde Sibylla, vt allegat eam Lactan. meus lib. ĩ. cap. xĩ. ΑΥΤΟΣ ΕΛΙΞΕ ΦΥΣΙΝ ΠΑΝΤΟΥ ΓΕΝΕΗΣ ΒΙΟ ΤΟΙΟ. Et græcũ distichon ne scio cuius, sed tñ egregium et catholicũ, ΧΡΟΝΟΣ ΟΙΔΕΝ ΑΜΕΙΒΕΙΝ ΟΥΝΟΜΑ ΚΑΙ ΜΟΡΦΗΝ ΚΑΙ ΦΥΣΙΝ ΗΔΕ ΤΥΧΗΝ, quod sic interpretatur. Aeuũ oia rapit & furtiuũ tempus mutat noĩna & faciẽ, & naturã, et fortunã, & Prudentius contra Symachũ. Ne vos o miseri physicor. dogmata fallãt. Et Phocylides in suo nuthetico ΜΗ ΠΑΡΑΒΗΣ ΕΥΝΟΣ ΦΥΣΕΩΣ ΕΙΣ ΚΥΠΡΙΝ ΑΘΕΣΜΟΝ. Inuenio etiã corripi in aureis carminibus Pythagoræ. Quattuor p̃ duplex t scribẽdum est, ut volũt, & triũ syllabar. est. Virg. x. ænei. Quattuor hic iuuenes to tidẽ quos educat Vphens, nostri aũt male dicũt quattuor duabus syllabis. Aldus vult simplici t in p̃sa & regulariter scribendũ cp q̃ter p̃bet.

Quæstores a quærẽda pecunia publica, maleficijsq; indagãdis q̃stores dicti. Hor. aũt triplex est genus, & qui publico ærario et sumptibus publicis præerãt, teu. seckelmaister oder silberkammerer, & hos vulgi & indocti camerarios, camerlengos, bursatores, vel imbursatores dicunt. Sunt & quæstores qui maleficijs, dandisq; iudicijs prẽsunt, qui & quẽstores parricidij dicebãtur, vnde Pompo. ff. de origine iuris, & qa vt diximꝰ de capite ciuis Romani iniussu populi Romani nõ erat permissum lege cõsulibus ius dicere, propterea quæstores cõstituebantur a populo, qui capitalibus rebus p̃essent, hi appellãtur quæstores parricidij, hodie aũt dicũtur vulgo maleficior. iudices, teu. blutrichter, & dicti sunt quæstores teste Varrone de lingua latina lib. pri. a quærendo, qui conquirerẽt publicas pecunias & maleficia, ergo dicendi sunt merito q̃stores, qui iam à vulgo & fiscales episcopor. & Cæsaris dicũtur cum fiscalis sit res pertinẽs ad fiscũ, vnde Paulus iurisconsul. ff. de publica, & ve. &c. dicit mercatores qui de fundis fiscalibus mercari cõsueuerũt. i. pertinẽtibus ad fiscũ. Item & Sueto. Tranq. de Domiciano. Fiscales calũnias magna calumniantiũ pœna repressit, ferebaturq; vox

Princeps qui delatores nō castigat irritat, vnde FIScus est pecunia publica, vnde & dicit Asconius Pedianus super secundū Verrinarū, fisci fiscinæ fiscellæ spartea sunt vtensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. Fiscus tñ proprie ad principē pertinet, AERarium vero ad rempu. Tertiū aūt quæstores cōsulibus in bello addebātur ad curā prędæ, & spoliorū in publicū referendorū, sicut vrbani damnatorū bona in publicū referebāt, tertiū in bello p̄cipui habebātur, & vice aliqñ fungentes imperatoria in exercitu, vulgares apud Italos vocāt tales seneschalcos, quos apud nos credo mareschalcos dictiōe fane barbara:

Quindena vocabulū est idiotarū, vt Valla dicit, sicut nec decena uel quadrātana dicimus latine. ¶ QVOMODO respondendū sit per aduerbia interrogātibus. Cum interrogo legisti ne, respondes opti me, legi vel etiā, vnde Plini. iunior in epist. ad Corneliū Tacitū. Studes inquā, respondit, etiā. Vbi est, Mediolani &c. plures aūt cū interrogant scripsisti, respōdent īmo puerilīter, immo em̄ quod per duplex m scribendū est, & per latinū i aduerbiū est eligendi nō affirmandi, vt volūt sed vt videtur, Immo etiā est affirmādi. Cicero ad herenniū lib. iiij. in exornatione q̄ sermocinatio dicitur, ita dicēs. Tum mulier. immo quidem iste rogat & supplicat, & lib. i. tuscula. M. ergo dicis esse eos. A. immo, quia nō sunt &c. nec etiā respondeas sic, more barbarorū. Sic em̄ potiꝰ similitudinis est aduerbiū q̄ respondendi. Similiter scd'm artem nō bene respondetur ita, cum etiā sit similitudinis, tñ cum responderis ita, nō facies sine auctoritate. Nam Simo apud Terentiū dicenti Dauo mihi ne, respondit ita. Itē nec bene rñdebis vtiq;, si credimus Laurenti. Val. qui dicit vtiq; non ita solet ad responsionē adhiberi. Quidam & aliquis Laurētio teste, sic differūt, q̄ quidā certum hoiem significat, vt quidā vult mihi cōmodato dare Albertū magnum in physicis, ibi scio ac noīnare possum quis ille est, Aliquis vero & quispiā incertum hoiem designāt, ut aliquis pulsatores, cū non possum noīare quis sit, vbi aduertendū est, q̄ nostri male rñdent cū ab eis pulsantibus aliqñ ianuā quæsitū fuerit, quis est ille, rñdet, aliquis, quidā em̄ deberet rñdere. Hoc cōprobat illud Plauti, Aedes aliquid, nolo hercle aliqd, certū q̄ aliquid maliuolo. Illud etiā sciamus īproprie dici quo quidā vtuntur, est quid mirū, est quid pulchrū, dicendum em̄ est quiddā mirum, quiddā pulchrū. Nam quid pro aliquid accipitur non pro quiddam.

Rusticus dicitur ruris cultor, aliqñ tamē est propriū nomen, vt epistola sancti Augustini ad Rusticū. Et Catullus ad rusticum, pro vt est propriū nomen, vbi quidā drñtiæ causa scribūt Rustycus per y grēcū ignorātiæ suæ testes. Cum nulla nisi grēca dictio per y græcū scribenda sit, qualis Rusticus non est, vbi quidā aliꝫ multo indoctiores dicūt.

Rusticus pro ut est nomẽ propriũ media longa, ad differentiã appellatiui nomis rusticus. Cur non faciunt etiã inter Fœlix, Clemẽs, beatus, Magnus & cætera multa drñam: cum illa sint qñq; propria, qñq; appellatiua, cp aũt Rustic⁹ propriũ media breui, vt debet enũcietur, auctoritas Catulli suffragat dicẽtis. At en Rustice semilauta crura, quilibet ibi carminis mediocriter expertus intelligit in hoc phalecio rustice facere dactylum. Recens, id est nouus. Inde recens vinum, id est nouũ, barbari aũt dicunt recens socius, id est fortis & audax. Et recentiores scriptores, quos dicunt imperiti nouiores. Cuius contrarium est vetus & vetustũ, ut vetus vinũ, non antiquũ vel senex. Sene. epi. lxiiij. quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat. Hieron. in epi. ad Augustinum. Bibat vinum vetus cum suauitate & nostra musta contẽnat. Religio iuxta Gelliũ a relinquendo dicitur, sicut cerimoniæ a carẽdo, hinc veniũt religiosi dies, & sunt hi qui tristi omine infames impediticq; sunt, in qbus & res diuinas facere, & rẽ quampiã nouã exordiri temperandũ est, hi & dies atri dicũtur, & a neotericoteris his qui canonistę dicũtur, appellitãtur ægyptiaci, a prouincia huius rei obseruatrice, quos (ut tradit idem Gel. in iiij. ca. ix.) multitudo imperitorũ praue & perperã nefastos appellat, hęc ille. Quo in errore (si error est) versat Sueto. in vita Tiberij. Diẽ quoq; natalis eius Agrippinæ. s. nurus inter nefastos referendũ suasit. Et Pli. de viris illust. dicẽs. Dies quo id factũ est inter nefastos relatus. Et L. Florus li. i. de bello Gallico (quẽ *ego magno labore, nec sine laude professus sum in studio Tubingẽsi, Anno dñi M.cccc.xcviij.*) qui sic inquit. Itaq; hunc diẽ nefastis Roma mandauit, quod si fere apud oẽs codices quos ego potui inuenire haberetur fastis, ego corrigendũ duxi substituẽs nefastis quod mlto plus tolerandum est q̃ fastis, quod nullo modo quadrat sententiæ, nisi capiamus pro annalibus fastos, in quib⁹ totius anni fit descriptio, quod tamen etiam vix quadrare potest in hoc loco Flori. Reputare est consyderare & secum cogitare, siue recogitare. Plinius iunior Fabio Valenti. cœpi reputare quos in hoc iudicio, quos in illo socios habuerim. Idem Minuciano Fundano. Ita hæc quo die feceris necessaria si quotidie fecisse te reputes, inania videntur. Quintilianus. quoties facta reputaui, flagella mentis sonant, vltrices video furias. Et Boetius, cum hæc mecum tacitus ipse reputarẽ. Apulei. cum id mecum sæpe reputarem. Aliquãdo reputare accipitur pro computare. Vlpia. iurisconsul. Sumptus litis tutor reputabit, & viatica si ex officio necesse habuit aliquo ire vel proficisci. Barbari aũt accipiũt reputare pro existimare vel opinari, vt ille reputatur doctus. i. existimatur. Et vbi latine deberent dicere homo magnæ existimationis vel opinionis, teu. ainer do man-

vil uffhelt vnd vuol geacht vuirt, dicũt barbare & non latine homo magnæ reputatiõis. Exiſtimatio igitur et opinio, qñq; accipiũtur actiue, vt exiſtimatio mea, vel opinio mea. i. ita æſtimo, & talẽ habeo opinionẽ, quando q; paſſiue, vt homo magnæ exiſtimationis, vel opinionis. i. famæ & noĩs q̃d habetur de eo, ſic econtrario, vir malæ opinionis vel exiſtimationis. i. famæ malæ q̃ de eo habetur. Cic. in Salluſtiũ Satius eſt em̃ me meis rebus geſtis florere, q; maior opinione niti. Hie rony. cõtra Pela. vt bonam opinionẽ ab his qui fortis ſunt habeat. Et Quinti. in xi. inſtitu. lib. hac Gne. Lentulũ plus opinionis cõſecutum q; eloquẽtiæ tradit. Et Gracchus in quadã oratione dicit, vt allegat eũ A. Gel. lib. x. ca. x. Verũ peto a vobis non pecuniã, ſed bonam exiſtimationem, atq; honorẽ. Eſt aũt exiſtimatio, vt tradit Caliſtratus iuriſconſul. ff. de va. cog. dignitatis illeſę ſtatus legib⁹, ac moribus cõprobatus.

Reſpondeo latinũ eſt, Correſpondeo nõ, teſtis Valla & alĩ. Reſi cõponitur cũ verbo initio vocalẽ habente, vel aſpiratũ principiũ, d litera frequẽter interponitur, vt redamare, nõ reamare, redhibeꝛ non rehabere, redaſſumere non reaſſumere, redidificare nõ reædificare, redintegrare nõ reintegrare, ut in Terẽtio legendũ eſt. Amantiũ irę amoris redintegratio eſt, redambulo, nõ reambulo, redoleo, nõ reoleo, redigo, non reago, redarguo, non rearguo, redimo, non reemo, & *plura alia*. Rubrica eſt terra rubra q̃ alio noĩe Sinopis dicitur, *primum* ínuẽta auctore Plinio in Ponto. Et *habet penul. longam contra* vulgi conſuetudinẽ & quorundam *leguleioꝝ. Perſius. Excepto q; ſi maſuri* rubrica notauit. Alĩ tñ melius legũt Perſiũ ſic. Excepto q; manſuri rubrica notauit. Ita em̃ apud græcos ſcribitur, & p̃ſertim Atheneũ μαν σουρίου mãſurius, vt alibi dixi in arte carminum. Idem. Non ſecus ac oculo rubricam dirigat vno. Hora. in ſermo. Prælia rubrica picta aut carbone velut ſi. Reſignare noſtri dicunt vulgo vbergeben, oder vffgeben, q̃d ego nunc̃ legi, tñ Feſtus dicit reſignare antiqui dicebant reſcribere, vt adhuc ſubſignare dicimus, pro ſubſcribeꝛ, et ſignare pro ſcribere dicebãt antiqui. Reſignare itẽ eſt quod ſignatũ erat aperire, eſt em̃ contrariũ ſuo ſimplici. Nam SIGnare eſt ſignũ annulo imprimere. Itẽ Reſignare eſt reddere, q; fit cum in libris datorũ & acceptoꝝ, pecuniam quã acceptã ſignauimus, redditã demõſtramus. Regratior, aris. non eſt latinũ, ſed gratias agere, vide de g. Ripa non ſignificat, teu. ein bach, ſed eſt extremitas terræ quã aluit fluuius. Littus aũt dicitur quã terram aluit mare, lacuũ aũt ſtagnorũq; & magnaꝝ paludũ magis littus quã ripa dicitur, quia propius ad imaginẽ maris accedũt, vt ſint tm̃ ripæ aquaꝝ currentiũ. Reus teſte Vallenſi, male pro nocens accipitur, ſed reus eſt oĩs qui iuſte vel iniuſte in parua uel magna re ac-

cusatur, iuxta id quod dicit Cicē. ij. de oratore. Reos autē appello non eos modo qui arguūtur, sed omnes quoꝝ de re disceptatur, & reatus quod Messala primus dixit apud latinos & idoneos nō significat peccatum, sed accusationē illam qua reus arguitur, vnde Apulei. quē solum in meo reatu testē innocentiæ citare possum. Recolo non significat recordor & memini, vt literatores vsurpant, sed repeto, reputo, in mente tracto. Ouid. Hæc tua iam recolo, quondā germana canebat Cice. Sensimus hic nuper falso nuncio vero prope diē sentiemus, quę si tecū ipse recolis, æquiore animo & maiore consolatione morieris.

Ribaldus & leccator, item truffator non sunt latina vocabula, sed barbara & gotthica. ¶ Resolutus doctor dicitur minus latine, qui dilucidus, planusq; sit. Simulacrū scribitur latino i & in fine c nō aspirato, vt ego opinor, & est penul. semper longa, quia a simulatū venit, quod a producit, vt testis est Lactan. lib. ij. ca. xix. ut Cicero in prognosticis. Et diuū simulacra peremit, fulminis ardor. Item lauacrum cum a lauatū veniat etiā a in penul. producit. Serenus Samonicus. Atq; hinc in calido percurres membra lauacro. Item etiā inuolucrū media longa est, sicut præcedētia, venit em̄ ab inuolutū, tu. STA locuturo mihi de noibus in sta terminatis, non possum vitare dum meā sententiā protulero, quin multos indoctos sim lęsurus, dum ab eorū opinione sim alieniſſimus. Nomina em̄ in sta nisi sint a græcis, apud quos in stes terminantur, latina non sunt, nec vnq; aliquis latinorū aliquo talium vsus est, dicimus em̄ bene Sophista, quia gręci sophistes. Et quo Gellius vtitur Rhetorista, lanista, quia græcus lanistes. Cytharista & lyrista, quia græci in stes finiunt, q̄uis etiā vsitatius dicamus cytharedus lyricus. Plinius, audisses comœdū, vel lectorem, vel lyristen. Itē bene dicimus, vt est apud ecclesiasticos Baptista, euāgelista & quo diuus Hiero. vtitur Solœcista, sed alia q̄ non veniūt a græcis noīa in sta latina non sunt, sed barbara & gotthica, sunt aūt hæc & similia, Legista, iurista, latinista, nobilista, artista, thomista, scotista, occanista, albertista, alphabetista, teutonista, alteristā, lutinista & similia. A Donato donatianus non donatista, vnde Augu. contra Cresconiū grammaticū lib. iiij. ca. ix. q̄ aūt tibi non placet deriuatio noīs, vt a Donato donatistæ appellētur, et censes latine regula locutionis potius declinandū, non aspernor tuam admonitionē. Verū quęre apud grāmaticos iudices, apud q̄s cum maximianēsibus de arte confligas. Pędagogus non pædagogista. Canonista magis tolerandū est, qa canon græcū, et sic græci canonistes, q̄uis apd̄ eruditiores nō ius canonicū, sed pontificiū dicatur, pro legista em̄ dices legisperit⁹ vel legū studiosus, vel leguleius nō iurista, non artista, sed artiū professus, vel artiū peritus, vel si est solū scholasticus,

artiũ ſtudioſus, vel de ſcholaſticis dicas, legibus operatus, vel iuris vel artibus operatus. Sic em̃ dicit Quintili. in x. Iulius Florus cũ ſecundum iuuenẽ ſic dictum ſcholæ ad huc operatũ triſtem vidiſſet, dicit ſcholæ operatũ, quod nos dicimus vitare ſcholas, nõ vocabuliſta, ſed vocabularius, q̃ ſcribit vocabula, itẽ non Albertiſtę vel Thomiſtæ, ſed Alberti, vel Thomę ſequaces, vel ęmulatores, ſic de ſimilibus. Solẽnis per ſimplex l et duplex n dicitur, id in anno ſemel fit, ſicut ſolenne feſtũ ſancti Ioãnis. Nam vt Feſtus ſcribit, ſolẽnia dicũtur, quæ in omnibus annis præſtari ſolẽt, vel dicta eo q̃ ſoleant fieri quoq; anno. Cice. pro Murena. Q̃ ſi illa ſolẽnis comicior̃ precatio cõſularibus auſpicĩs cõſecrata &c. Cauete igitur in poſterũ ne dicatis ſolẽnis doctor, ſolennis vir, quia tm̃ valerẽt, doctor uel vir qui in anno ſemel fit. Notatecq; veram orthographiã. In plurali aũt ſolẽnia, ium. ibus. non ſolẽnĩs, ergo diſplicet mihi ille hymnus. Sacris ſolẽnĩs, deberet em̃ dici ſolennibus, quia ſolẽnĩs reperitur nuſq̃, ſic etiam inſignia inſignib⁹ dicimus, non inſignia, orum. inſignĩs, vt alibi notaui. Sororius, a. um. eſt nomen adiectiuũ a ſorore, vnde Ouidi. viĩ. meta. lib. dicit ſororia oſcula, id eſt caſta & pudica, qualia decent ſorores, dicunt aũt aliqui ſororius eſt qui alicuius ſororem duxit, quod ego hactenus apud idoneos nondũ inueni, talem Iuſtinus generũ etiam vocat lib. xviĩ. qua incenſus Pigmalion, oblitus humani iuris, auunculũ, eundemq; generũ ſuum ſine reſpectu pietatis occidit Sycheum ſcilicet, hunc ego generũ ſororium dicerem differẽtiæ gratia, q̃ ſi aliquãdo vnus aut alter ex doctis aliter ac ego præcipio, loquitur, reſpondebo cum Laurẽtio, neq; ſi quando aliter penes auctores reperiatur, mihi obeſſe debet, non legẽ ſcribo, quaſi nunquã aliter factũ ſit, ſed quod frequẽtiſſime factitatũ eſt, preſertim a Cicerone & æqualibus. Sors quandoq; teſte Feſto ſignificat teſtimoniũ, item ſignificat dei reſponſum, vnde ſortilegi dicunt qui ſortes et reſponſa deorũ colligunt & tractãt, vel qui ſub noĩe fictæ religionis per quaſdã, quas ſanctor̃, ſeu apoſtolor̃ vocant ſortes, diuinationis ſcientiã profitẽtur, aut quarũcunq; ſcripturar̃ inſpectione futura promittunt, vt habetur xxvi. q. ĩ. & apud Iſidorũ viĩ. lib. etymologiarũ. Item ſors dicitur quod cuiq; accidit in ſortiendo, teu. was einem ieglichen zu ſeinem tail wirt in tailũg, vnde ſors dicitur etiã illa prima pecunia & ſumma q̃ confertur ad ſocietatẽ, vt inde lucrũ fiat, quod ineruditi vulgo capitale nominãt, vel ſocietatis corpus, nos aũt, teu. dicimus hauptgut, vt reliqua oĩa æquo animo perderẽ, ſi ſors mihi ſalua eſſet, vnde conſortes dicuntur eiuſdem ſortis. Sacellũ, vt C. Trebatius iuriſconſul. ſcribit, eſt locus paruus deo ſacratus cum ara, hoc eſt paruũ templum, teut. ein capel. Indocti aũt & barbari dicũt capella,

tum capella nihil aliud sit quã parua capra. Soli. in colle. ca. i. Inter antiquissimas sane religiones sacellũ colitur Angeronæ. Et Lactan. Eoq; in loco multorũ deorum sacella essent. Dicitur aũt sacellum nõ a sacra & cella, vt Trebatius existimauit, sed est diminutiuũ a sacro, & simplex verbũ, vt affirmat Gelli. lib. vi. cap. xij. Sed redeo ad barbaros, dicunt capellã ideo vocari paruũ templum, eo q; olim caprinis pellibus tegerentur hæc templa, eo q; contra fulmina valerent. O stolidã & commenticiã ratiõem, quis em̃ legit caprarũ pelles esse ad fulmina abigendaidoneas: q; etsi esset verũ, nulla tamen res q; ego sciã, ab eius tegmine & operimento nomen sortita est. Constat aũt pelles vituli marini (quos græci phocas appellant) aduersus fulmina remedio esse, vt Pli. est testis lib. ij. na. hi. Quapropter diuus Augu. eos semp & vbiq; ferre secũ solebat, quoniã tonitrua et fulgura maxime expauescebat. Item sacellanus ein caplon, nõ capellanus, vt opici dicunt. Sacrariũ est proprie locus in tẽplo, in quo sacra reponũtur, vt dicit Seruius, quod barbare nostri vocãt sacristi, cum latinũ non sit, vnde & Vlpia. iurisconsulti. ff. de rerũ diuisione & qualitate dicit. Illud notandũ est, aliud esse sacrũ locum, aliud sacrariũ. Locus sacer est locus consecratus. Sacrarium est loc⁹ in quo sacra reponũtur. Sic etiã DONarium teste Seruio in xij. est locus vbi oblata reponũtur. Sicut LECtisternia locus vbi hoies in tẽplo sedere consueuerũt. Sacristia latinum non est, vt supra dixi.

Solœcismus in scda syllaba per œ diphthõgon, est nomẽ quattuor non quinq; syllabarũ, Iuuena. in vi. Saty. Verba solœcismũ liceat feciſse marito. Et Martia. Sæpe solecismũ mentula nostra facit. Est autẽ solœcismus, vt Asinius Capito definit, impar & conueniens compositura partiũ orationis, de solœcismo lege plura in Aul. Gel. lib. v. ca. xx.

Serius non serioſus latine dicimus, teut. ernsthafft, vt Valla testis est in Antoniũ Raudensem, dicimus igitur res seria non serioſa. Frõtinus in strategematis, diuus Augustus Vespasian⁹ ludẽos Saturni die quo nephas eis est quicq; seriæ rei agere adortus superauit, vnde & Lactan. lib. ij. di. institu. ca. xiij. Verum hi qui faciunt seriã se rem facere opinantur. Et Plinius iunior ad Mesium Maxi. Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re tam serio tempore tam scurriliter laudat. Serio etiam aduerbium nõ serioſe dicimus. Lactantius libro primo. Cum videat homines ea serio facere. Sarctor, teuto. ein schneider, non sartor, vt dicit Perottus. Sarcio em̃ idem est quod in integrũ facio, vnde sarctores dicti, qui vestes sarciunt, hoc est suunt, & sarcte, id est integre Nam sartor sine ca sarriendo deducitur. Sarrire enim veteres purgare dicebant, vnde SARculum instrumentũ rusticũ quo terra purgatur, teuto. firb. Et sarmenta virgulæ vitium superuacuę abscissæ. Plau.

Sarctor, sartorq; scelerũ, et messor optĩe. Hęc Nicolaꝰ Perottus. Non tñ sic sentit Marcellus qui dicit. sartores dicti non solũ a sarciẽdo, verũ etiã a serendo, vtrobiq; em̃ sartor sine c scribitur, & sarcinator idem ꝙ sartor vel melius & elegantius est vocabulũ. Lucillius, sarcinatorẽ esse summũ suere centonẽ optime, vnde & Caius iurisconsul. ff. nautę caupones &c. l. nauta dicit. Nam & fullo et sarcinator nõ pro custodia, sed pro opera mercedẽ accipiunt, & Paulus. ff. de furtis, fullo vel sarcinator qui polienda vel sarcienda vestimenta acceperit &c. Sutor aũt est artifex calciorum. Sensualitas vocabulũ non elegantiũ scriptorũ, sed philosophoꝝ & dialecticorũ. Schola vel scholæ plura. nu. ꝑ ch aspiratũ scribi debet, & dicitur teste Pompeio ex gręco σχολάζω. i. vaco. as. are, a vacatõe, ꝙ cæteris rebus omissis vacare liberalibus studijs pueri debẽt. Faciunt quidã drñam inter scholã & scholas vanã, & ridiculã, legent em̃ apud Vale. Maxi. Ausoniũ poetã. Quintilia. et Lactan. scholã, & apud Pompeiũ, & alios scholas pro eodẽ accipi, vtputa literarũ ludo. Hinc etiã schola triuialis dicitur, quã barbari vocãt particularẽ, hoc est non vniuersale studiũ: Et triuialis scientia ea q̃ traditur in triuijs, qualis est literaꝝ ipsarũ doctrina, a triuijs nanq; triuialis dicitur non vt quidã indocti putant, quod tres artes contineat. Grãmaticam, Dialecticã, Rhetoricã. Item nec Quadruuialis scientia bene dicitur, nemo em̃ ex doctis vnq̃ sic locutus est. Cur non dicis o barbare et indocte, scientia trifluuialis & quadrifluuialis, vel trilinearis, quadrilinearis. Dic mihi differentiã? Et sic ego contra quendã sacerdotẽ literatorem scripsi. Q̃ aũt dicis quadruuiales disciplinæ, o q̃ barbare, q̃ gotthice, q̃ vandalice, tu mathematicã quadruuialẽ vocas, quasi sit adeo vilis, vel cõmunis, vt in locis publicis passim, & vbi viæ multæ concurrũt doceatur, certe om̃e pondus ei detrahis &c. Indeet iam venit a Schola SCHOlasticus, & dicitur is qui frequentat, schuler, non vt indocti tradunt is qui præsit pueris. Nam & ille ludi magister, vel triuialis magister dicitur, id quod (omittã poetas & oratores) August. suis exemplis probãs li. vi. confess. dicit. Cum medio die Alipidius cogitaret in foro quod recitaturus erat, sicut exerceri scholastici solent. Idem paulopost: Ecce adolescens quidã ex numero scholasticoꝝ &c. Vnde & Fortunatianus in sua dialectica. Nam cum scholastici non solũ proprie, sed & primitus dicãtur, hij qui adhuc in scholis sunt &c. SCHOlaris autem si inuenitur significat res pertinentes ad scholas, alucinatur Gręcista dicens. Ecclesiarum præpositus sit siue scholaris. At pios iuuenes admonuerim si qui lecturi sint Quintilia. legant in ij. lib. in capite de officio discipulorum ita. In ipsos deniq; cœtus scholarum læti & alacres conuenient. Vbi mendosi libri habẽt scholarium, de quo ita dicit Raphael

Scholarium i vocali erasa legatur, ne turbæ barbare loquentium astipulari videatur Quintili. neq; em̃ scholaris inuenitur apud quem q̃; latine loquentẽ, quãuis imperite nunc omnes qui studijs vacant vulgo scholares appellẽtur, sed latine, eleganterq; loquẽtes eos Scholasticos iuuenes, adolescentulosq; appellant. Ego solũ apud Martianũ Capellam legi scholaribus, pro rebus tamẽ pertinẽtibus ad scholas, vt Martianus Ca. in ij. quæ si sub scholaribus inchoamẽtis in senatũ cœlitum ducis, decursæ peritię gratiã deformabis. Ruffinus li. ix. ecclesiasticæ historiæ, quãdo pueris scholaris meditatio de Pilato & ipsa haberi cõtumeliæ nostræ gratia iussa est. Attamẽ alio in loco apud Capellã scholariũ mendose legitur, pro scholastico ꝛ. Stuba vel stuppa non est latinum, sed vt quidã scripsit pro eo possumus dicere Cõclaue, qui est locus ad cœnandũ aptus, vel Cœnaculũ, vt Hieron. in Hieremia ca. xxij. ædificabo mihi domũ latam & cœnacula spacioſa, qui apperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina. At Beroald⁹ in hoc mihi placet, qui dicit. HYpocausta gręco vocabulo sunt vaporãdis cubiculis, balneisq; præparata, quæ igne hinc effuso vaporãtur, vnde latine Vaporaria dici possunt. Plini. in epist. Applicitũ est cubiculo hypocaustum perexiguũ, quod angusta fenestra suppositũ calorem, vt ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Ambrosi. in Hexa. De hyeme forsan quæris, q̃ nulla tibi hypocausta anhelantibus ignibus vaporentur, sed habes solis calorem qui tibi orbem terrarũ temperet, & hyberno te defendet a frigore. Hodie hypocaustis vtũtur germani & incolę rigentis plagę, qui etiã apud nos conficiũt Hypocausta, ipsi stufas vocant. i. ad vaporandas diætas & cubicula in quibus degunt, vt dicit Beroaldus, q̃uis hypocaustũ plus dicatur apud Cice. quod nos balneũ. Cicero balnearium vocat. At Triclinių, conclaue, cœnaculũ, diæta accipiũtur apud veteres pro loco in quo cœnamus, inde nos nostras stubas (vt ita loquar) bene possumus ita appellare, quia in his cœnamus, & si vis magis significãter designare & describere, dices vaporatũ triclinių, vaporatũ cœnaculũ. Et monachi nescientes cœnaculũ (ita em̃ vocari debet) suũ latine noĩnare, refectoriũ barbare vocant, sic etiã refectuariũ pro eo qui præest in refectorio apponendis edulijs. Sed vt ad Ciceronem dicam, Hypocausta possunt etiã dici balnearia, distinguũtur tamẽ etiam a balneis nostris, vt alibi ex iurisconsulto probaui, vt tunc nihil aliud possit esse, quã quæ apud nos stuba. Solariũ accipitur pro horologio, & loco in quo horæ ad solem conspiciũtur. Item solariũ appellant iurisconsulti præsertim Vlpia. lib. ij. titulo ne quid in publico fiat, vectigal quod pro solo penditur, & ex eo solariũ dicitur, vbi quidam malunt dicere solariũ, quod esset vectigal a sale. Indocti pastum

q. iij.

dicunt pro salario, primū plus probo. Solaria etiā vocantur plana tecta, quæ alio nomine mœniana appellātur, a græcis domata dicta.

Supplico quid significet notū est, & si credimus Priscia. non tātum dtm̄, sed actm̄ etiam exigit, quo tn̄ verbo raro vsus est Cic. Supplicationes autē sæpe. Sunt aūt etiā supplicationes, quas vulgo indocti iam processiones vocāt. At vt verū fatear, nunq̄ inueni apud aliquē construi cum actō, est autē non simpliciter orare, sed suppliciter & humilime, & est fere afflictorū, exulū, miserorū, & id genus hoim. Frequenter aūt ad deos refertur. Cice. iñ. de na. deo. Nam vt ego illis supplicarem, loquens de dīs, & Plini. iunior, dīs supplicemus. Plini. in prolo. natu. histo. Verū & dīs lacte rustici, multæq̄ gentes supplicāt. Et Lactan. libri. ca. vñ. Nam cum interrogaretur quomodo sibi supplicari vellet. Apulei. Nulli deo ad hoc æui supplicauit. Mihi aūt in primis displicet, q̄ nostrates nihil rogāt apud quoscūq̄, nisi verbo supplico, q̄d plus dīs adhibetur, vel est miserorū & afflictorū, vt exempla mō declarant.

Syllogismus cum y græco & duplici ll scribitur, & est argumētationis species, a συν syn & λογιζομαι logizome, q̄d est ratiocinor. Male igitur quidā sic ÿ sificatus est. Est syllogismorū pariter cōnectere nodos, quia prima ex positiōe longa est, secūda breuis, quia p̄ o micron scribitur. Errauit & Sidonius Apollinaris cū dicit. Quæ vel Aristoteles partitus mēbra loquēdi. Argumētosis dat retia syllogismis, secūda em̄ vt diximus breuis nō longa est. *Synodus cū y scribit̄ & signi.* cōuētus, a συν. i. con, & οδος via. *Spīalis a spīritus nō spīritalis dicendū est (quāuis vtrūq̄ inueniat̄ apud ipressores, & multi malint spīritalis a) q̄rta em̄ declinatōe deriuatīa seruāt u, ut fructuosus nō fructosus, saltuarius, actuarius et vsualis. Manualis, censualis, casualis &c.* Et signi ficat spīritualis ad spīritum pertinens, osci & plebia grāmatistarum cohors male dicit homines spīrituales, teuto. geistlich leut, sed ecclesiastici vel clerici melius, quia homines spīrituales dicerētur tantū spīritum non corpus habētes. Ita etiam dicēdum res vel bona ecclesiastica non spīritualia, ordo ecclesiasticus non spīritualis. Separatim aduerbialiter dicendum est non separate. Seruitor seruitoris apud idoneos nunq̄ legi (sed bene seruus vel famulus) quod ego non esse syncerum & satis latinum vocabulū existimo, tam et si in sacris canonibus, cum in alīs locis, tum de præbendis capi. Venerabilis inuenies, mihi astipulatur Mancinellus de modo orandi dicens. Caue seruitor dicas, vt vulgo assolet. Cliens enim latinum est, & in hoc proprium.

Singularis nō comparatur, sicut nec vnus, nemo enim dicit vnus vnior vnissimus, sic nemo (intelligo de receptis) dicit singularis singularior singulariss̄imus, quod non est latinum, male ergo indocti sin-

gulariſſimo ſocio ſcribunt. Similis quando ad morũ & virtutum, vel ſcientiarũ imitatiõem refertur, genitiuo iungitur, vt Pyrrhus non fuit ſimilis Achillis, uel filius Ciceronis non fuit ſimilis patris, quando vero refertur ad formã iungitur datiuo, vt Henricus non fuit ſimilis patri vel fratri, hoc eſt quo ad formã corporis, non tamẽ ſemper obſeruatur, vt Plinius Corneliæ Hiſpullæ. At etiam quantũ in me fuerit enitar, vt filius tũ⁹ auo ſimilis exiſtat, & ut Diomedes dicit ſimilo non dicimus, ſed ſimilis eſt ſane dixerunt veteres. Simulare vero dicimus per u, hoc etiam Cicero de republica quaſi alius aſſimulare rempublicam. Et Virgilius. Formã aſſimulata Camerti, at pace Diomedis, dicimus etiam aſſimilare & ſimilare, niſi forſan i pro u ponatur, ut ſimilo pro ſimulo. Martialis. Cum ſint crura tibi ſimilent quæ cornua Lunæ & Ouidi. pri. triſti. Grandia ſi paruis aſſimilare licet, & Lactanti. Muſica cyrrheis aſſimilanda modis, niſi per u etiã ſcribantur. Suffragia dicit Valla ſunt (vt ita dicam) voces quæ dicebãtur in comicijs, in tabellaue ſcribebantur, quibus ſuam quiſq; declararet voluntatẽ de aliquo eligendo in magiſtratu vel in alijs, noſtri barbare dicũt cum ſit aliquis eligendus dicentes, dabo tibi vocem meam, vel votum, ſed bene ſuffragium dicere debent. At Portius Latro dicit contra Catilinam. Nullas vocum, aut ſuffragiorum corruptelas fuiſſe prætergreſſum, vnde Petronius. Ad ſonitũ, ſtrepitũq; lucri ſuffragia vendunt. Hinc factum eſt vt ſuffragiũ pro auxilio ſẽpe ponamus. Et ſuffragor pro auxilium fero. Refragor repugno, et proprie in dictis. Et ſic caue (vt dicit Martius Phile.) ne dicas. Lacedæmones ſuffragia miſerũt Athenienſib⁹. Eſt em̃ dicendũ auxilium, q̃uis dicat Valla in factis etiã reperiri, q̃d ego nondum legi. Succeſſiue non eſt vocabulũ oratorũ ſed dialecticorum.

Seuerus quaſi ſequens verum, teuto. ſtreng, ſicut iudices ſunt, non autem ſeuerus ſignificat crudelis, vt noſtri fabulãtur, dicẽtes, ſeuerum animal, ſeuerus leo, errant enim maxime. Seuerus aliquando, id eſt triſtis. Virgilius. Amnẽq; ſeuerum. Seuerus ernſthafftig, opponitur em̃ læto. Quintilia. in viij. Concitate dicere an moderate læte an ſeuere.

Simplex proprie dicitut purus & ſine aſtutijs, vnde homines ſimplices dicuntur puri, aperti, nihil tectum, nihil ſimulatũ habentes, teut. menſch on hinder liſt vnd betriegerei, vnde Auguſti. lib. ij. confeſſio. Ignorantia quoq; ipſa atq; ſtulticia ſimplicitatis, & innocentiæ nomine tegitur, quia ſimplicius deo nõ reperitur quicq̃. Inde ſimplicitas eſt illa puritas ſine ſimulatione, & virtus illius ſimplicis hominis, vnde et Auguſtinus ad Paulinũ. Legi em̃ literas tuas fluentes lac & mel, proferentes ſimplicitatẽ cordis tui. Plini. iunior. Quo nihil verius, nihil ſimplicius, nihil cãdidius noui. Et Iuuena. Saty. vi. Si tibi ſimplicitas vxo-

ria deditus vni. Est animus. In hoc aũt loco quorundã cõmentatorũ expositioni nõ assentior, vt in alio dicã opere. Nostri aũt improprie accipiunt simplicẽ pro ignorante, & nihil sciente, cũ possit esse doctissimus, & simplicitas virtus sit. Audiamus Martialẽ. Vitam q̃ faciunt beatiorẽ. Iucundissimæ Martialis, hæc sunt Res non parta labore, sed relicta. Non ingratus ager, focus perẽnis, Prudens simplicitas, pares amici. hic dicit prudẽs simplicitas. Oui. i. de arte. Tunc aperit mẽtes æuo rarissima nr̃o Simplicitas, artes excutiente deo. Inde venit aduerbiũ simpliciter. i. pure & syncere, vt Cornel. Tacitus de optimo genere oratorũ. Simpliciter, & ingenue iudiciũ animi sui detexit. Simplici aũt opponitur duplex, qui pro fallaci & astuto ponitur. Hora. in carmi. Aut cursus duplicis per mare Vlyssei. Symphonia latini penultimã breuem ponũt. Hora. in arte poetica. Vt gratas inter mensas symphonia discors. Et vt tradit Hierony. ad Damasum. Symphonia exprimitur consonãtia in latino, & concors concentus, & non est musicum instrumentũ, vt idem dicit. Subsellia sacerdotũ vocant, teut. die kor stuol, vide in dictione chorus. Syntaxis cum y græco in principio dicitur constructio, indocti autem & gotthici dicunt diasinthetica, quæ dictio nunc̃ lecta est apud idoneos. Sigillũ latine dicitur, signetũ barbare

Sarissophori, latine dicuntur hastarij, teuto. lans knecht, vel doryphori, sed vt Seruius in vij. ænei. dicit, pila proprie est hasta Romana, vt Gesa gallorum. Sariſſæ Macedonũ. Gesas vocant aliqui quas nos hellebardas vocamus. Sibylla in secunda syllaba cum y græco & non in prima, nõ est propriũ nomen vnius mulieris, sed oẽs fœminæ vates Sibyllę sunt nũcupatę a veteribus, a deorũ consilijs denunciãdis θιους em̃ deus non θκους & consiliũ non βουλκν sed βουλκον appellabãt, æolico sermonis genere. Itac̃ Sibyllã dictam esse quasi θκου βουλκον. Fuerunt aũt decẽ numero, hæc Lactan. tersissimus & emunctissimus scriptor in. i. lib. instituti. suarum. cap. vi. vbi plura alia de Sibyllis inuenies. Et Varro decem numero fuisse prodidit. Martianus tamen Capella non decem, sed duas tantummodo fuisse dicit lib. ij. philologiæ suæ. Saga, teuto. vnhold oder hexa, vide in dictione pythonissæ. SCHISma vide in dictione modernus.

Satan lingua hebræa dicitur aduersarius, seu contrarius, græce dicitur diabolus, de quibus ita refert Hierony. lib. ij. super Ephesios, diabolus διαβολος græcum verbũ est, quod latine dicitur criminator, lingua vero hebrea satan appellatur, aduersarius, seu contrarius, & ab apostolo Belial, hoc est absc̃ iugo, c̃p de collo suo dei abiecerit seruitutem, quẽ Aquila apostatã transtulit. Est igitur αποστατης APOstata, qui a fide Christi recessit, hoc est de collo dei seruitutẽ abiecit. Iñ apostа

trix, ut Hiero. vtitur in Ezechiele, & apostasia quo idē vtitur, & apostatare quo Cyprianus, et alij ecclíastici vtūtur. Stabulū non significat tm̄ receptaculū equorum & iumentorū, vt vulgo putatur, sed etiā accipitur pro caupona & hospicio. Inde stabularij. Apul. quod primū ingressui fuerit stabulū prandio pticipabo. Iurisconsultus titulo pro socio, Viatica meritorioꝝ & stabuloꝝ ait recte imputaturū si quis exsocijs iter fecerit, ego tñ alibi melius dixi. Symbola (vt dicit Ruffinus) latine dicūtur signa vel indicia, quæ in bellis distincta vnusquisq; dux suis militibus tradit. At ita tradit diuus Hierony. in epi. ad Damasum. Symbolum em̄ græce & indiciū dici potest, & collatio, id est quod plures in vnū conferunt. Id em̄ fecerunt apostoli his sermōibus in vnum conferēdo vnusquisq; q̄d sensit, hæc ille. Inde dicitur symbolū apostolorū, hoc est collatio dictorꝝ apostolorꝝ &c. Sunt igitur symbola collationes, & pecunia coepulonū in vnū collata ad cibaria coemēda, vt Teren. in An. symbolū dedit, hoc est suā portionem, teu. sein zech. Vel symbolū dedit. i. signū, vt annulū, vel aliq̄d tale quousq; pecuniā conferret, sicut etiā in patria nr̄a vsitatū est. Inde elegāter ab Au. Gel. asymbolos dicit qui symbolū non dedit, & sine collatiōe accessit ad comesationē. Inde canonicis decretis. dist. xliij. proditū est. Non oportere clericos celebrare cōuiuia ex symbolis q̄ vulgo comesalia dicūtur. SYMposium aūt conuiuiū latine interpretat, & apud indoctos & barbaros zecha, vñ Hiero. sup Esaia pro vino Agla συμποσιον sympoſion. i. conuiuiū est interp̄tatus, q̄d apud græcos απο του συμποτου apo tou sympotu, apd nos a cōuictu rectius appellat. Inde sympoſiarches, vel sympoſiarcha priceps & principalis, uel rector cōuiuij. Stipendiū a stipe dicitur, q̄d per stipes. i. modica ęra colligatur. Inde stipēdiarij nuncupātur qui stipendiū, hoc est tributum pendebāt. Iustinus li. xi. de Alexandro. Et reges stipendiarios cōspectioris ingenij ad cōmilitium secū traxit. Et Cæsar in. i. lib. de bello gallico. Heluetij locū eligerēt, quē ex om̄i gallia opportunissimū iudicassent, reliquasq; ciuitates stipēdias haberent, qui alio noīne Vectigales nuncupātur, quare vulgus semidoctū alucinatur, existimās stipendiarios dici milites, qui stipendium accipiunt, cum tales proprio vocabulo mercenarij, seu ærarij milites dicantur, quos suo vocabulo stipendiosos vocat Vegetius (at non eum in hoc satis recipi existimo) quos etiam aliqui stipendiatos nuncupant, quod an bene viderint ipsi, ego enim apud veteres nunq̄ legi. Supplices libelli sunt quos vulgus indoctum Supplicationes appellat. de quibus Martialis. Turca turcæ, sine aspiratione est gens illa Mahometica populo Christiano inimicissima, & est generis cōmunis, Caue ne dicas turcus, non em̄ sic loquuntur docti, & vetusta

tis cultores. Audiamus quid dicat, vir doctiſſimus Georgius merula Alexandrinus contra Philel. ita ſcribẽs. Franciſcus Philelphus linguæ nõ minus licentis ꝙ ineruditæ in quadã epiſtola ad Bernardũ luſtinianum me taxat acerbius, qui ad vos ſcribens Turcas non turcos appellarim, nimis petulans, ne dicam temerarius eſt Philelphus, niſi magis per longã ætatem delirat, verbum damnat quo priſci geographi vtuntur, credo quia ſemꝑ fuit raræ lectionis, & indiligentis, apud quẽ fere nullam veteris doctrinæ obſeruationẽ inuenies. Legat noſter cenſor Pomponiũ Melam, qui proxime mare Euxinũ, & paludem mœoticam Turcarũ gentem venationibus deditam ponit, nec ratio declinationis aduerſatur, vt em̃ Scytha, Geta, Dalmata, & id genus deſinentiæ multa, ſic Turca declinabitur, nos veterũ auctoritate nixi, priſcas appellationes gentibus, & populis damus. At hic importunæ lectionis magiſter, noua nomina & voces barbaras ſcriberenon veretur, hæc ille. Turcas inſuper ponit non turcos Plini. lib. vi. natu. hiſto. circa Mæotim paludẽ, alꝝ dicunt turcos alios eſſe ꝙ turcas. Euſtathi⁹ enim teſte Hermolao barbaro, aliã originem eorum cõmemorat. Poſt ſcythas inquit eos qui mari cronio vicini Caſpiũ accolunt Vnni ſunt, quos Simocatus hiſtoriarꝝ conditor a perſis vocari turcos exiſtimat ad orientem vernũ ſpectantes Thunnos. Plinius eos vocat libro vi. cap. xvij. Adde ꝙ plures nominant hos teucros, quod aperte damnat Aeneas Syluius in quadam oratione dicens. Abſit gentem turpiſſimam turcarꝝ, ſcilicet nominari teucros, cum teucri ſint troiani, a quibus Troiani & Romani originẽ trahunt, ad quod alludit Valla. Nam in ea Aſia (inquit) quæ eſt tertia pars orbis terrarum, regio quædam eſt, eodem nomine ꝙ Turciam nunc vocant, non autem, vt quidam teucriam. Adde hic etiam obiter me apud idoneos reperire MAHumet non Machomet, vt vulgo ſcriptum reperio, nihil tamen certum afferre poſſum. Trapezitæ græce latino vocabulo argentarij vocantur, quos vulgus campſores vocat, nec cambium bonum vocabulum, ſed argentaria, & trapezitæ non ſunt illi minutuli (vt ita loquar) campſores, qui pecunias ſolum permutant, ſed qui multorum acceptas pecunias cuſtodiũt, cum opus fuerit reddituri. Minuti autem illi a noſtris nummularij vel menſarij, a græcis Collyuſtæ vocantur, teutonice vueſler. Titulus dicitur a tuendo & tutando, ꝙ ſua cuiꝙ geſta, operaꝙ & tituli tueantur. Grammatiſtæ quos bacchantes vocamus dicunt & blaterant mera deliramenta. Titulus dicitur a titan græce quod eſt ſol latine, quia ſicut ſol illuminat totum orbem, ita titulus totũ librum. Tu ſine eos ſomniare & delirare, ſequere id quod ex variis præſtantium virorum libris colligi datur. Vnde & Feſtus Pom-

peius dicit. Tituli milites appellantur, quasi tutuli, ꝙ patriam tuerentur, vnde & Titi prænomen ortum est, & Martialis. Vnum de titulo tollere iota potes, hic manifeste poteris intelligere titulus quasi tutulus dici. Totaliter ego nunquam legi apud probatos auctores.

Tigla est piscis quem vulgo barbonem vocant, vt dicit Perottus, Beroaldus autem mulos pisces vulgus vernacula lingua barbones vocat, nāꝙ auctore Plinio barba gemina insigniunt inferiori labro.

Tentigo est prurítus libidinis quo virilia extenduntur. Virgilius. Turpe quidem dictu, sed si tentigine rumpar. Nostri male vtuntur hoc vocabulo. Tormenta sunt instrumenta bellica ad diruenda oppida, euertendasꝙ vrbes, sic dicta ꝙ tela torqueant, hoc est gyro celeri saxa rotent, iaciant, & emittant. Cice. vij. Antonianarum. Quid ille faceret inducias ante consules oculosꝙ legatorum tormentis Mutinam verberauit. Et Seneca naturalium quæstionum libro secundo. Nubium intra se compressarum angustię medium spiritum emittunt & hocipso inflammant, ac tormenti modo eiciunt.

Theodorus vide de dín compositis a doros.

Trusile, quod nostri accipiunt pro quodam genere gladij, teut. ein degen, ego nunquam legi, nec puto esse latinum. Truffa & truffare verbum quibus nostri vtuntur, nunꝙ legi apud latinos.

Textus pro exemplari dicit Georgius Merula nemo nisi indoctus, & plane barbarus dicit. Et in alio loco dicit idem Georgius. Nam dic quæso quis veterū, aut dicit textus, aut scripsit. Franciscus Philelphus in epist. quadam ad Saxolum Brandensem scripsit textus, quod si bene, ipē viderit, textum aūt inuenimus in neutro. Quintili. in ix. institu. Illud textū dicendi. i. compositio. Item contextus dicitur. Idē in xi. Non interrūpendus est contextus. Ita etiā accipit Hieron. super epist. ad Titum. diligenter attende textū & ordinem lectionis, vt etiā lib. iij. super epistola ad Ephesios. Videtur huc vsꝙ nihil extra propositum & consequentiam textumꝙ ordinis intulisse. Tesseræ vulgo vuirffel, quæ alio nomine quadrantalia dicuntur, græce vero cubi. Nam sex habet latera, & septem habet puncta, vt cunꝙ steterit ea oppositio. Talus vero qui græce dicitur astragulus non significat vuirffel, ut apud nos habetur. Nam habet quattuor tantū latera, & pro vario iactu varia pūcta dat. At tessera etiā dicitur præceptū ducis quo uel ad aliquod opus, uel ad bellum mouetur exercitus. Toties & quoties scribi debent, non quotiēs uel totiens, ut tradit Prisci. Sic em̄ dicit Caper grammaticus, sine n scribenda sunt millies, cēties, decies, quoties, toties, pari enim ratione sicut nemo dicit milliens uel deciens, & sic de similibus, ita nec quotiens, totiens, nostræ huic opinioni suffragatur Beda pres-

byter de ratione metrica. Angelus Politia. Hic animaduerte non latine dici milleſies ſicut mos eſt indoctoꝝ ſed millies. Item dicendū non ies a nouē, non nonies. Nec item dicimus, vnies, bínies, trinies, quadries, ſed ſemel, bis, ter, quater. Teſtamentū vetus & nouū, ab idoneis & elegātibus ſcriptoribus dicitur. Inſtrumentū vetus vel nouum, quo vtitur Hiero. Tertuli. & alíj. Idem tñ etiam vocant teſtamentū, & quare dicatur teſtamentū reddit rationē Lactan. li. iiij. ca. xx. dicēs. Moyſes, & idēipſi prophetæ legē quæ ludæis data erat, teſtamentū vocant, quia niſi teſtator mortuus fuerit, nec cōfirmari teſtamentū poteſt, nec ſciri qd in eo ſcriptū ſit, quia clauſum & obſignatū eſt. Thymelicus θυμελικος dicitur hiſtrio, ſcribitur th aſpirato & y grēco, male autem de conſe. di. v. c. non miniſtros ſcribitur, vbi eſt temelici, cum ſcribere deberet thymelici. MELicus aūt dicitur oīs poeta muſicus & lyricus.

Vexillum vel ſignū, teu. baner. Inde ſignifer qui ſignū fert, vt impe rij ſignifer eſt dux noſter Vuirtenbergenſis Vdalricus. Caue ne dicas pannearīū, quoniā latinum non eſt. Vterus differt ab aluo. ALuus nanq; eſt per quā defluūt ſordes. Vterus aūt in quo mulieres cōcipiūt, qui & loci a doctoribus diſertis appellātur. Cato de re ruſtica. Si mulier locos fouebit. Varro ait ſic, loci muliebres in quibus naſcēdi initia conſiſtunt. Ab imperito aūt vulgo matrix vocatur, vt dicit Raphael regius, cum matrix ſit fœmina fœtus gratia comparata. Colum. de columbis loquēs. Idem de gallinis, primū quam ſecretiſſima cubilia eligunt ne incubātes matrices ab alijs auibus inquietētur, nam & octies anno pullos educat, ſi bona eſt matrix, & Columella alibi. Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ magnis capitibus. Embria etiam imperiti medici empriones voāt, hæc Raphael regius. Vterus igitur vulgo ber muoter ſignificat. Embria vngeboren kind. Matrix ein zucht muoter. In arboribus etiā dicitur matrix medulla.

Vacatio vel immunitas vulgo exemptio dicitur. Vacatio ſtudij vel ſtudioꝝ ſigni. libertatem, & ut ita dicā, ceſſationem a ſtudijs, quam vulgo barbari & nō latini dicunt vacantiā, habemus (dicētes) iam vacantias, non ita loquūtur docti, ſed vt p̄cepi. Iuſtinus in xi. Macedonibus immunitatē cunctaꝝ rerum p̄ter militiæ vacationē dedit. idē dicit in. i. lib. vnde & Franciſcus Philel. epi. lib. i. ad Andreā Conſtantinopolitanū theologum. Verū cum per ſtudij vacationē dabitur, ibo in vrbem Romā. Idem li. iij. epi. ad Albertū Zancariū. Cui cum reſpondiſſem non eſſe me per id tēporis Mediolanū, ſed Bononiā potius repetiturū, & ad proximas deinde vacationes ſtudij iterum Mediolanum.

Vulua idem q̄ loci vel vterus, de quibꝰ ſuperius. i. locus ventris & receptaculū, in quo mulieres cōcipiunt, & in quo partus conſiſtit, teus

die ſtatim lyb da die burt in lyt. Sed differũt Vulua & vterus, quia vterus uel quod idem eſt Loci ſunt tantũ in muliere. Vulua aũt in alijs animalibus. Quã differentiã oſtendit Plini. lib. xi. ca. xxx vij. dicens. Fœminis eadẽ omnia prꝛter veſicam & intus vtriculus, vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellãt, hoc in reliquis animalibus Vuluã, improprie loquereꝛ Hiero. in Iob cum dicit, quare eduxiſti me de vulua matris meæ, ſed illa differentia non oĩno obſeruatur, cum Cornelius Celſus ſcribat. Si infans in vulua deceſſit quo facilius eñciatur. Inter vterum aũt ventrẽ & aluum differentiã ponit Seruius in pri. æneï. VTErus eſt mulierũ. ALVus eſt quo defluũt ſordes. Sallu. Simulans aluum purgare. VENter vero qui videtur. Vulua aũt non ſignificat membrũ illud mulieris genitale, ſed Cunnus per duplex n, vnde Martia. in Gallã meretricem. Acceſſi quoties ad opus mixtiſq; mouemur inguinibus cunnus non tacet ipſa tacet. Dñs facerẽt vt tu loquereris & ipſe taceret. Offendor cunni garrulitate tui. Sed proh dolor ruſticani ſacerdotes nihil nouerunt de hac re, corrupte populo, vt in pluribus alijs, ita in hac dictione ſacras literas interpretantes, credentes non ad ſe pertinere id quod in primis ſcire deberẽt. Sed tranſeat iſte error cum cæteris multis, dummodo dñs placeat alios inducere mores. Contra quos ineruditos & nihil diſcentes ſacerdotes acerbiſſime loquitur. S. Hieron. in epiſtola ad Marcellam. Contra eoſdem idem Hieron. in epiſt. ad Vigilantiũ ita ſcribit. Non eluſdem hominis eſt aureos nummos et ſcripturas probare, deguſtare vina, & prophetas & apoſtolos intelligere. Vitulus non ſolum dicitur ex bobus genitus, teuto. ein kelblin ſed etiam ex cæteris quadrupedib⁹ maioribus, vt vitulus equi ſulhin, qui proprie vocatur Equuleus. Plini. de elephantis lib. viij. natura. hiſto. cap. i. Atq; ita ſalutato ſydere in ſyluas reuerti vitulo⁹ ſatigatos præ ſe ferentes. Et idem lib. ix. ca. vi. de balenis piſcibus. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac vitulos earũ, & fetas vel etiam in annũ grauidas lacerant morſu. Victualia non latine & ſyncere dicimus, vt dicit Hermolaus barbarus, vide in dictione Cõmeatus, quo tamen quidam vſi ſunt, pſertim iuriſconſultus. ff. pro ſocio. l. ſi fratres. §. ſi quis.

Vitulus marinus a græcis Phocæ dicũtur, eſt piſcis ſiue potius belua maris corio & pilis tecta. parit in terra pecudũ more, canum modo cohæret, et parit nunq; geminis plures, de quibus rebus lege Plini. in ix. de vitulo marino. Vngues & vngulæ differunt, vide contra Carolum de ſalutationibus. Verna dicitur ſeruus vel ſerua ex ancilla noſtra in ædibus noſtris nata, vnde Vernaculus. a. um. Et vernaculum appellamus quicquid in domo, & in patria noſtra natum eſt, vt vernaculus meus, id eſt ciuis & conterraneus meus, teu. lantzman,

oder mitburger, non lantzmannus meus, vt indocti dicunt. Item vernaculã linguam dicemus cõmunem & vulgarẽ. Hierony. Ita illi a parua ætate vernacula sui sermonis vocabula pauciſſimis ſenſibus imbiberent, quã imperiti & indocti Maternã linguam vocãt, vel maternũ idioma, vel ſermonẽ, poſſet tamẽ tolerari ſi diceremus patria lingua, vel patrius ſermo. Plini. in epi. lib. iiij. ad Antoniũ ſuum. Ac potius vt Lucretius ait ægeſtate patrij ſermonis. Et Cice. de finibus bonorũ lib. i. Cur in grauiſſimis rebus non delectet eos patrius ſermo. Patri⁹ enim (vt Caper grãmaticus tradit) a patria. Paternus a pater deſcẽdit. Etiam Idioma quod in prima & ſecunda ſyllaba per i latinũ non ideoma, vt indocti ſcribunt venit ab idiota, qui ſignificat illiteratũ & indoctum & plæbeium, ſignificat igitur idioma inſcitiam & (vt ita dicam) plæbeitatem, & capitur pro proprietate locutionis. Victor. oris, dicitur ille qui vaſa vinaria religat ſtipatq; teu. ein binder, qui & a doctis Doleator. Dolearius etiã dicitur. Sic etiam PELliones ſunt qui veſtes pelliceas & alia ex pellibus opera faciunt, teuto. kurſner. Doleator autẽ & pellifex quæ in vſu tantũ ſunt noſtris, uix vſitata ſunt tam crebro apud idoneos præſertim pellifex. Vigilia beatæ virginis, vel vigilia Laurẽtij, vel Thomæ apoſtoli quare dicatur, vide de f in dictione feſtum. Vnicuiq; habet accentum in penultima non antepenultima. Virgo virginis a viridiore ætate dicta, ſecundum Priſcia. eſt generis fœmi. tantũ, ego aũt dico eſſe generis cõmunis, non ſolum auctoritate Hieronymi ſuadentis, qui in prologo ſuper Ioannem dicit, ut virgo virginem ſeruaret, ſed etiã Priſciano multo doctioris Nonij Marcelli qui dicit virgines non ſolũ fœminæ dicũtur, verumetiã pueri Inueſtes. Nam & quicũq; ex ephebis exceſſerant Deuirginari dicebãtur, vnde & errant (ſi credimus Vallæ in Raudenſem) qui dicunt q; cælibatus ſit in viris, q̃d virginitas in fœmellis, cum cælebs dicatur non qui ducat caſtã vitam, ſed qui non ſit maritus & ſi ſit impudiciſſimus. Inde CAElibatus dicitur nõ matrimoniũ, pluresq; in cælibatu ſunt impudici q̃ in matrimonio Hic etiã nota matres (teſte Seruio virgines non nunq̃ appellari) hinc Virg. de Paſiphae loquens ait. Ah virgo infœlix q̃ te dementia cepit, et Teren. in eeyra. Nam vitiũ eſt oblatum virgini olim ab neſcio quo improbo. Vinum meracũ & dilutum, vide in dictione merum.

Vacatio, vt ſuperius dixi latinũ eſt, non vacãtię, vnde Paulus iuriſcon. de verbo, ſigni. munus dicitur altero modo onus, q̃d cum remittatur vacationẽ militiæ muneriſq; præſtat. Et Cice. de leg. Nullam tibi a cauſis vacationẽ dari video. Et Lactan. cũ haberet magiſtratus officio vacationẽ. Vtin plurimũ, aduerbium barbarũ eſt. Validus a valere, quod ſignificat poſſe, eſt firmus, potens, robuſtus. Valẽtes di-

timus vel sanos, uel robustos, vt Lucilius Saty. lib. i. Quē neq; lucanis oriundi mōtibus tauri. Ducere pro telo validis ceruicibꝫ posset. Semidocti aūt literatores accipiunt validū & valentē pro erudito & docto, vt ualet magistrū dicentes, hoc est potest magistrū, quæ est hęc sententia. Item est validus doctor, quod valet, est robustus doctor. Validus em̄ & valens maxīe ad corpus et corporis dispositionē referuntur, sed quid loquar de triuialibus grāmatistis? nuper quidā poeta germanus in sua comœdia noīauit quendā nobilem validū, teu. fest, quod epitheū rusticis est plus accōmodatū, & non pōt attribui nobilitatis decori.

W in nulla dictione latina poni debet, quia non est litera. Vendelinus non wendelinus, Vulgus non wlgus, Lodouicus non ludwicus, Guilielmꝰ non wilhelmus. Item Volfgangus non wolfgangus, non walbertus, sed Valbertus. Sed Francigenæ præponūt g, vt Gualterus Guilielmus, Guēdelinus, & sic ipsi dicerēt Guolfgangus, q̄d purū teutonicū est. Tubinga non tuwinga, dico aūt in latinis dictionibus, de vernacula lingua nihil mihi curę est, nec eiꝰ ego pręceptor sum. Hic etiam nota VVLgus esse ge. mascu. & neutri. Et cum est ne. generis caret plurali numero, cum uero masc. ge. habet vulgi. Cic. ij. de natu. deo. num de patre eorum Saturno negari potest quē vulgi maxime colunt. Vulgus

Vicem in actō & vice in ablatiuo tm̄ habet, ut ego gero vicē tuam, quod nr̄i vulgo dicūt, volo te prouidere, vel volo locū tuum subire. Inde venit VICarius, qui vicē alterius gerit, sicut vicarius ecclesiæ quī non est verus pastor, sed alīū prouidet, vt more nr̄o loquar. Et vicarij scholasticoꝝ, uel scholastici vicarij, q̄s vulgo & nō satis latine proūisores noīamus. Dicimus etiā volo tibi p̄stare vicariā operam, vicariam mortē accipit Quintili. in decla. mortē quā vnus pro alio subit, quod nr̄i dicunt volo te puidere, teu. ich vuil dich vervuesen. Vicem eūā aliqn̄ significat incōmodum aut pœnā. Hora. i. carmi. vicesq; supbæ te manēat, aliqn̄ periculū. Decius Brutus ad Ciceronē. Nunc uero cum sibi cum tyronibus egentissimis valde & meā & vestram vicem timeā necesse est. i. periculū. Et Virgil. in iij. nec tela, nec vllas vitauisse vices. Cauendū autem est diligenter teste Perotto, ne dicas vti barbari consueuerūt, hac vna vice tantū volo tibi morē gerere, sed dicas nūc tantū nec vna uice tm̄, sed semel tm̄, nec duabus uel tribus vicibus &c. sed bis, ter, quater, uel secūdo, tertio &c. Nec dicas, da mihi veniā pro hac vice tm̄, sed dicas, nunc tantū. Nec item quot vicibus, sed quoties, nec multis vicibus, sed plærūq; sæpe, sæpe nūero. Nec dicas, veniā ad te alia vice, sed alias. Nec prima, secunda, tertia vice, sed primo, secūdo tertio. At vice versa lego apud iurisconsul. ff. de libera. cau. l. i. Bene inquit, versa enim vice dicemus libere parentū etiam inuitorū eandem

facultatem dare, & apud Sene. in Hercule Etheo. Sic deprehensum fulmen & versa vice. Et Mamertinus ad Iulianum. Illud vero cuius miraculi est neminē vllum in tanto rerū paratu sensisse dispendiū, in omia pecuniā ab imperatore depromi. & quoddam versa vice prouincijs pendi tributū. Et Hierony. si est translator lib. iij. Regum ca. ix. Offerebat quoq; Salomon tribus vicibus p̄ singulos annos holocausta &c.

A vespere venit vespertinus, sicut a matuta matutinus. Miror aūt vehementer cur Valla dixerit, & ut alij vtuntur vespertinus quasi vespertinus non satis latine vel vsitate diceretur, cum parens linguæ latinę Cicero eo vsus fuerit, dicit enim ij. de natu. deo. Tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis, rursum si aperiendo immutat, & Cornel. Celsus lib. ij. Nam vere meridianis tēporibus calor nocturnis atq; matutinis, simulq; etiā vespertinis frigus est. Et Plini. lib. v. natu. histo. ca. xxi. Et præposteri eorū vespertini cantus &c. videat igitur Valla qui viri eo vsi fuerint. Vrinare non est vrinā facere, vt indocti & non latini putant, sed significat in aquā immergi & natando emergere. Plinius in xi. Ea est causa quare sub aqua diu ranæ & phoce vrinātur. Hinc vrinatores dicūtur qui merces e mari extrahunt, leuātq; nauigij gratia iactatas. Vnguentum non est, ut vulgus existimat tenax illa compositio quæ medicamēta dicuntur, qua chirurgi vtuntur ad vulnera sanāda, sed cōmixtio diuersōr̄ odorum, addito oleo aut balsamo, aut alio ad vnguēda corpora, delitiarumq;, atq; luxurię gratia inuenta. Hic obiter nota CHIrurgū dici manualē, vt ita dicam medicū, teu. vundartzet. Et scribitur per ch aspiratum & i latinū, cuius ars chirurgia dicitur. VNGuentarios nostri vocāt vnguentor̄ venditores, qui a græcis Myropolæ dicuntur penul. longa, & myropolion tabernam vnguentariā. MEDicamentarius aūt dicitur confector medicamentor̄, vulgo nostri apothecariū vocant. Illud aūt etiam alibi dixi, quo vtuntur vulnerarij medici ad cicatrices siue vulnera, vlcera q;, & morbos sanandos, nō dicitur vnguentū, sed linimentū apud Celsum a lino, vel ceratū, quod vltimū ex sicciorib⁹ rebus constat, & igni appositū mollescit, postea applicatū corpori durescit, ac protinus hæret, alibi vix tam luculenter & bene exposui. Viaticū latine græce ephodion dicitur, hoc est q̄ viæ causa paratū est, nostri vulgo vocant sumptualia, vel barbarissime ceralia. Viaticari antiquū verbum, est viaticū parare. ¶VILla latine dicitur, villagiū barbare, nec villare pro parua villa legitur, Teuto. weiler. Ventrale est tegimentum ventris. HVMerale est tegimentū humeri, & LVMbale est lumborū. PECtorale quod pectus tegit, quod græce thorax dicitur, siue sit laneū, siue ferreū. BRAchiale brachior̄. Frontale frontis. Tibiale tibi-

arũ in cruribus. Inde humerale vel ventrale potest dici, quod barbari & solœcistæ vocãt vuambasiũ, vel lumbasiũ. Paulus iurisco. si tibiale uel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet, at lumbale ut dixi est tegimentũ lumborũ, quod ad hoc vestimẽti genus nostrorũ non quadrat, audio aũt a doctis hanc nostrã vestem ventrale scilicet, dici latine abollã, & græce diploida. Est em̃ ABOlla duplici pãno confecta vestis, quæ grẽce ἀμπλοὶς dicitur, de qua dictione scilicet abolla fit mentio apud Martialẽ sæpe, & Iuue. in iij. Saty. & apud Seruiũ illud Virgilij enarrãtem. Et duplicem ex humeris reiecit amictum, & apud Hora. Contra quẽ duplici panno patiẽtia vellat. TIBiale autem significat vernacula nostra lingua, hosen, quod indocti caligas vocant. CALiga enim est genus calceamẽti, vnde diuus Hieron. in episto. ad virginẽ quandam. Caliga quoq; ambulantis nigella ac nitens strido re ad se iuuenes vocat, vbi manifeste de calceis puellæ loquitur, & Sextus Aurelius Caligula fuit filius Germanici, & quia natus in exercitu fuerat, cognomentũ calceamenti militaris scilicet caligæ, Caligula sortitus est, a caliga calceamento militari. CALigatus miles dicitur eo q caligas clauis suffigebat, quas vero nunc vulgo caligas vocant non fuerunt apud veteres, nam crure tenus tantum fuerunt induti. De militibus caligatis dicit iurisconsultus. ff. de custo. re. vbi Accursius caligatos exponit pro infirmis & obscuris ineptissime. Vnus nõ comparatur, ergo vnitissimus quo quidam vtuntur non est latinum.

Vltimũ supinum nunq; construitur cũ verbis importantibus motum de loco, vt dicit Valla, sed bene vltima supina construũtur cum nominibus adiectiuis, vt facilis dictu, iucundus aspectu, horribile visu horrybile aspu
Inuenitur tamen vltimum supinum regi a verbo sed rarissime, quod vix semel atq; iterũ inuenitur, M. Ca. de re rusti. primus cubitu surgat, postremus cubitum eat, & Sta. in pri. achilleidos. Quem tunc venatu rediturum in limine primo. Operiens &c.

DE COLORIBVS VARIIS.

¶ Si hic vel in cæteris his nr̃is commentarijs aliqñ errauero, queso obtestorq; o germani scholastici nolite me caninis dẽtibus insequi, aut de amico vestro triũphare, cum hæc oĩa nostra in vestrã vtilitatẽ scribãtur, q si duces haberẽ nostri operis, multo melius, veriusq; scripsissem, & vt ad institutũ accedam, video nostros plurimũ errare in colorum nominibus, vnde quantũ potui ex A. Gellio, cæterisq; scriptoribus idoneis quædã de coloribus excerpsi, in quibus si errauero corrigite precor, non obtrectate. Sunt aũt hæc ex Gellio lib. ij. nocti. Fuluus em̃ & flauus & rubidus & phœniceus, & rutilus & luteus & spadix appellationes sunt ruffi coloris, aut acuentis eũ quasi incẽdentes, aut cum

colore viridi miſcētes, aut nigro infuſcātes, aut virēti ſenſim albō illuminātes. Nam Phœniceus quē græci φοινικοῦν dicunt noſter eſt & rutilus & ſpadix phœnicei συγγενικὸν. i. cognata qui factus græce noſter eſt, exuberantiā ſplendor ēq; ſignificabat ruboris. FVLuus aūt color eſt de ruffo & viridi mixtus, in alijs plus ruffi habens, vnde fulua eſt aquila & iaſpis, fuluū eſt aurum & arena fulua, & leo fuluus eſt. Flauus contra videtur ex viridi & ruffo, & albo concretus, ſic comæ dicūtur flauæ. Pacuuius aquā flauam dixit. Rubidus autem et ruffus atrore nigroreq; muko mixtus, mea opinione, teuto. braun. LVTeus contra ruffus color eſt dilutior, gantz rot, hæc ex Gellio. Viridis item color plurimis vocabulis dicitur Ceſius, ceruleus, glaucus, & praſinus. Ceruleus tamen græco vocabulo cyaneus ſubuiridis eſt & ſubniger. Hiacynthinus vel melius iāthinus color quē vulgo cœleſtinū vocāt, ionem grēce viola eſt latine, & anthos flos. Hiacynthus, vt dicit Hieronymus ſuper Ezechiele, eſt lapis qui cœli habet ſimilitudinem, quod ſi bene & hiacynthinus bene dicitur cœleſtis. Niger autē color alijs nominibus dicitur pullus & fuſcus. Fuſcus tamē color recedit paulum a nigro, eſt em̄ color inter album & nigrū, teuto. braun. Ouid. Si nigra fuſca vocetur, & eſt color niger lugētium, qui græce anthracinus dicitur, a carbone qui anthrax dicitur. MVStellinus color dicitur liuidus & lentigi noſus, & talis ſit in veſtibus quæ ſanguineis guttis inſperſæ ſunt. Inde em̄ lentiginoſæ fiunt & maculoſæ. VENetus color mediū tenet inter album & nigrū. i. fumeus, quē vtego ſentio noſtri barbare dicunt griſeum, et latine fuſcus etiā dicitur. Eundem colorē apud Italos iam berythinū dici audio, vt nuper mihi dixerunt in Inſpruck quidam exules Mediolanenſes. RAVus autē color niger eſt mixtus cum fuluo, vt Acron nō peſſimus Horatij interpres, eſt auctor, talis eſt lupus, ut Horatius in carminibus. Aut ab agro raua decurrens lupa lauino.

AD MAGNIFICVM ET GENEROSVM FRANCISCVM comitem de Zollern adoleſcentem & nobiliſſimū & doctiſſimum Epigrāma Henrici Bebelij Iuſtingēſis ſueui.

Tu qui de Zollern inſignia nomina geſtas
Sueuorum ſpecimen o generoſe comes.
Franciſce immenſum volitat tua fama per orbem.
Sub teneris annis, mollibus atq; genis.
Q. ſudorificum cum docto helicone Solonem
Et ſapias quicquid flaua Minerua docet.
Vſq; adeo vt nulli diceris iure ſecundus
Sit comes, aut quiſquis nobilitate viget.

Qualis eris post hac, o quanta laude parentes
Lustrabisq; tuos vel genus omne tuum:
Quamuis sit genitor toto notissimus orbe
Viribus, eloquio, martigenaq; manu:
Atq; tuus præsul, quo nil sapientius vsquam
Iustius aut melius Phœbus in orbe videt.
Quid referam patruos, & auitæ nomina gentis
Laudibus insignes, militiaq; graues.
Quos omnes vinces, modo det tibi Iuppiter annos,
Et fuerint vitæ stamina longa tuæ.
Hæc tua me virtus pepulit tibi mittere nostras
Diuitias, versus castalioscq; modos.
Nouero si te non caperata fronte minuta
Nostra hæc tractantem, post modo plura dabo:

AD EVNDEM FRANCISCVM COMITEM DE Zollern generosissimum, epistola Henrici Bebelij.

¶ Si ut est a veteribus memoriæ proditū comes generose eos etiam quos nunc̄ videremus, ꝓpter eorū admirabiles virtutes amare solea mus, iustissime ab me factū arbitror, si tibi nobilissimo simul & doctis simo adolescenti adhuc nō nisi fama cognito meas rudes & incōditas ofellas et primitias missitare sum aggressus, ꝙ ea te fama comitetur, ut supra ætatē sapias, nec quisq; æqualiū tuoꝝ nisi longo interuallo tibi secūdus dari possit, ingenio, eloquio, cultissimaq; eruditiōe, quadā igi tur admiratiōe & obseruantia tui ductus volui chartaceo aliquo, pue rioq; munere te mihi demereri, sperās in hoc facturū me tibi rem gra tissimā. Scripsi igitur quasdā paucas annotaciūculas in Māmetractuꝫ, siue māmotreptū, cuius auctor mihi ignotꝰ est, et sub tui noīs vexillo in lucē edere placuit, vt tuū clientē a garrula illoꝝ mussitatiōe defensa res, q nihil unq̄ nisi protritū & conculcatū legerunt, & dū bona imita ri nō queunt, q̄d solū facere possunt, inuidēt, quos tn̄ oēs non assis fa ciā, nec vnq̄ manu cōserta in ius trahā, quia nr̄a non legāt, non em̄ ta rentinos, cōsentinos & siculos volo, vt Lucilius esse lectores mearum rerū, sed Romanos & plane latinos, q laborantiū nouere sudorē, vel lassis manū porrigere, uel errātibus iter oñdere, ꝙ si qui futuri sunt qui me partim arrogātem, partim temerariū dicant, ꝙ ego adhuc adole scens velim emendare, uel mutare ea q̄ iam multis sœculis ab eruditis simul & indoctis cōsono ore, uel prolata sunt, vel scripta, uel interpre tata, q̄dq; iam diu vsurpetac teneat fere vbiq; Romana eccl'ia, ꝓtinus oñdebo verbis illis q̄bus se quondā diuus Hiero. aduersū suos detra ctores tuebatur, ad Marcellā sic scribens. Ad me perlatū est quosdam

homũculos mihi studiose detrahere, cur aduersus auctoritatẽ veterũ & totius mũdi opinionẽ aliqua in sacris lr̃is emẽdare tẽtauerim, quos ego cũ possem meo iure contẽnere, asino quippe lyra supflue canit, tñ ne nos supbię (vt facere solẽt) arguant, ita rñsum habeãt, non adeo hebetis fuisse me cordis & tã crassæ rusticitatis, quã illi solã pro sanctitate habẽt, piscatorꝫ se discipulos asserentes, quasi iccirco sancti sint si nihil scierint, vt aliquid de dñicis verbis, aut corrigendũ putauerim, aut nõ diuinitus inspiratũ, sed latinorꝫ codicũ vitiositatem q̃ ex diuersitate librorꝫ oĩm comprobat, ad græcã originem vñ & ipsi translatã non denegãt voluisse reuocare, ꝗbus si displicet fontis vnda purissimi, cœnosos riuulos bibãt, ita & ego faciã, quæcũꝗ vel a p̃sumptoribus, vt ita loquar, ĩperitis emẽdata puersius, vel a librarijs dormitãtibus, vel a vitiosis expositoribus, aut corrupta sunt, aut mutata corrigã non reprehendã, corrigẽda em̃ sunt peccata nõ reprehẽdẽda, nec detrahit qui verũ dicit, vt idẽ Hiero. testis est. Cũ igitur nuper tumultuaria & breui lectiõe plustrassem Mãmetractũ, pluraꝫ offendissem, vel male interpretata, uel male & puerse scripta q̃ ad orthographiã. uel male enũcia ta quo ad prosodiã, volui hic parua hæc annotamẽta subĳcere, ne diuinorꝫ eloquiorũ tractatores huic nimis addicti, in mẽtos errores prę cipitarent̃, essentꝫ doctis ridiculo &c. Non aũt tibi p̃suadeas, ut rumusculos vulgi aucupari studuerĩ me scripsisse hęc, sed ut sueuigenis scholasticis quibus ego in primis benefaueo, & merito, ad politiora studia adipiscenda aliquid adiumenti conferrẽ. Te aũt generosissime comes Francisce huic operi patronũ adhibui, & iudicẽ, vt ab omnibus detractoribus & blateronibus tuteris tibi deditissimũ. Vale & me ama, Ex Tubinga xvi. Kalendas Maias. Anno. M. CCCCC.

SEQVVNTVR ANNOTATIONES ET EMENDATIONES Henrici Bebelĳ in Mãmetractũ, siue Mãmotreptum.

MAMmetractus. Exenia. i. dona de lõge missa, ab e & xenos quod est peregrinũ, & dicitur hoc exeniũ. Ecclesiastici. ĳ. BEBelius. Xenia dicendũ est non exenia, ut vbiꝫ apud græcos leges, & in penulti. lib. Martialis poetæ, vbi multa de xenĳs dicit. Item & Victruuius lib. vi. de architectura. Dicuntur autem xenia munera hospitalia. Xenos hospes, xenicon hospicium latine dicitur. MAMmetra. Agyos ab a quod est sine, & geos quod est terra, id est sanctus, sine terrenorum amore. In hymno. Conditor alme syderum. BEBe. Agios cum i simplici scribitur, & valet latine sanctus, & græci hagios aspirant, sicut & hagnes non aũt dicitur ab a & geos, quod est terra, sicut dicit Mammetractus, sed per se nomen est & simplex. Ge enim quod græce

terram significat scribitur cū e longa, hagios cum i & eodem breui, dignū hic etiā duxi interpretari studiosis illa græca verba q̄ canuntur in sacro ieiunior̄ tempe. Sic scribātur, αγιος ο θεος αγιος ισχυρος αγιος αθανατος ελεησον ημας, hoc ē, hagios ho theos, hagios ischyros hagios athanatos eleison imas, ho aspirari debet & est tantū articulus. Agios, id est sanctus, ho tantū articulus est, theos. i. deus, inde THEOlogus per th aspiratū dicitur, quasi loquens de deo. ISChyros vltima acuta legendū est, & scribitur cum i latino in principio & cum y græco in medio, & ch aspirato, & latine dicitur fortis vel grauis. ATHanatos legatur accentu cadente super ante penultimā, scribaturq̄ in principio cum th aspirato, & in fine texili, & dicitur latine immortalis, ab a id est sine, & thanatos mors, quasi sine morte. Eleison, id est miserere, imas. i. nos, & eleison debet esse quattuor syllabar̄ accentu cadente super ante penultimā, & est imperatiuus a verbo græco ελεεω, quod est

MAMme. Biothanatus penultima producta, id ē bis (misereor. mortuus, a bis & thanatos, q̄d est mortale, in legenda Geruasij & Prothasij. BEBe. Biothanatus βιοθανατος, id est p violentiā mortuus, & dicitur non a bis, sed a bia, quod est violentia, & thanatos mors. Inde biothanata mors, id est mors violenta, & penultima non acuitur, sed antepenultima, sicut etiā athanatos, vt supra diximus. Dicūtur biothanati viri, uel biothanatæ mulieres quæ per vim, & violentiā mor-

MAMme. *Proselicus vel proselitus penultima* (tem obierunt. *correpta, dicitur aduena & incircumcisus, a pros quod est ad, & elico,* quod est *venio, in prologo bibliorum.* BEBe. Proselytus προσηλυτος dicimus in penulti. cum y græco, & postea texili, non aūt proselicus per c, ut hic dicit, & valet latine aduena vel peregrinus, non aūt dicitur ab ad & elico, vt indocte tradit, sed potius nomē græcū per se, vel venit a verbo græco προσελευτω, id est aduenio. At non multum dubito quicquid hic reperiatur in hoc Māmetracto cuius auctor mihi est ignotus hoc idē reperiri apud Catholiconē, Hugutio, Papiā, Græcistā, Isidor̄, qui oēs multas tenebras infuderūt in linguā latinam, suis ineptis expositionibus, & interp̄tationibus, nec hoc mirū, floruerūt em̄ illis temporibus quādo lingua latina om̄ino contaminata fuit per influxionē Gotthor̄ & Vandalorum, græci aūt sermonis nulla erat cura nedū peritia, sed multa sunt vocabula græca in sacris biblijs, vñ facile potuerunt decipi, quoniā nulla est litera latina noui testamēti, vt dicit Laurētius, intellige latine edita primo, quod non intelligēs Anto. Manci. magno errore lapsus est. Nam cum de erroribus Vallæ disserat et posuit hunc errorē, vt Laurētius vellet, nullā esse latinā & elegantem orationē in nouo instrumēto, quod fuit a sniā Vallæ alienissimū.

Valla enim inter cætera dicit, sed tantum modo ecclesiastici præsertim imitati græcos auctores, vnde interpretãtur, post addit, nulla est enim litera latina noui testamenti, nisi per translationem Hiero. & aliorum. Nam quicquid est in nouo testamẽto græce scriptũ est, non latine, sicut Paulus epistolas græce scripsit, similiter euangelistæ. (præter vnicã epistolam ad hebræos quã Paulus hebraice scripsit si modo eiusdem au-

MAm. Lampas. adis, vel hæc lampada. dæ, lucerna est (ctor est. de vitro. In prologo bibliæ. BEBe. Lampas. adis, uel ados in genitiuo latine valet fax teste Plinio, vel ut dicit Raphael regius, generale est vocabulum omniũ eorum quæ accensa lucent, lampada autẽ lampadæ in prima declinatione nunq̃ inueni apud quenq̃, sed lampadion græce quæ est parua lampas, nam est diminutiuũ græcum a lampas,

MAm. Vulgares aũt magum appellant sa- (in prologo biblię. pientẽ, a magnitudine scientiæ. BEBe. Non vulgares, sed sapientes hoc dicunt, sed vulgares magum pro malefico accipiunt, vt superius diximus in hymno Hostis herodes, sed non dicitur a magnitudine scientiæ, quoniã persicum est vocabulũ, non latinum. Legitur in prologo Iob, q̃ si cui videtur incredulũ metra scilicet esse apud hebræos, & in morem nostri Flacci, Gracciq̃ Pindari & c. puerse legitur gracci, tu legas græci non gracci, prius em̃ dixit nostri flacci. i. Horatij latini, nostri em̃ quod dicit vult intelligere latinum, græciq̃ Pindari. Pindarus enim græcus fuit & optimus lyricorum, sed Hora. apud latinos primus lyrica scripsit, nec gracc⁹ esse potest propriũ nomen, nam nemo poetarũ græcorũ graccus vnq̃ dictus fuit. Gracchi aũt Romani ciues fuerunt clarissimi oratores, non poetæ nedũ lyrici, legitur item in prologo biblioꝝ ad Titum Liuiũ lacteo eloquentiæ fonte manantẽ, vbi falso manentem impressum ferme est in omnibus exemplaribus.

MAm. Iosephus media correpta in prologo bibliæ. BEBe. Iosephus mediã producit, vnde Iuuencus poeta. Vrgẽt monitus Mariam puerumq̃ Iosephus, testis est etiam Priscia. qui dicit. Nomina barbara acutũ in fine accentũ detinentia, more latino declinata, accentum ip̃m acutũ retinent, & penultimã producunt syllabã, vt ab Adam adamus

MA. Hæc baselica, (a Ioseph Iosephus, ab Abrahã abrahamus. cæ. penultima correpta dicitur domus regis: a baseleos quod est rex vel imperator, in prologo bibliæ. BEbe. Basilica per i non baselica proprie significat locum in quo negotiatiões, & consilia, & iudicia exercebantur, dicta basilica quasi regia, nam & publicus & regius locus erat, in quo & aliq̃ conuiuia maxia, saltationes & ludifiebãt. Nam et βχσιλευσ regẽ latine sonat. Apud ecclesiasticos aũt basilicę dicũtur sacella numinibus consecrata. Inde basilicani dicuntur custodes basilica

rum apud Augustinum, & Orosium, quos vulgus Campanatores

MAm. Moyses a moy quod est aqua, & ses q̄d est assum (vocat. ptio, in prologo bibliæ. BEBe. Fatua est hæc interpretatio & nihil valens, hebraica est hęc dictio, & ita interp̄tatur a diuo Hiero. in hebraicis nominibus. Moyses vel moses dicitur attractans, uel palpans, aut sumptus ex aqua siue assumptio, & in hymno. Inuctor rutili plura de

MAm. Adamātinus penul. pro. In prologo (hoc nomine dixi. bibliæ. BEBe. Adamantinus penul. corre. Propertius. Colchis flagrantes adamantina sub iuga tauros. Hora. i. carmi. Quis martem tu-

MAm. Epithome huius epithomes pe (nica tectum adamātina. nulti. produ. dicitur abbreuiatio, ab epi quod est sup, & thomos quod est sectio vel diuisio, in prologo bibliæ. BEBe. Epitome ΕΠΙΤΟΜΗ vel epitoma t exili scribitur et corripit penultimā, quia per o micron, id est o paruū & breue scribitur. Et latine interpretatur breuiarium vel abbreuiatio. Et dicitur a tome quod est sectio vel incisio. Tomon em̄ græci appellant particulas librorum abscissas.

MAm. Hoc epithalamiū ab epi quod est supra, & thalamus quod est camera. BEBe. Epithalamion dicitur carmen nuptiale, & sacer hymnus qui in sponsalijs viri & vxoris canebatur. Et licet non reprehendam Mammetracti interpretationem, tamē in hoc male dicit thalamus quod est camera, aliud enim thalamus per th aspiratum, aliud camera. THAlamus est coniugis vtriusq; cubiculū. CAmera aūt est testudo & lacunar, parsq; superior cubiculi, non totum cubiculum.

MAm. Hæc energia penulti. produ. dicitur interior operatio siue labor, ab en quod est in, & erge quod est operatio siue labor, in prologo bibliæ. BEBe. verum est ΕΝΕΡΓΕΙΑ energia penulti. producit, quia per ει diphthongon scribitur, penultima tamen acuitur, sed potius dicitur ab ΕΝΕΡΓΕΩ græco verbo, quod est ago & operor. Tullius lib. pri. academicarum quæstionum ita interpretatur energiam græce latine dici perspicuitatē aut euidentiā. Et Quintilia. lib. viij. institu. orato. eodē quasi modo Eschines etiam nomē clarissimi oratoris media est producta non correpta, vt dicit Mammetractus.

MAm. Apocryphus dicitur ab apo q̄d est de, et cryphos secretū, in prologo bibliæ. BEBe. Apocryphus ΑΠΟΚΡΥΦΟΣ cum y græco in penul. dici potest absconditus vel abditus, & componitur ab apo prę positiōe quę rem exaggerat, & ΚΡΥΠΤΩ, id est abscondo, vnde operā dicūtur apocrypha, hoc est absconsa, hoc est dubia & non recepta.

MAm. Hic heremus media correpta est desertū, in plogo bibliæ.

BEBe. Hæc eremus ΕΡΗΜΟΣ dicimus sine aspiratione & media producta, vt diximus in hymno Inuctor rutili &c. Iñ ΕΡΗΜΙΤΗΣ eremita.

MAM. Hic & hæc geometra. træ, dicitur mensurator terræ, & hic geometer. tri, & vtrunq; secundum vsum cõmunem produ. penultimam, & potest dici componi a ge, quod est terra, & metior. iris, quod producit primã & non a metros, quod est mensura quod primã corripit, vnde Virgilius. Grãmaticus rhetor, geometer, pictor, aliptes, in prologo bibliæ. BEBe. Geometria dicitur quasi geas, id est terræ & metros mẽsura, quasi mẽsuratio terræ. Inde geometra dicitur mẽsurator terræ non aũt dicitur a metior. iris, &c. penul. em̃ non pducitur, vt hic dicit, sed corri. vnde sic legi debet carmẽ Iuue. Saty. iij. Grãmaticus rhetor geometra pictor aliptes, non geometres vel geometer, geometra em̃ prima & secunda syllaba non possunt breuiari, cum prima per ei diphthongũ scribatur, secunda cum o longo, multa igitur inconueni entia sequerentur, legas igitur geometra penulti. breui non longa, sed q̃ hic allegat vsum, intelligit abusionem & corruptelã imperitorum.

MAM. Hæc arismetrica ab ares, quod est virtus, & rithmos quod est numerus, antiqui dicebant arithmetica penulti. semper corripi.

BEBe. Arithmetica dicendũ est non arismetrica. Et dicitur ab arithmos, id est numerus, quia est scientia de numeratione, non aũt dicitur arismetrica ab ares. i. virtus. Arete em̃ virtus dicitur non ares. ARES aũt areos mars dicitur. Inde areopagus, quasi areos, hoc est martis pagus, id est villa, vt dicit Hieronymus in interpretationibus hebraicis, nõ aũt ab ares q̃d est virtus sicut interp̃tatur Mãmetrectus in alio loco

MAm. Hic cento. onis, est punctus siue pũctatio. Virgilio cento est compilatio facta de versibus Virgilij, sicut etiam Homericentones.

BEBe. Cento fit ex diuersor; colorũ pannis vel lanis in vnũ condensatis. Et Ausonius poeta argutissimus in suo centõe ita dicit. Cento quid sitip̃e absoluã, variis de locis, sensibusq; diuersis quẽdã carminis structura solidatur in vnũ versum vt coeant, aut cesi duo, aut vnus et sequens cum medio, nam duos iunctim locare ineptum est &c. Inde Virgilicentones &c. Et tantum de prologo bibliorum, nunc sequuntur sine ordine alia vocabula.

MAMme. Barrabas media correpta per duplex r & simplex b.

BEBE. Contrario modo scribitur simplici r & duplici b, & media producta, vnde Sedulius, tunc coluere bahal, tunc elegere Barabbam. Nam vt dicit Hieronimus in hebraicis nominibus syrum est vocabulum, & valet tantum quantum apud nos filius patris, & ex bar quod apud illos est filius, & abba pater.

MAm. Mutuo vult dantem, sed mutuor accipientẽ. BEBe. Mutuo & mutuor idem significãt, vt dicit Priscia. li. viij. de significatione verborum &c. hoc verum esse probat Seneca epistola. lxxxij. dicens.

quanto hilarior est qui soluit, quam qui mutuat .i. mutunm accepit

MA. Lictores sunt qui damnatos secundū legē occidebāt, vel ad mandatū iudicis puniebāt, & dicit lictor q̄si legis ictor, & in alio loco lictor etiā dicitur leccator a lingo. Ezechielis xxxix. BEB. Lictor nō dicit quasi legis ictor, sed a ligādo, vt dicit Valgius ruffus, & A. Gel. li. xi. ca. ij. Lictores igitur ministri sunt magistratuū, quod cū magistratꝰ populi romani virgis quēpiam verberari iussissent, crura eius & manus ligari vinciriq; a viatore, hoc est lictore solita sint, hos vulgus indoctū apud nos præcones vocat, Sed Tyro tullius, M. Ciceronis libertus lictorē vel a lino vl litio dictū scripsit, litio em̄ transuerso qd linū appellat, qui magistratibus inquit præministrabant, cincti erant. Plutarchus vt græcus a græco verbo derituari cōtendit, sed hæc iā dicta nō displicēt, quod aūt Mamme. addit, lictor dr̄ leccator, nō est latinꝰ sed sarmata & barbarꝰ. Nēo em̄ vnq̄ latinus dixit leccator, nec rut

MAM. Prętor. oris, media correpta est prępositꝰ ciuitatis. (fianꝰ.

BEBE. Prætoris, producit nō corripit mediā, Iuue. sat. i. Nobiscum da prętori da deinde tribuno. Et idē in viij. Nec dubitāt celsi prætores vendere ludis, Et prætores dicti sunt omnes qui præsunt exercitui vt dicit Asconius pedianus, & sic dicti q̄ præirent & anteirent iure in

MA. Hęc zizania. orū, p. n. ge. pe. cor. sed (exercitu, vt dicit Varro. zizania. æ. fœmi. pe. producit, vnde versus. Sint zizania, sed plura zizania dicas. BE. Hęc zizania fœ. ge. & hoc zizaniū. n. ge. singularis etiā num. declinari pōt. Hier. Zizaniū mixtū est tritico, sed pe. breuis est vtrobiq;, nec vera est stultissima illa differētia quantitatis syllabarꝝ.

MAM. Inedia, i. penuria, & Iob xviij. Inedia idest paupertas.

BEBE. Video apud plærosq; nostros inediā accipi p pauptate, sed male, inedia enim nihil aliud est q̄ abstinētia cibi, vnde siue quis diues fuerit, siue paup, dū abstinuerit a cibo, inediā dicit pati, Hiero. in epi. ad Marcellā de laudibus Asellę. Ieiuniū, p ludo habuit, inediā, p refectione, Et idē de vita monachorꝝ. Bidui triduiq; inediā sustinētes. Vnde Plin. natu. histo. li. xi. scribit, q̄ inedia ante diem septimū non est homini letalis. Idē auctor est plęrosq; durasse vltra vndecimū diē. Et Albertus magnus lib. de animalibus vij. fœminā fuisse quæ sine cibo dies interdū xx. interdū xxx. durabat. Virꝝ quoq; melācholicū idem se vidisse, testat, qui inedia hoc ē cibi abstinētia septē vixerit septimanas alternis tantum diebus gustū aquæ limpidę exorbētē, & p̄terea nihil.

MAM. Annona media, producta esca & alimonia, Esdræ vij.

BEBE. Annona ab anno deducit, sed non est simpliciter esca, vt hic dicitur, sed annona dicitur prouentus frugū vnius anni.

MA. Licostratos a lithos quod est lapis, & stratos qd est variatio

BEBE. Lithostrotos λιθοστρωτος in penultima non cum a sed o longo scribitur, & enunciari debet, scribit enim per ω mega hoc est o longū, sed iuxta græcum accentum cum græca maneat dictio antepenultima acute pronunciāda sicut etiam energia & parasitus, & dicitur pauimētum lapidibus stratū. Et componitur a lithos quod est lapis, & strotos. i. stratus, ne dicas licostratos, vt barbari faciunt.

MAM. Apocalipsis dicitur ab apo quod est re, & calipsis id est velatio. Inde apocalipsis. BEBE. αποκαλυψις Apocalipsis in penultima cū y græco scribit, & cōponitur ab απο, q̄d est re, & καλυπτω quod est velo, operio vel tego, non calypsis. Inde apocalypsis dicit reuelatio, & liber reuelationū, & habet accentū in ante penultima.

MAM Poderis media correpta, & dicitur a pos podos q̄ est pes.

BEBE. Poderis ποδηρις media longa est, nō breuis. vt licet intueri in græcis literis, p η enim quod in e longum conuertitur apud latinos scribitur, & est vestis teste Hieronymo ad Fabiolam talaris, hoc ē vsq; ad pedes pertingens qua vtunt sacerdotes pro camisia in diuinis vt barbare loquar. Est enim camisia barbarum nomen & vulgare vt in eodem loco Hieronymus dicit.

MAM, Miseror. aris. deponens est & transitiuum, & ad deū pertinet, sed misereor. eris. ad hoiem spectat cū datiuo. In hymno Ecce iā noct.

BEB. Seruius. i. ænei. idem est miseror & misereor, sed alterum scilicet miseror regit accusatiuū, *Vir. miserata dolores, Alterū misereor gtm̄.* Nota *hic dixisse Seruium misereor regit gtm̄, & græce etiā dtm̄* sed non nisi raro. Q; autem *regat genitiuū plurima sunt exempla. Dido Virgiliana in iiij. Miserere sororis.* Et Plau. *in capti.* Neminis misereri certum est, & plura alia. Sic multo absurdior est differentia inter illa duo verba quam dat Mamme. Nam quotidie legimus, Miserere mei deus, vbi misereri est non ad hominē sed ad deū. Item miseror nō est tantū ad deum sed ad homines. Vir. in vi. ænei. Nec minus Aeneas casu perculsus iniquo. Persequitur lachrymas est & miseratus euntem. Festus tamē illam ponit differentiam inter miseror & misereor, vt misereatur qui conqueratur aliena incommoda, misereat aūt a misereor qui miserū subleuet. sed Nonius aliam, sedhęc differētia confun

MAM. Parapsis a par & abscida, quasi pa (dita apud idoneos. ribus abscidis id est lateribus. BEBE. O quam friuola & inepta interpretatio, primo dicendum est παροψις paropsis nō parapsis. Et componitur a para. i. ad & opson. i. cibus teste Dionisio Nestore, Mācinello & Georgio merula, Et est proprie paropsis iuris genus auctoribus Polluce & Eustathio, quanq; etiam sicut & in euangelio, prorepositorio opsoniorum apud idoneos tam græcos q; latinos legat,

MAM. Parasitis id est leccatoribus, a para quod est iuxta & situs venter, in legenda Agnetis. BEBE. Leccator non est latinum. At parasitus. παρασιτος dicitur qui mensas diuitum sequitur, cibicq; gratia omnia laudat, toleratcq. Et dicitur a para, i. ad & siton cibus, sitos vero frumentum est non venter vt ille dicit, fuit autem hoc nomẽ primum in honore vtpote qui sacro ministerio addictus esset.

MAMme. Pluraliter hæc anaglyfa. orum. dicũtur supereminẽtes picturę penult. semper producta, ab ana qđ est super, & glyfen qđ est sculpere. Item anaglyfa dicuntur vasa superius sculpta, tertio regũ vi.

BEBE. Anaglyphon vel apud nos anaglyphum in singulari dicitur, & anaglypha in plurali, scribitur cum y græco in penultima, & ph non f vt vulgo putatur. Et anaglypha nihil aliud significat nisi superius sculpta. ab ana quod desuper indicat, & γλυφω. i. sculpo, non glyfen vt hic dicit

MA. Mausoleo penul. pro. i. sepulchro. n. g. in plogo sup Abdiã.

BEBE. Hæc est frigidiuscula expositio, vnde enim est q; mausoleum dicitur sepulchrum, id quod in primis necesse erat dicere, cũ uis pci osa tantum & sumptuosa, quale fuit Mausoli regis, sepulchra dicãtur mausolea. Consule igitur præter cæteros diuum Hiero. qui graphice rem explicat contra louinianum libro primo ca. xxvij. Arthemisia quoq; vxor Mausoli insignis pudicitię fuisse perhibetur, quæ cũ esset regina Cariæ, & nobilium poetarũ atq; historicorum laudibus prædicetur, *in hoc vel maxime effertur*, q; defunctum maritum sic semper amauit vt viuũ & mirę magnitudinis, ac pulchritudinis extruxit sepulchrum in tantum vt vsq; hodie omnia sepulchra preciosa ex nomine eius Mausolea nuncupẽtur, vnde & Prop. dicit. Et mausolei diues

MAm. Hic tragelaphus penul. correpta est (fortuna sepulchri. hircoceruus, a tracos qđ est hircus, & laphus. i. ceruus. Deuter. xiiij.

BEBE. Tragelaphus τραγελαφος accentu acuto in antepenu. nõ est hircoceruus, sed animal hirco & ceruo simile, vel vt Plin. dicit in viij. natu. histo. species est ceruí, barba tamen & armorum villo ab alijs distans, nec alibi q; iuxta Phasim amnem nascens. Et est compositum ex tragos id est hircus, & elaphos id est ceruus.

MA. In lechito media producta, hic lechitus. ti, est vas amplũ de aurichalco iij. Reg. xvij. BEB. ληκυθος lecythus scribitur cũ c exili y græco & th aspirato. Et est ge. foe. nõ mas. testis est Aristophanes ĩ Plutone, & Ioannes Crastonus, & Cicero li,. vi. epistolarum ad Atticum Nosti illas lecythos & cetera. Item lecythus corripit mediam nõ producit, vt tradit hic noster & Alexander Gallus. testis est Homerus odisseæ libro octauo, vt allegat Crastonus & alij, Lecythus autẽ

gręce vas oleariũ latine dicit̃, nõ vas de aurichalco, diuus Cyprian⁹ lecython interpretatus est capsacẽ. Apul. li. ij. floridorũ. Ampullã olearia appellat, quam græce dicimus lecython.

MAM. Apofereta penul. ꝓducta vasa aferendo poma vel aliud dicta, ab apo quod est a, & fero fers, In legenda Vitalis & Agricolæ

BEB. Apophoreta per ph non f in ante penultima vsurpauit. Sue. Tranquillus, pro muneribus quę ab imperatore ciuib⁹ remittebant̃. Sunt igit̃ apophoreta nõ vasa vt hic dicit, sed munera saturnalia, & ꝓprie illa quæ pro xenijs remittunt̃, qualia hodie a nostris die natiuitatis christi, vnde & Martialis nouissimũ librum apophoreta inscripsit, dicuntur aũt apophoreta nõ ab apo & fero, sed ab αποφορειν, quod

MAM. Sabbatũ dicit̃ tota septimana dies septimus, (est referre. & quilibet dies septimanæ. Matth. xxiij. BEB. Sabbatum vt dicit Lactan. li. viij. ca. xiiij. in lingua hebreoꝝ a numero nomen accepit, & est dies septimus, nam eoꝝ lingua vt aiũt, sabe septẽ significat, hoc idẽ vult Iustinus li. xxxvi. qui scribit Moysen ab ęgypto cũ suis pulsum sacra ęgyptiorũ furto abstulisse, itaq; Damascena antiqua patria repetita montẽ sineũ occupasse, in quo septẽ dierũ ieiunio per deserta Arabię cũ populo suo fatigatus, cũ tandem venisset, septimũ dierum more gentis sabbatũ appellatum, in omne æuum ieiunio sacrauit. Alij dicunt sabbatum hebraice latine requiem interpretari, eo ꝙ deus requieuisset in eo ab omnibus operibus suis.

MAM. Perichelidas penult. correpta ornamentũ brachioꝝ a parte posteriori pendens, vnde dicit̃ a peri quod est circum, & chelis brachiũ, vl̃ a chelon quod est curuũ vel crus siue brachiũ, hęc perichelis. idis, antiqui scribebant periscelida dæ. Esaie iij. BE. Latini & eruditi dicũt periscelis περισκελισ, indocti aũt & barbari perichelis vel perichelida. dę, & non est ornamẽtum brachioꝝ vt hic dicit. sed crurum: Audi nostrũ Hiero. ad Fabiolã. Periscele gręce a nostris fœminalia vl̃ bracę vsq; ad genua pertingẽtes dicũtur. Sic etiã Porphyrio nõ pessimus grãmaticus, dicit periscelis ornamentũ est pedis circa crura, vnde Hora. in epist. ad Sceuam. Nota refert meretricis acumina sępe catellam, Sępe periscelidẽ. nec componit̃ a chelis, i. brachiũ, sed ad scelos. i.

MA. Scenophegia pe. cor. i. festũ tabernaculorũ, a scenos (crus, vel scenon quod est vmbra, & fagin quod est comedere, q̃a comedebãt sub salicibus. Ioannis xij. BE. σκηνοπηγια scenopegia dicunt gręci, latini aspiratõem addiderunt & dicunt scenophegia, & est neutri ge. Est & illa celebritas hebreorum quam sub tentorijs in solitudine celebrarunt, liberati per Mosen de seruitute ægyptiaca. Diciturita q̃ a σκηνοσ qd̃ est habitatio & tabernaculum, & πηγνυμι græco ver

bo quod est figo vel cõglutino, quasi celebritas illa qua figebãt sua tẽ/

MA. Paranymphus .i. nuptiarum ꝓcura/ (toria & tabernacula/ tor siue custos sponsę, a para quod est iuxta, & nympha quod est aqua q̃ sæpe sponsa vtitur. BE. Paranymphus cũ y græco in penul. est il le q̃ ab ecclesiasticis viris pronubus dicit, a veteribus aũt auspex. Nã quia antiqui pro nuptijs celebrãdis auspiciũ capere solebant, qui præ/ erat huic rei pro parte viri, paranymphus, a priscis auspex dicebat, vt Lucanus in .ij. Contenta est auspice Bruto Et vt auspex ꝓ parte viri, sic & pronuba pro parte mulieris adhibebat. Itaq; cũ apud christianos auspicia minime captẽtur, adhibentur sacerdotes, qui & pronubi iam vocantur, dicit aũt paranymphus a para & nymphe, quod est spõsa. Mamme. deliramenta dicit.

MA. Hic arabo, onis. dicitur pignus, ab arabon quod est pign⁹ græce & ꝓducit mediã in rectis & penultimam in obliquis. Vnde versus. Pars arabo venit precij dũ res bona venit. Genesis. xxxviij. BE. Nestor Dyonisius præcipit scribi arrhabo per vltimũ r aspiratũ, vnde Varro de lingua latina arrhabo sic dicta, vt reliquũ reddat, nõ est aũt idẽ arrhabo & pignus vt hic dicit, sed diuus Hiero. sup epist. ad Ephe. hanc ponit differẽtiam. Arrhabo futuræ emptioni q̃si quoddam testimoniũ & obligamentũ datur, Pignus vero pro mutua pecunia op ponit, nonnulli arra dicunt. Arrhabo aũt non ꝓducit mediã, sed in obliquis penul. & in vernacula nostra dicitur handlon vueinkauff.

MA. *Stadium a stãdo*, est octaua pars milliaris, ij. machabeo. xij.

BE. στάδιον stadiũ nõ dicit a stando, græcũ em̃ vocabulũ est, quod iuxta Seruiũ nõ patitur latinam etymologiã, latine curriculũ trãsferẽ. Est etiã loc⁹ in q̃ equi hoies ve currunt & certant athletæ, dictũ ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc est a statiõe, q̃ Hercules eo spacio vno spiritu confecto cõstitisset. Inde stadiodromi dicti sunt, qui in stadio cursu certant, vl stadiodromos locus est cursus illius & exercitationis.

MA. Apocrisarij .i. legati & secretarij. Apocrisarius est thesaurarius legatus, secretarius, cancellarius, in legenda Martini papæ. BE. Apocrisarius cum i latino in tertia syllaba dici potest a nobis responsalis. Mam ꝓficiscit ab ἀποκρίνομαι, qd est respõdeo, & apocrisis respõsum significat. Potest igit dici legatus a respondẽdo, nõ aũt potest dici secretarius vel auricularius, vt hic dicit. Nam crysis vt significat absconditum, scribitur per y græcum non latinũ vt hic, nec item potest dici thesaurarius, q̃si descenderet a chyros qd ẽ aurũ, qa tũc sic esset scribendũ apochrysarij per ch aspiratũ & y græcũ, Et vt aliquãdo finiã, dicit Laurent. Valla in Antoniũ Rauden. Apocrisarius nõ aliter apd græcos est nitidũ vocabulum, q̃ apud nos ambasiatores, quod ne/

mo nisi barbarus dixit.

MAm. Cataclysmus a cata quod est vniuersale, vel a per & clysma quod est pars, quasi omnes partes. Ecclesiastici. xxxix. BEB. O quam futilis & puerilis interpretatio κατακλυσμος Cataclysmus cū y græco inpenul. latine dicitur diluuiū & inundatio, a cata & clysmos, quod est lotio & inundatio, vel κλυζω greco verbo. i. aluo inundo

MA. Rumphæa media correpta, i. gladius siue spata. (demergo.

BEB. ῥομφαια rhomphea scribendū est in penul. cum æ dipthon go, quapropter non corripit sed producit mediam Flaccus præter naturam dipthongi illam corripit, cum ait li. vi. argonau. Aequaq; nec ferro breuior nec rhōphea ligno. Et scribit in p̄ncipio cū th aspirato.

MAM. Praxinus media, producta, nā braxin græce dicit viride latine.

BEb. Prasinus per ſ scribendum est non per x vt hic, & est media breuis nō, producta, vñ Martialis, De nostra prasina sinthesis empta toga.

MAm. Cynomia penul. correpta id est musca canina, Psalmo lxxviij

BEbe. scribendum est κυνομυια Cynomyia in ante penult. cum y & penultima cum i latino, ut videri licet intuenti græcum & dicitur latine musca canina. sed vt dicit Hier. in epistola ad Suniam & Fretelam in psalmo non debet legi Cynomyia, i. musca canina, vt latini interpretati sunt, sed iuxta hebraicam intelligentiam per dipthōgon debet oi, vt sit cœnomia, id est omne genus muscarum.

MAm. Altilium id est auium nutritarum in domo quasi alitilium, vt sunt caupones & aucæ. *BEb. Altilia non significat tātum aues saginatas, sed quæcunq; animalia quæ saginant, vel in domo vel in villis, vel viuarijs, id pulchre tradit Antoni. Manci. in tribus versibus:* Altile opulentum signat vel pingue ab alendo, Altilia appellāt animalia quę sed aluntur. Altilis vt piscis vl auis quadrupes aper, vrsus. Ad de q̄ auca latinum non est, sed anser comprehendit vtrunq; sexum, vt probauimus in cōmentarijs de abusione. Adde q̄ Aug. in sua grāmatica anser epycœnum tradit, vt comprehendat vtrunq; sexū sub

MAm. Polictores penult produ. dicuntur humatores, siue sepultores cadauerū, a pol quod est pluralitas, & lictor qđ est apparitor. BEB. Nihil potest ineptius tradi q̄ illud falsum & puerile interpretamentum. dicendum est enim Polinctor per n non pollictor, Polinctores sunt qui morientium cadauera curabant, & vngebant, non illi qui sepeliebāt, dicuntur autē Polinctores vt vult Fulgentius Placiades quasi pollutorum vnctores, ideſt cadauerū curatores, Vel venit a Pollicere verbo quod est curare vngereq; cadauera. Plautus, sicut pollinctor dixit qui eum pollinxerat, vnde pollinctum funus dictum, a pollinctoribus vnctum, non autem dicitur a pol, & li-

ctor, quo nihil potest ineptius tradi. Sãdapilarij autẽ dicuntur sepulto res cadauerũ, portatores q; sandapilarum. Sandapila em̃ est feretrum mortuorũ, quo cadauera, plæbeior; portabantur. Item Vespillones quasi pro eodem accipi possunt.

	Theodorus	Dorotheus
	Thessalonica	Origenes
Mamme.	Sidon sidonis penulti.	Precox p̃cocis penultĩa
tractus.	Heliodorus correp.	Cillicinus producta
	Character	Hiacinthinus
	Luter.	Podagra

BEBE. Congessi hic quędã nomina studẽs breuitati, quę hinc inde sparsim & suo loco dicit Mam. esse vel producta, vel correpta in penultima, secundũ q̃ hic signantur. At sic habetote lectores, vt omnia ea quæ hic ꝓducit corripiant, & primo de his quæ male corripuit. Nã primo Theodorus & Hesiodorus & omnia composita a doron græco qđ est donũ, & scribitur per o longum producũt do. Vnde Iuuen. Saty. vi. Tonsoris tantum damno rapit Heliodorus. Martialis. Pierios vatis Theodori flamma penates, Sidonis producit, Vir. Memini sidona venire. alibi melius dixi de hac re quia ponit ad placitũ. Character, eris. cũ ch aspirato in p̃ncipio in obliquis ꝓducit penu. quia per h hoc est e longũ scribitur. Eodẽ modo luter. Podagra ex natura mediã syllabã breuem habet. Mart. Litigat & podagra Diodorus flaccę laborat. *Thessalonica ciuitas producit nõ corripit penult.* vñ Clau. *Thessalonica tuos sensu dolor hæret in alto.* *Dorotheus & alia cõposita a theus corripiũt penult.* vt Dorothea, Timotheus. *vnde Fortunatus* episcopus. Et cũ Timotheo viuere cura meo. Origenes penul. breui legas, sicut omnia cõposita a genos, quod apud nos gen⁹ designat, vt Diogenes. Antigenes. Hermogenes. Præcox præcocis penul. breui. vñ Claphurnius ægl. ij. Insita præcocibus surripere ꝓsica prunis. Hiacynthinus penult. breuis est, vnde Persius. Hic aliquis cui circa humeros hiacynthina lena, alij legũt ianthina & melius, nihilominus cũ eiusdẽ formę noĩbus corripit. Itẽ cilicinus penu. bre., ut in mꝰtis locis uideri.

MAm. Scuprũ est violatio virginis. BEBE. Stuprum etiã (dat. ad alia se extendit. vnde Modestinus. ff. ad l. Iu. de adul. & stu. Stuprũ in vidua vel virgine vel puero committitur. Dicitur item stuprum in mulieribus, vt Cicero lib. ij. de fini. bono. stuprata per vim Lucretia a regis f. lio, & Quintili. in declamationibus vxor marito dixit appellatam se se de stupro a priuigno.

MAM. Citropes. idis, est vas habens pedes inferius, a citra & pes pedis, quasi citra superiorem partẽ habẽs pedes, & corripit mediam.

BE. χυτροπόδες cū ch aspirato & y grēco scribitur, & sunt olle cum pedibus, a chytreus quæ est olla, & pus. i. pes, & penultimam corripit &c. nō credas aūt me reprehendere auctorē in orthographia, cūforsan ipse bene scripserit, admonēdos tñ lectores ne cū vulgo errent duxi.

tular non esse latinū alibi dixi, sicut Prẽlatus pro noīe dignitatis nouē dicit, sic Guardianus veniēs a guardia q̄ est custodia, & est vernaculū Italicū vel Gallicū potius. BALlista non est idē quod Bombarda, teutonice buchs. Bombarda em̄ nouum est nomē & inuentū germanorū, cuius vsus ante ducētos annos nō fuit, nec dāno vocabulū Bombarda nec Bombardarius, qm̄ nouis rebus noua vocabula sunt imponenda, & noīa rebus, non res noībus seruire debēt. Ballistas vero prisci dixere trabē validā, ita libratā, vt cum pars densior pōderibꝰ attracta, descenderet eleuata, peritas sua funiculis q̄s haberet alligatas funda saxū maximi ponderis alligatū longe emitteret. Dromades & dromadarij ab Hiero, dicūtur, in vita em̄ Malchi dicit. Vidimusq; camelos q̄s ob nimiā velocitatē dromadarios vocāt. Q2 Valla dixit discretus etiā actiē accipi pro eo qui qualitates personarū, ac rerū momenta discernit, ab oībus fere deridetur, pfessoribus recentioribus, cum nullū afferat exēplū, nec quisq̄ meminerit se legisse, dico nec me legisse, nisi forsan Seneca in ea significatōe acceperit, quāuis contrariū dici possit, dū in li. v. de beneficijs inquit. Socrates derisor oīm maxime potentū, maluit illi discrete, uel artificiose, uel mansuete negare q̄ contumaciter ac superbe Ducare pro eo q̄d est ducatū regere, & esse ducem, dixi esse barbarū, attandē inuenī qui hoc verbū Varronis esse dicerent, dū inquit, ab eo q̄ sit ducare qui est dux aut ductor, qui ita inducit, vt doceat, ego verō in meo Varrone nō habeo ducare, sed ducēr, iudicēt doctiores. Dixi Euripides penul. produci apud Sidoniū, sed A. Gel. xiiij. ca. ij. corripit, cui plus tribuo dicēs. Nulla ætate tua Euripides monimēta peribūt. Gētilē pro cōterraneo, vt scripsi prius vix credo inueniri apud idoneos. Valor. oris, a valeo. les. latine dicit et apud Plinium reperitur. Valetudo per e scribi debet longū. In præsentiarū qua dictiōe Hieronymus & recentiores passim vtūtur. Itē Iureconsultus nō latine dici p̄cipit Georgius Valla, sed in præsentia & Iurisconsultus. Sulpitius Verulanus sup Lucanū dicit Instaurare latine dicit ab instar. Restaurā barbare, qa sicut restar non dicit, ita nec restaurare. At ego si exēplaria nō sunt mēdosa, legi apud Vlpianū. ff. ad l. Iuliā, de. adul. l. si maritus, & apud Iustinū li. ij. vbi nūc in noua correctiōe instaurare legit. Itē apud Lactantiū li. vij. Et Iulium firmicū li. vij. matheseos. Dicūt aūt alij restaurare venit nō a restar, sed a re & staurō, q̄d hodie nō est in vsu, nec ego audiui etiā apud veteres allegari, quapropter aliud (nisi tales auctores vterētur hac dictiōe) magis probarē. STAbularius, vt dicit Caius iurisconsultus est qui mercedem accipit, vt secū iumēta stabulari p̄mittat. Stabularius etiā qui procurat stabulū. Stabulor aūtaris, significat habitare, vt Gel. in vi. Regulus acre prẽliū fecit aduersus serpentē in illis locis stabulantē. ACcipen

ser alatus non inuenit̃ apud latinos, Licentia in malũ fere semper accipit̃, aliquando tñ præter quã apud ecclesiasticos ponitur pro libertate. Sall. ac quocũq; modo componẽdi belli licentiã ipsis ꝑmittit, & Au. Gell. vir acerrime in studio literaꝝ licentiæ M. tullius. Organum non solũ instrumẽtum est q̃d chordas habet. sed vt dicit Augu. sup psalterio, Organũ est nomẽ generale oĩm vasoꝝ musicorum, licet vsu dicatur organũ q̃d inflatis follibus sonat, in qua significatõe etiã Hiero. accipit, vel organũ potius est q̃dlibet instrumentũ, vt organũ visus, vel organũ scientiaꝝ est logica. PROstibulũ non solũ est ipsa meretrix, vt Valla dicit, Sed apud Hiero. ipsum lupanar etiam. dicit em̃ in Ezechiele. Edificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulũ in cũctis plateis, & iterum. Destruant lupanar tuũ, & demolient̃ ꝓstibulum. PROficiat tibi etiã non sine auctore dicitur. Gel. li. xiiij. ca. vi. quæ cũ statim properãs redderẽ αναιοσον .i. ꝓficiat tibi inquã doctissime viroꝝ &c. vbi cõtra nostrũ vsum expono liber (nã de quodã libro loquit̃) proficiat tibi. i. sit vtilis & vsui tibi nõ mihi, quia nullius vtilitatis est doctis, ꝓpterea auctoritate illa non probabit̃ bene dici a uulgo proficiat tibi. Scripsi parricida simplici r scribi debere & ita inueni, alij tñ dicunt siue a patre dicat̃ siue a pari semper r duplicari, quod et ego facile admitto. Dicim⁹ latĩe rhetorica ce. uł rhetorica rhetoricoꝝ. Itẽ phisica. æ. œconomica, ę. ethica ę. vł physica physicoꝝ, œconomicorñ, ethicoꝝ. Sed grãmatica, logica, dialectica, philosophia, vix pł̃iter ponũt̃, ęneis ęneidis æneidos æneida in actõ singulari nõ plurali, nõ tñ græca carẽt plurali, quinimmo ęneida æneidoꝝ etiã plurali dicimus. Hoc confirmat Nonius Marcell, egregius in primis grãmaticus qui aliq̃ñ ait primo æneidoꝝ, iij. æneidorũ & auctores idonei pro libris singulari numero vtunt̃, pro partib⁹ vero libroꝝ plurali, vt bucolicã, georgicam, æneida pro ipso libro, at primo georgicoꝝ, primo bucolicorũ si ita etiã allegat̃, vel primo æneidoꝝ pro ipsa parte, hoc est ꝓ prima parte & libro bucolicę vel æneidos. PYThagoristę dici solẽt qui vitã Pytagoræ sequũtur. PRAetoriũ non repugno dici posse domũ prætoris vbi ipse prætor ius dicit, sicut de Pilato legit̃, ingressus Pilatus in prętoriũ, non aũt legi vnq̃ prætoriũ esse senatoꝝ curiam, & lego in sacris literis paretia vti apud Augu. li. xiiij. de ciui. dei, & PAROchia apud Hiero. cõtra Vigiliũ, inde formant parochianũ, parochus (vnde parochia deriuat̃) dicitur esse prębitor, παρεχω em̃ dicitur præbeo, huius officiũ erat magistratibus præbenda cõducere. Initiare pro incipere utitur Salustius in oratione Catilinæ contra Ciceronẽ, & Sublimare vtitur Ennius. Propalare apud latinos inuenies. Carisius tradit cãbio habere campsi in ptõ, vsitatũ tamẽ esse verbum pręsertim in com

muni significatõe non existimo, nec ego legi nisi apud Apuleiũ qui dicit an ip̃e mutuaris opas, an cũ vicinis tuis cãbias. Apud antiquos ꝟo vt dicũt cambire accipiebat̃ pro pugnare, & iter inchoare flectereq;, a quo cãpsare. i. iter flectere, vnde Ennius dicit campsatã leucatẽ. At ego non multũ legi. Non bene dicitur q̃t vicibus vel vna vice &c. Dixi in cõmentarijs ex Perotto, at versa vice inueni apd̃ iuriscon. ff. de libera. cau. l. i. versa enĩ vice (inquit) dicemus liberi parentũ etiam inuitorum eandẽ facultatẽ dare, & Seneca tragicus in Hercule œtheo, sit deprẹhensum fulmẽ versa vice &c. Vltimũ supinum etiã construitur cũ verbis importantibus motũ de loco. M. Cato de re rusti. primus cubitu surgat, postremus cubitũ eat. Statius in pri. Achill. Quẽ tum venatu rediturũ in limine primo. Opperiens. Hęc sunt quę in transcursu & cursim commentaria pellegendo, vel emendaui, vel addendo ornaui, emendaturus etiam alia si inuenero, Vale

OPVSCVLA SEQVENTIA BEBELII.

De magistratibus Romanorum.
De sacerdotibus Romanorum.
De artificum & negociatorum nominibus.
De vera interpretatione propriorum nominum.
Et inibi contra quosdam concionatores fabulosos.
De vero modo loquendi & scribendi ad Volfgangum fratrem.
De aspiratione Necchari fluminis & de pagis Sueuorum.
Excerpta quædam ex spicilegio.
De libris eius compositis & nondum æditis, atq; de æmulis suis.
De nominibus morborum, eorumq; significatione.
Apologia pro cõmentarijs. Amicorum & auditorum testimonia.
Castigatio eorundẽ, additioq; & retractio quorundã locorum.

HEXASTICON VOLFGANGI BEBELII PHIlosophiæ magistri in cõmentaria fratris sui.

Inuide quid laceras docti monimenta poetæ
I procul ad stygios barbare inepte lacus.
Lauriger hic scripsit studiosis, atq; iuuentæ
Discere conanti verba latina loqui.
Ergo quæ gliscis sermonem texere purum
Huc Germana cohors deprecor ito frequens.

PRO COMMENTARIIS BEBELIANIS CARMEN VOLFgangi Richardi Gyslingensis ad Volfgangũ Bebelium.

Bebelio mastix rictum compesce caninum
Neu vati rapido dente nocere queas.

Nunc opus in lucem lima fœlice politum
Mergitur,& Zephyris vela ferenda dedit.
Illa dies nitido pueris ſignanda lapillo eſt
Vatis Bebelij qua documenta vident.
Illa dies adimet bacchantum ſcripta furentum,
Barbariemq; rudem deuorat illa dies.
Naufraga Romani fuerat ſermonis honeſtas
Dum monachus Gallus vela latina regit.
Sueuigenum ſplendor Bebelius ecce poeta
Tranſtulit ad veterem Romula verba phraſim.

GVOLFGANGI BEBELII AD GVOLFgangum Richardum tetraſtichon.

Accepi ſtudioſe tuum Guolfgange poema
Quo præceptorem tollis ad aſtra tuum.
Hinc ſi digna datur referendi occaſio grates
Impigrum ad quoduis deuoueo obſequium.

AD REVERENDVM IN CHRISTO PATREM GEORGIum piſcatoris abbatẽ ad duplices aquas vulgo Zuifalten. Henricus Bebelius Iuſtingenſis poeta laureatus.

¶Quotieſcũq; recordor pater reuerẽde, recordor aũt ſæpius tuam & beniuolentiã,& humanitatẽ,& beneficentiã in me meũq; amicum, ijſdemq; mecũ muſis initiatum Leonardum Clementẽ, toties exopto mihi iuſtam offerri matẽriã, quo pro virili portione tuis in me meritis liberaliſſime reſpondeã, q̃ tametſi mihi perſpectũ ſit, alios conſueuiſſe ſuos benefactores redonare auro, atq; argento, alios gemmis lapilliſq; præcioſis, nõnullos prædijs villis, cæteriſq; id genus poſſeſſionibus quæ vulgo præclara habẽtur, ego vero (quoniã hoc repenſandi onis genus fortuna mihi denegauit, teq; in id faſtigiũ collocauit, ut meis muneribus nõ habeas opus) ad animi mei gratitudinẽ declarãdum longe nobiliori via incedã, non eni auro aut argento donabo, rebus mobilibus fluxis,& ad quãlibet fortunæ iniquitatẽ non ſine poſſeſſoris dolore abeuntibus, nõ item cætera omnia quæ ſordidis ingenijs videntur eximia, ſed nominis claritatẽ, ſi quid modo mea carmina poſſunt, atq; immortalitatẽ retribuã, tuaſq; virtutes quæ maxiæ ſunt, atq; immortales cũctis ſæculis, atq; nationibus quos modo Romana lingua; atq; fides illuſtrat inſinuabo, & qm̃ in præſentia epiſtolaris anguſtia nõ patitur longius euagari, pauca quædã hic obiter de te prędicare non erubeſcã, præter alias ſcilicet virtutes, tantã in te ſitam eſſe prudentiam, tantã in monaſterio tibi cõmiſſo vigilantiã, tantã pietatẽ cultũq; diuinũ, vt totius ædis tuæ labantẽ, ruinamq; indies minitantẽ molem

ita instaurauerís, ita nouis subinde ædificijs exornaueris, prouectus item ære alieno non solũ ad inopiã redactos, verũetiam supatos ita amplificaueris, ita denicq; duplicaueris, vel potius triplicaueris, monasticam postremo disciplinã, canonicãq; sancti Benedicti institutionẽ iam olim post habitã, dissolutã & neglectã ita reformaueris, ita ad pristinã regulam, atq; obseruationẽ redegeris, vt alter & secũdus fundator & cõditor institutorq; appellari merearis iure meritissimo, q̃ si vrbes antiquitus suis cõditoribus diuinos honores decreuerunt, atq; consecrarunt immortalitati, qm̃ maiora dare nõ poterant, nõneut trãseamus vanũ gentiliũ errorem, tm̃ tibi debet fraternalis tuus cõuentus quantũ quæq; respu. suo cõditori, quantũ cliens patrono, quantũ filius patri, & vt paucis multa dicã, tantũ tibi semper debebit, quo cuiquã debere maiora fingi nõ possit a quoquã. Sed dum mihi alias diffusiꝰ sit institutũ de hac re disputare, receptui canã, Nũc aũt pater reuerẽde accipias libellũ nomini tuo nũcupatim dedicatũ munusculũ meũ, non eo animo, vt velim te in his scholasticis, atq; elementarijs ludicris tempus perdere, sed vt iunioribus fratribus quos optime institutos esse cupis q̃ maxime consulatur. Vale & me commendatum habe.

IDEM HENRICVS BEBELIVS ΠΟΙΗΤΗΣ Ο ΛΑΦΥΗΦΟΡΟΣ, καὶ φιλολογος ad venerabiliũ sacræq; religioni deditissimorum patrũ monasterij Zuifal. conuentũ, pro literarum studio, atq; bibliothecę eorum cõmendatiõe.

Vos ego fœlices nunquam dixisse verebor
Noscere si vultis gaudia vestra patres.
Quos neq; diuitiæ vexant, nec tristis egestas,
Nec fallax mundus, nec fora dura reos.
Si modo displiceat sopor, atq; ignobilis oci
Segnicies, monachis insidiosa nimis:
Segnicies hominis cunctos effœminat actus,
Emollit vires, ingeniumq; rapit.
Hæc labor in studio vegetat, confirmat, & auget,
Atq; salutiferas ambulat ille vias.
Nanq; ad temperiem reuocans, hic nubila mentis
Mitigat, hic curas caniferasq; fugat.
Hoc artes Satanæ, & tentatio fœda fugatur,
Omnia segnicies vberiora dabit.
Et quos hæc eadem peperit morbos, studiosus
Vitat, & in senium proferet ille dies.
Illum semper honos nitidis comitabitur alis,
Gloria, fama, decus, qui studiosus erit.

At moritur veluti pecudes inglorius, atq;
Flebilis en nulli desidiosus homo.
Inde patres mihi dilecti simul & venerandi
Sit labor in studio nocte, dieq; frequens.
Dummodo palladijs sit vestra refertalibellis
Et plena omnigenis bibliotheca sophis.
Siue Palæmonias curet quis discere chartas,
Inueniet doctos grammaticæ canonas.
Seu colere altiloqui lepidas Demosthenis artes,
Ac Ciceronis opes hæc tibi theca dabit.
Seu tibi mellifluum carmen, dulcesq; poetæ
Sunt cordi, inuenies quæ placuisse solent.
Iuris & æquarum numerosa volumina legum
Et veterum inuenies scita sacranda patrum.
Romulidum historias, ludęas, extera gesta,
Annalesq; tuos gens Alemanna leges.
Si tibi philosophi placeant, academia florens
Cecrope posthabito, huc migrat amica boni.
Ingenium huc torrens, atq; admirabile doctis
Migrat Aristotelis, Democriticq; sales.
Zenonas rigidos, samiæq; silentia sectæ
Socraticos mores discere abunde potes.
In primis hagiographiæ decet inuigilasse
Tedia quæ pulsat, datq; salutis opem.
Alter discurset per vicos, atq; plateas,
In triuijs tractet garrula verba loquax.
Alter rixetur raucus de stercore equorum,
Et verbis superet vulgus anile alius.
Verbosas alius leges in pectore verset,
Atq; citando reos iurgia inepta serat.
Splendidior toga sit, multo sudoreq; natos
Nutriat, in somnis pallidiorq; croco.
Cum sacris vester sermo doctoribus esto
Qui vigiles curas, somnia dira negant.
Hereticos contra dulce est audire tonantem
Hieronymum, flagrans eloquiumq; senis.
Tecum Augustinus cœli sublimia tractet,
Explicet eloquij sensa profunda sacri.
Et grauius Ambrosius diuino rore madescens
Ad populum erudiat de pietate loqui.

Gregoriusq; pius doctor morumq; magister
Instruat, ad cœlum qua via tuta datur.
Atq; alios centum fidei tractato magistros
Quos neq; connumero, nec numerasse queo.
Præ rostris igitur, triuijsq; loquacibus, atq;
Alloquio populi bibliotheca iuuet.
Quæ neq; dat rixas, nec vel clamoribus aures
Obtudit, haud quæstus irrequieta petit.
Omnia sunt ibi tuta quidem iucunda, quieta,
Sollicitusq; timor cedat & ira procul.
O demum fratres quos Zuifuldense fouebat
Cœnobium valeant, Bebeliusq; diu.

Ad abbatem eiusdem monasterij Tetrastichon

Q, modo doctorum solatia bibliothecam
Struxisti, auctorum doctis varijsq; refertam
Codicibus, semper te abbas venerande Georgi
Doctorum cœtus, laudabit, amabit, honorat.

¶ IMPeratores in principio erant qui exercitui præerãt, & singuli aliqua re fœliciter gesta, a senatu hoc noĩne sunt honestati & appellati. Cicero aũt docet imperatorẽ a senatu appellari solitũ fuisse, si qs mille aut duo millia externoꝝ hostiũ occidisset. Appianus vero de bellis ciuilibus scribens, ait nomẽ imperatoris vendicari solere ab his prętoribus qui in maximis belli operibus versati sunt cum laude, nunc aũt inquit sub quibus decẽ millia in bello cecidissent, hac appellatõe dignos haberi audio, præterea ductores exercituũ, & præfecti copiarũ militarium vocãtur a scriptoribus imperatores. Nunc vero latine & significanter & vere imperator dicitur, qui rerũ potitur, vniuersamq; rempub. administrat, vt enim imperiũ Roma. ab oĩbus eleganter dicitur, & quasi magnificẽtius q̃ regnum Romanoꝝ, ita imperator iure dicitur qui summũ dominiũ in repu. Romana habet, nec curo ꝙ Leonartus Iustinia. venetus aliter sentiat, arguens barbariẽ germanoꝝ, ꝙ imperatorẽ supremæ potestatis nomẽ existimemus, in apologia eni nostra iniuriã nobis germanis ab illo inustã, & illatam, gloriose ut spero vindicaui, testimonio tam gentilium q̃ Christianoꝝ, tam iurisconsultorum q̃ historiographoꝝ non paucorum, vt breui videbitur.

SENatores Romulus centũ numero elegit, q̃s ob honorẽ patres, ob ætatẽ senatores appellauit, hoc tangit Oui. v. fast. Nec nisi post annos patuit, tunc curia seros. Nomẽ & ætatis mite senatus habet. Iura dabat populo senior, finitaq; certis Legibus est ætas vnde petat̃ honos. Qui ꝟo ex his primoribꝰ centũ patribus geniti sunt Patricij nũcupati sũt,

Senatores aũt triplicis ordinis fuerũt. Patricij, pedarij, cõscripti, de patricijs dictũ est. CONscripti senatores hi sunt qui regũ, consulũ, censorumue decreto in senatũ lecti sunt. Accursius aũt in primis rudis grammaticus dicit in glossa. C. de emenda. Iusti. Co. §. Patres cõscripti ideo dicũtur, quia noia scripta erãt in diademate capitis eorũ in literis aureis vt recognoscerẽtur ab alijs hoibus, quid ineptius, aut falsius dici põt? quis vnq; audiuit senatores diademate Romæ ornari? Sed vt Festus ait, Conscripti dicebãtur qui ex equestri ordine patribus ascribebãtur, vt nũerus senatorũ expleretur. PEdarij vero, vt dicit Feneſtella varijs rõnibus appellati sunt, alij enĩ q; hi non haberẽt sententiæ dictionẽ in senatu, sed in aliorũ sentẽtias pedibus irent dictos pedarios putãt. Alij q; essent plerique qui magistratus curules adepti, sella curuli in senatum veherẽtur, qui vero pedibus iter facerẽt pedarij nomiabantur. M. aũt Varro equites quosdã esse ait quibus amplioribus mgratibus functis nondũ tamẽ, vt senatoribus lectis esset ius dicendi in senatu sententiæ, cum tñ in senatũ venire liceret, sed quas sententias princeps dixerat in eas descendebant. CONsularis potestas summa erat post exactos reges & annua tantũ, ne nimia diuturnitate in superbiam & licentiam prolaberẽtur. Et duo semper erãt consules, vt vnus alterũ si male sentiret de repub. castigaret, & dicti sunt consules, ut ait Pomponius iurisconsul. ff. de origine iuris, q; plurimũ reip. consulerẽt, vt diuus Hiero. ait super secunda visione Esaiæ, *principes quondã Romani consules appellati sunt, vel a cõsulendo ciuibus, uel a regẽdo cuncta consilio, & nos habemus in ecclesia senatũ nostrum cœtum presbyterorum.*

PROconsules aũt dicebãtur qui loco consulũ in prouincias cũ imperio mittebãtur, eorũq; vice fungebãtur quãdiu in prouincia essent.

TRIbunus celerũ secundum locũ a regibus tenebat teste Pompo. iurisconsulto, & pẽrat militibus & emẽdationi militiæ. dicti sunt Celeres a celeritate, q; celeriter occurrerẽt, si qñ eorũ opera respu. indigeret vel a Celere quodã interfectore Remi, qui primus his ordinibus prẽfectus fuit. CELeres antiqui dixerũt q̃s nunc equites dicimus, & dicũtur tribuni a tribu, de q bus Hiero. quo supra dicẽs. Centuriones vocãtur qui centũ prẽsunt militibus, & chiliarchi q mille, q̃s Tribunos appellamus, ab eo q; præsint tribui, vnde & DECanos dicimus qui decem præsunt hominibus, vel tribuni secundũ Pomponiũ iurisconsultum dicũtur, q; tunc in tres partes popul⁹ erat diuisus, & ex singulis singuli creabãtur, uel q̃a tribuũ suffragio creabãtur. Tribuni militũ erant qui parẽ cũ consulibus habebãt iu castris potestatẽ, & patroni exercit⁹, opponebãturq; impatori pro militibus hi forsan mareschalci hodie dicũtur. Dicitur aũt tribunus cohortis quæ fere mille militibus consta-

bat, & legatus legionis. Non aũt dicimus Cẽturio cohortis, sed ex cohorte. At tribunus cohortis. Nec tribunus legionis, sed legatus. Nec legatus exercitus, sed impator. Legatus aũt dicit legionis, et tribunus cohortis, quia toti illi præest, vt impator exercitui. Tribunoꝝ aũt officiũ erat, vt Marcellus de re militari scribit, in castris milites continere, et ad exercitationẽ producere, vigilias circuire, rei frumẽtariæ præesse, querelas cõmilitonũ audire, valetudinarios inspicere. Et horũ duo erant gña, alĩ Ruffili ac postea Rutuli vocati, qui in exercitu creabãtur a cõsule nõ a ppło, alĩ comitiati q Romę in comitiꝭ designabãtur. Sunt et tribuni ꝓrariĩ ab eo dicti, ꝙ his tributa erat pecunia quã militibꝰ distri-

TRIbuni plebis erãt defensores plebis, ne vis aliqua, aut (buerẽt, fraus in plebe inserẽt, vt æquitas in ciuitate & maior libertas esset, hos græci demarchos vocãt, & hi vt ego arbitror hodie apud germanos in impialibus ciuitatibus, pletario, & illiterato vocabulo scabini dicũtur, ꝙs alĩ prætores vrbanos vocari volũt, quibus ego nõ subscribo Fuit aũt tanta tribunoꝝ plebis potestas, vt dicit Feneſtella, vt quicqd decreuisset senatus, ita demũ ratũ haberetur si tribuni approbauissent.

DECemuiri (penul. cor. sicut etiã triumuiri, duũuiri & similia) creabãtur oĩbus vrbis magistratibus per annũ sublatis legũ condendaꝝ & iudicioꝝ ferendoꝝ gratia, & decẽ numero cõstituti sunt senatusconsulto, & populi consensu, & præ cęteris magistratibus officia pencoĩa obibant, hĩ a græcis ciuitatibus leges petiuerũt, & tabulis eburneis, seu vt alĩ volũt æneis, ꝑscripserũt. Inde leges xĩj. tabularꝝ dictæ. Decẽuiri etiã successu tpis constituti sunt Romæ teste Pomponio, qui hastæ prę essent, & litibus iudicandis. Habebant aũt hĩ etiã legatos, vt dicit Feneſtella, ob rerũ gerendarꝝ multitudinẽ qui non ppria, sed mãdata iurisPRAetores introducti sunt ita, vt Pompo. (dictione vtebãtur, iurisconsul. ff. de origine iuris narrat, cũ consules auocarẽtur bellis finitimis, necꝙ esset qui in ciuitate ius reddere posset, factum est vt Prætor quoꝙ crearẽt, qui vrbanus appellatus est, eo ꝙ in vrbe ius redderet. Post aliquot deinde annos nõ sufficiente eo Prætore, ꝙ multa turba etiã peregrinoꝝ in ciuitatẽ veniret, creatus est & alius Prætor qui peregrinus est appellatus, ab eo ꝙ plærũꝙ inter peregrinos ius diceret, vt Liui. lib. v. scribit, primus ꝓtor ex patribus qui ius in vrbe diceret creatus ẽ, penes quẽ magistratum oĩs publici, priuaticꝙ iuris potestas esset, et vt nouũ ius cõdere & veterã abrogare posset, idꝙ ob mgr̃atus honorẽ ius honorariũ appellatum est. Abinitio aũt prętor oĩs mgr̃atus appellabaẽ, cui pareret exercitus. Dicitur aũt prętor vt pręsit, vt Liuius videtur velle, vel scd̃m Varronẽ a præeũdo, quasi præitor, ꝙ pręiret iure & exercitu. Erant itẽ prætores, puinciales, qui puinciꝭ ius dicerent

qui totidē fuerunt, qt prouinciæ in deditionē Romanorꝫ venerant.

DIctator magistratus erat sūmæ potestatis & extra ordinariꝰ, nec nisi sex mēses durauerat, sic dictus, ꝙ eius dicto parendū esset, vel eius dicto audientes oēs essent, qui antiquitus magister populi dictus est, vt testis est Pōponis iurisconsultus. Cicero, Varro, Seneca. MAGister equitū dictatori ꝓximus equitibus regēdis p̄fectus erat. PRAEfecti prætorio tales fuerūt apud Cæsares, quales apud reges tribuni celerū, aut apud dictatores magistri equitū, hoc cōfirmat Aurelius iurisconsul. ff. de offi. præ. l. prima inquiēs. Ad vicē magistri equitū p̄fectos p̄torio antiqtus institutos esse a quibusdam scriptoribus traditū est. Nam cū apud veteres dictatoribus ad tēpus sūma potestas crederet, & magistros equitū sibi eligerēt, qui associari principali curæ militiæ gratia secundā post eos potestatē gererēt, regimētis reipu. ad impatores perpetuo translatis, ad similitudinē magistrorꝫ equitū præfecti prętorio a principibus electi sunt. Data est eis plenior licētia ad disciplinæ publicę emendationē, hoc idē tradit Feneſtella a quo hic accepit. Sunt aūt hodie apud principes marscalci, qui olim magistri equitum dicti sunt.

CENsores dicūtur teste Varrone ad quorꝫ censionē. i. arbitriū censeretur populus, hi igitur censui habēdo, lustris cōdendis, moribus denicꝫ et disciplinæ Romanæ p̄fecti erant. QVEstores qui ærario prę fecti erant, & sumptibus publicis, a quærēdo dicti, & vt Pompo. iurisconsul. ait, ꝙ inquirēdæ, & conseruādæ pecuniæ causa creati erāt. quęstores vrbani erāt, qui nunc vulgo magistri cōputorꝫ dicuntur, qui & præfecti ratiocinioꝝ dici possunt. quæstores militares et qui cū consulibus & p̄toribus mittebātur ad bellū pro administrāda re pecuniaria, hodie thesaurarij dicūtur. Erant & quęstores parricidij qui capitalibus rebus p̄erant, & hi a q̄stionibus dicebātur, qui postea Triūuiri capitales nūcupati sunt, de q̄storibus plura in cōmentarijs linguæ latinę dixi

INTerrex erat qui donec respub. rege aut cōsule carebat, vices regis vel cōsulis gerebat. Inde interregnū venit. LEGati erant etiā qui ducibus dabātur exercitus a senatu, non solū adiutores, sed custodes, & aniaduersores rerū a ducibus gestarꝫ, ita vt nihil ipīs ignaris a duce gereretur, qs hodie vt dicūt campi prouisores vulgus Italorꝫ vocat.

PRAeses prouinciæ, ut dicit Vlpia. est is qui maius in puincia imperiū habet oībus post principē, aliqn etiā dicitur auxiliator et defensor.

AEdiles dicti sunt ab eo ꝙ ædes sacras & priuatas procurēt, & a solio eburneo qbus insidebāt Curules dicebātur. Aediliū officiū erat ludos & spectacula exhibeē, & ut dicit Feneſtella cloacis publicis, & aquę ductibus, cæterisq; ædilicijs publicis p̄positi erant, denicꝫ quicqd rerū vitiosarꝫ pro syncero, fractū pro itegro vsq; venisset, ędilicio edicto

redhiberi solet. Inde græce ædilis dicitur ἀγορανόμος ꝙ foro rerum venaliũ, cui regulã præscribit ꝓpositus sit. Plau. in capti. hunc fecerunt sibi ætholi agoranomũ. Inde apud Roma. a Cæsare creati sunt ædiles cereales, & a Cerere nomiati sunt, vt scribit Pompo. his cura rerũ vendendarꝝ ne qua fraus fieret, & mẽsurarum cõmissa erat. TRIumuiri triplices fuerũt Capitales, Mensarij, Nocturni, de capitalibus sic habet Pompo. ff. de origine iuris. Triumuiri capitales constituti sunt qui carceris custodiã haberent, & cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret. Triumuiri mensarij, siue monetales erant, quorꝝ diligentia & cura numismata auro argentoꝙ fabricarẽtur, de quibus Liuius dicit. Triumuiri mensarij creati sunt, hicꝙ nũmulariꝰ & monetæ omnis generis et formæ cusoribus prẽerant. De triumuiris nocturnis qui publicis præerãt incendiꝰ meminit Cornelius Tacitus. Triumuiri nocturni ꝙ ad incendiũ in sacra via ortum tarde venerãt, a tribuno plebis die dicta damnati, quos postea præfectos vigilum dictos ostendit Pompo. iurisconsul. inquit enim. Præfectus vigilum cognoscit de incendiariꝰ, & effractoribus finibus receptatoribus, & vt inquit Paulus de officio præfecti vigilũ. Apud vetustiores incendiꝰ arcẽdis triumuiri prẽerãt, qui ex eo ꝙ excubias agebãt nocturni sunt dicti. Aug. aũt in grãmatica sua faciens vnã partem orõnis dicit. præfectus suigilibus, præfectus fundis, ꝓfectus annonæ. Est aũt PRAefectus annonę qui in caritate annonæ frumentũ vndicꝙ, ut dicit Feneſtella coemerat, et si quis vltra ꝓprios vsus posſideret, in mediũ ponere iussit, aduehi vndicꝙ & aduectũ iusto precio venire frumentũ curabat. Præfectus autẽ fundis qui fundis & agris ꝓerat, & nunc in pagis nris sueuicis eligũtur triumuiri, vel quatuoruiri, vel quincꝙuiri, prout magnus, vel paruus est pagus, qui gerũt, curãt de pecore pascẽdo, de pascuis, de tutãdis frugibus, & dãnis agrorꝝ præcauendis, & siribus. Scribit Põponius de origine iuris, de quattuor viris qui curã viarum agerent, & alij de duumuiris quibus Tullus hostilius potestatem fecit iudicandi de capite. M. Oratij qui solus ex trigeminis bello Albano remanserat, & reus accersitus, quod extra portam Capenam sororem interfecerat.

PRAefectus vrbis qui custodiæ vrbis, & iuri dicendo præpositus erat, quoties reipub. causa magistratus abessent, & vt Dionysius Halicarnaseus ait, Romulus primũ elegit vnum qui vrbanis negocijs prę esset. Longo post tempore tantũ sibi vrbis præfectura vendicauit imperatorũ temporibus, vt crimina omniũ in vrbe cognosceret, & demum cum imperatores abessent, præfectus velut alter Cæsar, & imperator imperabat, de rebus oibus quæ ad Cæsarẽ pertinebãt, censebat.

Sunt item singulorũ ordinum in militia aliquãdo præfecti creati,

vē præfecti alarū, præfecti cohortum, & præfecti legionis vicem habebant legati absentis quibus parebant. Tribuni, Hastati, Pilani, Centuriones, & totus denicq; exercitus. PRAefecti item castrorū, quorum cura erat positio valli, fossæ, tentoria, tabernacula, torm̄eta bellica &c.

PROcuratori Cæsaris omnis res familiaris principis cōmissa erat, etiam quicquid is ægisset ratum erat apud Cæsarem. hic a recentioribus leguleis comes rerum priuatarum Cæsaris dicitur.

DE SACERDOTIIS ROMANORVM.

¶ PONtifex maximus cæteris pōtificibus præerat, nec poterat nisi vnus esse qui templo Vestæ & custodiæ palladij erat præpositus, cui denicq; omia sacra publica, priuataq; subiecta fuerūt. Et pontifices Q. Mutius Scæuola a posse et facere appellatos esse dicere solebat, sed ea denominatio a Marco Varrone, haud satis probari videtur. Nam & a ponte & facio pontifices appellatos putat, eo q; ab his pons sublitius factus & sæpe restitutus esse perhibeatur, ante pontem autem sublitium ab Anco Martio factū principes sacerdotum a Numa Pompilio

REX sacrorum alio nomine sacrificulus (lio sunt appellati) pontifici maximo subijciebatur, cum enim a regibus quædam sacra instituta essent, a solisq; regibus obiri consueta fuerint, ne omnis religio extincta videretur, creabatur rex sacrorum, sed ne regiam dignitatem regis appellatione vsurparet, pontifici maximo subijciebatur.

FOEciales (quorum pater patratus princeps erat) sacerdotes dicebantur qui faciendis præerant fœderibus. Inde enim dicti teste Festella, a Varrone autē a fide & faciendo, a Pomponio a ferendo dicti, vbi de fœderibus conuenerat admitti consueuit pater patratus, ad patrandum enim, id est faciendum iuramentum admittebatur, eos instituisse dicitur Numa, cum indicendum esset bellum Fidenatibus.

CADuceatores aūt pacis erāt legati, dicti a Caduceo quē manu gestabant.

SALij sacerdotes fuerūt Martis, a saltādo dicti, eo q; in (stabant, portādis ancylibus quotānis versicoloribus tunicis ornati, p vrbem saltarēt & tripudiarēt, hos Numa xij. instituit. Tullus aūt hostil. 9 dupli cauit numerū. GALli fuerunt sacerdotes matris deor̄, quæ & Ops dicitur, & Cybele, Rhea, Berecinthia. Et sacerdotes illi castrati erant, & dicti a Gallo veruſto phrygiæ flumine, cuius aquam potantes in insaniā vertunt. At Hiero. in cōmentarijs veteris instrumēti aliter sentiens dicit, hi sunt quos hodie Romæ matri non deorū, sed demonior̄ seruientes gallos vocāt, eo q; de hac gente Romani truncatos libidine in honorē Martis quem Eunuchū dea meretrix fecerat sacerdotes illius mancip auerūt, propterea aūt gallorum gentis homines effœminan-

tur, vt qui vrbē Romam ceperāt, hac feriant ignominia. Inde archigallus qui gallorū sacerdotū est princeps, & vt Firmicus Mater. dicit si a Venere luna defluens in nocturna genitura feratur, minuta luminibus ad Saturnū, aut steriles, aut eunuchos, aut archigallos, aut hermaphroditos faciet. FLAmen dialis fuit sacerdos Iouis. dictus aūt flamē vt Varro ait, q̄n latio capite velato erat, & caput filo lanæ præcīctū habebat, a quo flamē appellabat. Dialis aūt a dīoue, q̄ est iuuans deus. Cæteri flamines eius qui præsident numini decorātur titulis, vt flamen Martialis a Marte, Quirinalis a Quirino Romulo, Vulcanalis a Vulcano. VIRgines vestales fuerūt sacerdotes Vestæ quales hodie moniales sunt. COLlegiū augurū erat ordo hominū prudētium qui, p dignis publicis præerant, & primū tres augures fuerāt a tribus tribubus, sic instituit Romulus teste Dionysio Halicarnaseo, inde quatuor creati. Tandē plæbe p tribunos id petēte quinq; plębei augures, quattuor patricijs adiūcti fuerunt, & sic numerus nouē augurū māsit.

POTitij & pinarij fuerūt duæ familię hospites Herculis in italia, & tandē eius sacrorū sacerdotes instituti, de q̄bus Vir. in viij. ænei. plura:

LVPerci sacerdotes erāt Panis, Iuci siue Fauni aut syluani, nudi sacrificantes. EPVlones fuerūt sacerdotes qui ludorū epulare sacrificiū faciebant, & primū fuerūt tres, post quinq;, tandē septē. Duumuiri a Tarquinio superbo instituti erant, qui solitos libros sibyllinos inspicerēt, postea creati sunt x. & tandē xv. & dicti fuut quindecim uiri, quibus alīquādo cura fuit cōmissa corrigendorū fastorum. FRAtres aruales numero xij. qui sacra publica fecerūt, propterea vt arua ferāt fruges, a serēdo igit & aruis, vt Varro scribit Fratres aruales dicti.

DE NOMINIBVS ARTIFICVM ET NEGOCIATORVM.

¶OPIFex generaliter dicitur qui opere manuū suarū vitā sustentat, & opera manibus facit sicut & operarius. Opificē aliquādo deum vocamus. i. operatorē omniū rerum. Aliquando opifices coquos & lautiorum artium sectatores vocamus. Cic. pro L. Flacco. Opifices & tabernarios, atq; illā omnem fecē ciuitatū quid est negocij concitare. Idem. Omnes aūt opifices in turpi sunt exercitio. Inde opificiū est op⁹ opificis, vnde elegātissimus inter christianos scriptor Lactantius suū opus de opificio dei inscripsit. Inde etiā opificina quo vocabulo Plautus in milite vtitur, videt esse taberna opificis. Differūt autem officina & taberna. OFFicina grece ἐργαστήριον dicitur, generaliter vbi opa fiunt, vt officina cælatoris, fusoris, flatoris, sutoris, sartoris, statuarij. & cæterorū. Taberna uero vbi opera ipsa cæterq; merces vēduntur, vt taberna vinaria, lanaria, olearia, panaria, vbi vinū, lana, oleum, panis vendit. Tabernā purpurariā Paulus. ff. de le. iij. dicit, quæ est vbi

purpura venditur. Et purpuraria etiã teste Beda presbytero in commentarijs actuum apostolorũ, dicitur purpuræ venditrix, quæ græce porphyriopolis vocatur. CAVpona uel copona est taberna cauponis. Tabernæ item appellatione, vt tradit Vlpia. iurisconsul. ff. de ver. signi. declaratur oñe vtile ad habitandum ędificium, a tabulis quibus claudit uel cooperitur. Inde tabernarius qui in taberna venditat & maxime qui vinũ venditat. Cice. sed dici non potest quõ hic oĩa iaceant, nisi ego cũ tabernarijs & aquarijs pugnarẽ. AQVarius qui vendit aquas. Vlpianus tñ iurisconsul. ff. de fun. instru. & instru. lega. Aquariũ accipit pro eo qui inuehit aquam & procurat in domum, ita dicens. l. quæsitũ est. HOstiarij autẽ inquit, vel topiarij, diætarij, aquarij domui tñ deseruientes cõtinebuntur. Sunt aũt diętarij ministri diętæ. DIAeta vt alibi dixi est cœnaculũ & locus vbi cenatur, qui et triclinarij dicũtur. ARChitriclinus aũt prędectus est triclinij. HOStiarij aũt qui claudunt & obseruant hostia & ianuas, teuto. torvuart. Topiarij qui topiaria faciunt & ars topiaria, vt alibi dicam. FABer nomẽ generale est sicut fabrica, officina, vt faber lignarius, teut. zimmerman. Faber tignarius faciens tigna. Est aũt TIGnus vel tignũ in neu. ge. trabs qua varie dispośita domus extruitur & proprie cui tectum superponitur, sed faber tignarius, vt dicit Caius iurisconsultus, dicitur non solum is qui tigna dolat, sed etiam qui lignea solaria, hoc est qui trabes, cæteraq; ad tabulata domus vtilia, et oñis qui ædificat intelligitur. Faber cæmentarius qui *cæmenta facit*, teuto. mortelmacher, & generaliter pro fabro mu*rario accipitur. Faber carpẽtarius qui carpenta* facit, vel generatim faber *lignarius*, vt Hierony. ait, Carpentarius faber fecit scamnũ. Faber plaustrarius qui plaustra facit, teuto. vuagner. Faber machinarius vel mechanicus qui machinas facit, & est opifex eorũ operum quæ ingenio simul & manibus fiunt, qui græce etiam μηχανοποιος mechanopœus dicitur. MAChinarius item asinꝰ dicitur ab Africano iurisconsul. ff. de. l. iij. & videtur esse qui machinas trahit, velut Accursius ait, qui portat necessaria machinæ, quæ in fundo fiebat. Architectus, vt Plautus in milite dicit, vel architector, vt idem auctor est in mustella. dicẽs in persona Tranionis serui, dare vult vxorẽ filio quantũ potest ad eã rem facere, vult nouũ gynecitũ. Nam sibi laudasse ait architectorem nescio quẽ &c. Est igitur ARChitector vel architectus faber principalis, vel qui pẽst structuris ædificiorũ, ab αρχος. i. princeps, & τεκτων. i. faber, & non a tectũ tecti, vt nostri dicũt. Inde architectari uerbũ deponẽs quo verbo Cic. vtitur de fini. bono. et malo. lib. ij. Cornelius tñ nepos teste Priscia. in vij. ponit in passiua significatiõe, vt sit ge communis, & architectura ipm opus, etsic Victruuius Pollio ad Augustũ

de architectura pscripsit, & qm̄ Plautus dixit GYNæciū uel gynæceū scias hoc esse nomē gręcū & significare locū in q̊ habitāt solę mulieres teu. ain frawenzīmer, & pro. penul. sic enī apud græcos scribit̄ γυναικειον ανδρων ANdron ꝟo andronos ανδρωνος vel ανδρωνιτις ανδρονιτιδος andronitis andronitidis ē locus vbi viri tm̄ versant̄, et is locus in arcibus nostroꝝ nobiliū dicitur, teu. die ritter stub, a gynæceo venit gynęcearius, qui facit gynęcea vti quidā Ionathes fuisse dicit̄ ab Iosepho in vij. vbi legit̄ genæcearius arte perperā. Faber materiarius dicit̄ qui ligna parat & subministrat operi faciūdo. Plau. in milite Si nō nos materiarius remorat̄ faber ad opus. Et fabricā materiariam primus inuenit Dædalus, vt Plini. in vij. auctor est. Faber ferrarius qui ferrū fabricat, teu. ein schmid. Et faber ærarius qui æs. faber plūbarius qui ex plūbo aliquid facit. faber cultrarius uel cultrifex qui cultella facit. CVLtrarius dicitur itē qui victimā cultro victimat &c. μαχαιροποιος MACheropius dicit̄ qui machæras facit, teu. schwert macher, oder messerschmid, quē latine cultrariū, uel gladiariū fabrū dicer̄ possumus. Faber stānarius qui tractat stannū, sic fusores stāni, teu. kanten giesser. Faber argētarius qui argentū fabricat. Aurarius faber uel aurifex quo Plautus & alij vtūtur qui aurū fabricat, goldschmid. Inde aurificina. i. officina aurificis. Argētarius alias significat, vt alibi dixi, qui vulgo cāpsor dicitur vel mēsarius. Faber argētariarius, teu. kupffer schmid. Argentariū enī, vt ex Plinio haberi potest. lib. xxxiiij. ca. xvij. idē est quod nos vulgo cuprū dicimus, aliqui tn̄ cuprū latinū esse volunt per Palladiū lib. ij. rerū rusti. qui dicit cuprini claui, sed alij cyprini legūt. INAurator q̄ ab aliq̄bus aurarius dr̄, est qui deaurare solet, teut. vbergulder, & sicut dicimus inaurare vel deaurare, ita inargētare, teu. vbersilbern, dicit enim Florenti. ff. de supel. lega. Inargentati lecti.

Faber aurichalcarius qui aurichalcū fabricat. BRActearius dici potest, teu, goldschlager, sicut laminarius, teu. spengler, cum lamina generale sit oīm metalloꝝ. CHAlcomistæ item sunt qui vulgo alchimistę dicuntur χαλκος chalcos enim æs dicitur, & μιαινω miæno, id est fœdo, corrumpo & vitio. Inde chalcomia ars ipsa est uel deceptio. Fateor aūt hic multa me fingere uocabula q̄ ipse nunq̄ legi, attamē intra analogiā finxi, & ad similitudinē alioꝝ, vt enim dicimus faber ferrarius, lignarius, ita ego dixi cultrarius, argētarius, argentariarius, plumbarius, stānarius & in similibus. Non enī videtur mihi vlla posse dari differētia, cur vnū dicendum sit & non alterū, & ꝙ si hoc quia auctoritas deficit esse ratio quæ, vt Quintiliano visum est ex historicis, oratoribus, & poetis est petenda. Tueor ego me ex analogia & deriuatione quę nouationē vocabuloꝝ admittunt, vt alibi dixi ex Fortunatiano,

& alijs. Si enī dicimus bractearius, cur non & laminarius? at primū dixit. Helius Spartianus in Alexandro Seuero ita dicēs. Bractearioꝝ, vitriarioꝝ, pellionum, clauſtrarioꝝ, argentariorum, aurificū, cæteraq; artium vectigal pulcherrimū inſtituit. Lampridius vero de eodem, vectigal pulcherrimū inſtituit braccarioꝝ, linteonum, et pallionum, vbi palliones ſunt pallioꝝ confectores, ſicut braccarij braccaꝝ veſtiū ſarctores, ſed vt alia vocabula etiā ponam. VITriarij ſunt qui vitra faciūt, teu. glaſer. CLAuſtrarij ſunt qui clauſtra et ſeras faciūt teu. ſchloſſer, qui & ſerarij dici poſſunt. Sed SERrarij ſunt qui ſerras faciunt, teu. ſegēmacher oder ſegen ſchmid. PELliones ſunt qui pelles parant, teu. kurſner. Plau. in Menechmis, quaſi ſupellex pellionis palus palo, pximus eſt, q̄s Firmicus Maternus etiā pellarios vocitat, vulgo pelliparios inepte. MONetarij vel monetales fabri, vel quo Firmicus vtitur numiſmarij, ſunt cenſores monetarum, mintzmaiſter oder ſchlaher. Fabri calcariarij qui calcaria faciūt, teu. ſporer. LORicarij, uel ferramētarij qui loricas faciūt, teu. kyrris ſchmid. Loricatos aūt latino vocabulo Liuius vocat cataphractos græce, & politores loricaꝝ harnaſch feger, ſicut Iulius Firmicus vocat politores precioſaꝝ gemmarū, ſic nos loricaꝝ, ſpatarū, gladiorum. FABer ahenarius qui facit ahena, teuto. keſſler, quē proletarius ſermo & vulgus caldeatorem & calderificem vocat. FALcarius qui facit falces, quæ diuerſæ ſunt, vt alibi diximus, & inuenies. ff. de fundo inſtructo. Sunt item falcarij qui falcibus vtuntur. ORGanarij ſunt qui organa faciunt. Quæ dicantur organa diximus in commentarijs de abuſione. Iulius Firmicus. Si luna Mercurio defluens plena luminibus ferat ad Venerem organarios faciet. FABer vaſcularius qui vaſcula facit. Inde argentarius vaſcularius, id eſt qui argentea vaſcula fabricat, de quo fit mentio. ff. de actio. & obliga. l. finali. AVRifodina vbi aurum foditur. Fodina ferraria, plumbaria, ſtannaria, argentaria, argentariaria, æraria, ſalinaria, vbi foditur ferrum, plumbū, ſtannum, argentum, argentariū, æs, ſal, &c. SCVlptores ſeu vt Diomedes vult ſcalptores, ſunt qui cedendo imagines aliquas faciunt, & proprie in marmore & alijs lapidibus, teuto. bildhauer. STAtuarius a grēcis αγαλματοποιος qui ſtatuas fingit, ſeu qui imagines fundit, & ſtatuæ iſtæ maxime ſunt æneæ, eboreæ, lapideæ &c. CAElatores qui vaſa argentea & ſimilia ſculpunt. ENCauſtę qui adhibito igni aliquid pingunt. Encauſtum latine inuſtum dicitur, vulgus male pro atramento accipit.

FLAtores dicuntur qui æs ſignant, quaſi flando, hoc eſt calefaciendo æs ſigneť. FVLcrarij ſunt qui ſpondas & fulcra lectoꝝ fabricātur, & turbines pueriles & rhōbos muliebres q̄bus fila agglomerātur,

DOLiarij facientes dolia. FIGuli haffner, qui a recentioribus lutifi-guli dicuntur, græce plastæ dicuntur. Hierony. dicit plastes quem nos fictorem & figulum possumus dicere. Inde figlina officina figuli. vnde Lapienus iurisconsul. ff. de fundo instructo, quædā cum in fundo figlinas haberet, opera figulorū maiore parte anni ad opus rusticum vtebatur. Figlinas autē vel figulinas Chorebus athenienſis inuenit, vt dicit Plinius, & opera ipsa apud Plinium figlina & fictilia dicuntur, & figlina etiā ars figulorū dicitur Plini. li. xxxv. figlinarū opera imbricibus tabulis, teguliſq; ad balneas mammatis, vel ad tecta coctilibus laterculis fundamentisq;, aut quæ rota fiunt. TECtores facientes tecta, teuto. decker. CARbonarij qui coquūt carbones koler. CALcarij facientes calcem kalgbrenner. Cato de re rusti. calcarius ligna conficit ad fornacem. Inde fornax calcaria vbi calx concoquitur, & calcata ædificia dicuntur calce contecta, quæ loricationem & tectorium appellant.

LATerarij qui laterem coquunt, teuto. ziegler. Fornacarij dicūtur qui faciunt fornaces. LAPidicidæ non lapicidæ, qui cedunt lapides stainmetz, qui græce λατομοι latomi dicūtur, & lapidicina non lapicina, græce λατομια latomia, vel λιθοτομια lithotomia steīgruob Inde etiam λιθογλυφος lithoglyphus, id est lapidū sculptor, & λιθιασις lithiasis, id est morbus calcularis, teuto. der stain, λιθοξοστος, id est lapidibus stratus, sicut vicus fuit hierosolymis & λιθοτομος lithotomus, id est lapidū incisor, vulnerarij medicus. Lapidarij autem quo vocabulo vtitur Firmicus videtur esse qui ex terra lapides effodiunt. TORnarij vel tornatores, teut. treier, qui aliquid tornāt. STRatarius dicitur qui strata equo facit, teut. satler, hic vulgo sellator pperam dicitur, sed melius græce εφιππιοποιος ephippiopœus dicitur. εφιππιον EPHippium em̄ græce latine stratū equorū dicitur. Cæsar in iiij. belli gallici. Neq; eorū moribus turpius, aut inertius habetur q̄ ephippijs vti, & ut Plini. in vij. tradit frenos & strata equorū Peletronius in

FORnicator apud Paulū, ff. de fundo instructo est minister fornicis in balneo calefactandi, qui a nobis calefactor dicitur. Mallem ego dicere fornacator a fornace quod plus quadrat q̄ fornix sicut etiam. ff. ad legem aquiliam, fornacarius non fornicarius legendum censeo, qui tunc est seruus pistrinarius vel pistor. FORnicarij autem de quibus fit mētio. ff. de Vsuris. l. cum quidā. sunt opifices, & propolæ, & institores qui tabernas a fisco conducunt sub fornicibus, vt ibi merces suos venales habeant. SVLphurarij dicunt qui sulphur coquūt uel fodiunt, schwefelmacher. Inde fornax sulphuraria, vbi sulphur concoquitur, de qua facit mentionem Vlpia. ff. de pœnis.

EVNarius uel restio latine, græce σχοινοπλοκος schœnoplocus

(uenit.

qui funes facit, teuto. seiler. Inde etiã σχοινοβατης SCHœnobates dicitur latine funiambulus qui in fune ambulat teuto. der vff dem sail gat. Iune. iij. saty. Quicuis hominẽ secũ attulit ad nos, Grãmaticus, rhetor, geometra, pictor, aliptes, Augur, schœnobates, medicus, magus omnia nouit. Puteārius dicitur fossor puteorũ teu: brunnẽ graber.

FOSsarij vel fossores qui fossas faciũt, diuus aũt Hiero. fossarios dicit esse clericos vel in clericis gradũ fossariorũ ordinẽ esse, qui in similitudine Tobiæ sancti sepelire mortuos admonẽtur, vt exhibentes visibiliũ rerum curam ad inuisibiliũ sustinẽt, & resurrectiõem carnis credentes in domino, totũ quod faciũt deose prestare nõ mortuis cognoscant. Sed vt artifices plures simul interpretari possim, sumam ex Aulularia Plauti poetæ festiuissimi, in illa emẽ plures artifices annumerat Megadorus, quibus vxor dotata & quę multã dotem ad virũ attulit, vtitur ad ornatũ pompam et supbiam suã seruientibus, earumq; imperia superbiam & sumptus intolerabiles detestans ait, nũc quoq; inuenias, plus plaustrorũ in ędibus videas quam ruri, qñ ad villã veneris, sed hoc etiam pulchrũ est, præ quã vbi sumptus petũt stat fullo phrygio, aurifex, lanarius, caupones, patagiarij, induſiarij, flãmearij, violarij, carinarij aut manulearij, aut mirobrecharij, propolæ, linteões, calceolarij, sedẽtarij, sutates, diabathrarij, solearij adstãt, adstant molochinarij. petũt fullones, sarcinatores petũt, stropharij adstant, adstant semizonarij, iam hosce absolutos censeas, cedunt, petũt, terceni cũ stant philaciſtæ in atrijs, textores, limbularij articularij dicũtur, datur æs, iã hosce absolutos censeas cum incedũt infectores, crocotarij, aut aliqua mala crux semper est quæ petat. Fullo igitur quis sit prius diximus.

PHRygiones teut seidensticker, sunt qui acu auro intexũt, a phrygibus dicti qui ut ait Plinius, redordiendi & texendi auri, & argẽti rationem inuenerũt. PHRygia aũt vestis est acu taliter texta, vt dicit Nonius marcellus. LANarius est qui lanas curat, vel carminat vel pectinat. PATagiarij sunt qui aureas chlamydes conficiũt, vel dicuntur a patagio vestimẽto quod ad summã tunicã assui solet. INduſiarij vel ituſiarij qui intuſia faciãt, hemd macher. FLAmmearij qui flãmea cõficiunt, Est aũt flãmeum tegmen quo matronę capita tegũt.

VIOlarij sunt qui colore violarũ uestes inficiũt, & Violaria vestes violacei coloris. CARinarij alij a carinis nauiũ ducta similitudie dicti volũt, alij purgatores lanarũ, dũ lanam carere sit apud Varronẽ purgare a spurcitijs. Manulearij sunt qui manicas tunicis apponẽbãt, manuleata emẽ tunica de qua alibi Plautus mẽtionem facit, est quã Priscianus Manicatã appellat. habentẽ manicas longiores, qbus vti tomę indecorũ erat vt Gel. affirmat. Myrobrecharij sunt vnguenta

rij & vnguentoꝝ confectores ad capillos irrorãdos μυρον enĩ latine vnguentũ dicitur, & βρεχω.i.irrogo. Inde etiã MYRopolæ vnguentorũ venditores, q̃s latini vnguẽtarios vocant, vt post dicã. Inde Myropoliũ quo noĩe Plau.in Epi. vtitur, locꝰ est vbi vnguẽta vendũtur, quę latine Taberna vnguẽtaria dicit̃, quia vt dixi μυρον vnguentũ dicitur, & πολεω.i.vẽdo, & produ.po, quia cũ ω longa scribit̃, sicut & propola & cętera id genus, si igit̃ venus in deiectis locis & pigris fuerit inuẽta, faciet hospites popinarios, tabernarios, myropolas, ut dicit Iulius Firmicus in.iij. matheseos. PROpolæ dicuntur negociatores qui merces minoris præemũt, vt post pluris vendant, teu.furkaufler. προ, em̃.i.ante, & πολεω.i.vendo. LINteones sunt linteoꝝ vẽditores, vel contextores. leiniweber, est enim linteũ pannus lineus, a quo linteolũ. CALceolarij sunt calceoꝝ confectores a calceis dicti Calcei etiã sunt alioꝝ animaliũ, ut ferrei calcei equi. Inde calceare mulos apud Suetoniũ legitur. SEDentarij qui opus suũ sedendo conficiũt, vel sedendo operã suã locant. inde Sedẽtaria opera, & sedentarius labor. Sedẽtarij etiã Sellularij dicũtur. Liui.in viij. Quin opificũ quoq; vulgus & sellularij minĩe militiæ idoneũ genus exciti dicũtur. SVTates aũt sunt sutores a suẽdo dicti. SVTor aũt, vt Varro vult non a suendo dicit̃, sed a Sutrina q̃ est taberna sutoꝝ, sicut medicus a medicina, nõ a medendo. Sutrina insup̃ etiã ars est sutoris. Plin.in vij.ca.lvi. fulloniã artẽ Nitias Megarẽsis inuenit, sutrinã Boetius, nõ intelligas hic Boetiũ seuerinatẽ Roma. nam Plinio multo iunior est. Sunt igitur ꝓprie sutores qui calceos & crepidas suũt. DIAbathrarij sunt scd'm aliquos ascensorij, nam batho ascẽdo significat, scd'm alios sunt diabathraꝝ cõfectores, Est aũt diabathra genus solearũ græcanicaꝝ, vt Festus Põpeius dicit. SOLearij sunt soleaꝝ confectores, sockel oder pantoffel macher. Soleati aũt sunt soleis induti, & soleæ teste Gellio dicũtur oĩa ferme id genus calceamẽta quibus plantaꝝ calces tegũtur. Solea gręce crepida, vt crepidarij crepidaꝝ confectores. MOLochinarij vel molocinarij sũt molocinæ vestis cõfectores, a molaciæ dictæ, vt inquit Nonius, vel vt idẽ testis est coloris molochini ĩfectores. Molochinus enĩ color est floris similis maluæ, ad purpurã vergens, & dicitur molochinus quasi malachinus μαλαχη malache enim græce, latine malua dicitur.

SARcinator est vestiũ confector qui & sarctor dicit̃, sed plus placet & elegãtius videt̃ sarcinator. Nam eo noĩe p̃ter cæteros vtit̃ Plautus. Itẽ Lucilius & Vlpia.ff. de institu.actio.l. quicũq; dicens, itẽ fullonũ & sarcinatoꝝ p̃positus, & alibi. Itẽ Caius.ff. nautæ caupones &c. Paul.ff. de furtis, & Sarcinare est consuere, & cõsarcinare est sarcinas colligere.

SARcinatrix itẽ mulier quæ acu victũ quærit, ab eo dicta ꝙ sarciat

pannos. STRophiarij sunt cõfectores strophiorũ. Est aũt strophium fascia pectoralis, quæ tumorẽ cohibet papillarũ, alij a stropho dixerũt, sufficiat nobis hæc dixisse. SEMizonarij sunt qui parua tintinnalia conficiunt, & crotalia quæ veluti medij tympani formam habent.

PHYlaciſtæ sunt carceris custodes vel obseruatores, & qui aliquid obseruãt, φυλακὴ enim custodia est, & carcer, & alibi Plautus phylacam carcerẽ vocat. TEXtores a texendo dicũtur, quorũ opus textura, et officina textrina quod & textrinũ dicitur, vti Cic. dicit in Verrẽ. Textrina etiã dicitur ars texendi apud Pli. in xi. Textrix et textricula mulier quę texit. Iñ etiã BARbaricarij textores dicũtur artifices linteæ vestis, qua ex auro & coloratis filis effigies anialiũ & aliarũ rerũ exprimũtur.

LYMbularij dicuntur sarctores lymborum. LYMbus autem, vt Seruio placet, est fascia vestium extremitatum. Virgi. Sidoniam picto vestem circundata lymbo. Nonius lymbum dicit vestimentũ mulierbre, quæ purpuram in imo habet. ARCularij sunt confectores arcarum quæ ab arcendo dicũtur, quia clausæ a se fures arceant. Est autem arca & vestium & librorũ & similium. Infectores crocotarij sunt qui inficiunt crocũ, quæ est vestis a colore scilicet croceo dicta. Nam crotum siue crocula indumentũ a croco nomen sumpsit, hæc ex Plauti Aulularia excerpsi. SEGmentarij autẽ dicuntur qui vestes ex auro laborant, vt Iuuenalis. Segmẽtatis dormisset paruula cunis, sunt item segmina fasciolæ quæ in ordine vestis extrema parte assutæ iunctæq; ornamẽto sunt indumẽtis muliebribus. Segmentũ item est ornamentũ gutturis quod monile nolatur. RICarius vel ricularius qui ricas & riculas facit, teu. schleiermacher, nam ricæ & riculæ veli genus et palliola vocãtur, quo mulieres capita tegunt. Ricula etiã pro sudario po-

RETicularius dicitur qui reticula conficit, haubẽstricker, (nitur: nam reticulum dicitur apud nos haub, quod instar retis factum sit.

CORonarius q coronas & serta facit, græce stephanoplocos dicit.

VETeramentarius dicitur qui veteres calceos reficit. INTerpolatores sunt qui antiquas vestes renouant, vt eas facilius vendant, & mulier interpolatrix. CORiarij sunt coriorum confectores, teutoledergerber. ALVtarij autẽ etiam sunt coriarij, id est pellium & coriorum concinnatores, attamen tenuiorum pelliũ, vernacula nostra, weiſsgerber. Coriarij autẽ crassiorum pellium, apud nos ledergerber.

CALigarij sunt qui faciũt caligas, cuius meminit Firmicus in ij. mathesεos dicens, si per noctẽ in vi. loco horoscopi fuerint inuenti Mercurius & Iuppiter reddunt negocio interpretes, & piscatores, aut augures & sculptores, aut fullones, aut coriorum confectores, aut caligarios, aut piscatores, aut lanarios, aut his similes.

PANnicularios vocāt qui pannos cōficiunt, vel etiā pānarios.

OCRearij sunt qui ocreas faciūt, stifelmacher. OCreati vero qui sunt ocreis induti. POLymitarij sunt qui faciunt vestes polymitas penultima correpta, id est varij coloris & liciorum, nam πολυ, id est multum, & μιτοσ, id est filum vel licium. Polymita penultima correpta est vestis varij coloris, cuius etiā fit mentio in veteri instrumento, & Hieronymus polymitariū & plumarium pro eodem accipit. Inde opus polymitarium & plumarium. SERicarij sunt sarctores serici. Est autem sericū vnum altero multo plus nobilitatum, dicimus enim hodie sericum, seu purpuram villosam, teuto. samet. audio etiam dici purpuram damascenam, damast, credo a Damasco vrbe.

VNDulata item vestis quę fit ex hircorū & caprarum pilis, potius quā lanis. Q, ad similitudinem vndaꝝ picta sit, teuto. schamlot, quæ & Cymatilis dicitur (vt apud Plautū & Ouidium) a fluctu aquarum. Dicitur & vndo. onis, quo vtitur Plautus, & diuus Hieronymus. dicimus & vulgo symballaton. MARsupiarius, crumenarius, locularius dici possunt qui uel vendunt, vel conficiunt marsupia, crumenas loculos. SELlarius qui sellas facit, teut. sesselmacher. Sella enim quasi seda a sedendo dicitur. VIEtor qui vasa vinaria religat, teutonice binder. Viere enim, vt Nonius inquit vincire est, & inflectere. Vietus mollis est flaccidusq; & flexibilis corpore. Vitilia autem sunt quæcūq; sic lenta sunt vt commode flectantur, cuiusmodi sunt vimina.

ZONarij sunt qui zonas faciūt, teu. girtler. Cic. pro L. Flacco. Id sutores & zonarij cōclamarūt. Inde pariter dicere possumus baltearios & cingularios qui baltheos & cingula faciūt. Plautus in trinūmo. zonarios sectores vocat qui zonas, crumenas, & sil'ia furātur occulte secando, q̊s aristophanos, balātiotomos. i. crumenisecas vocat. CHartarius, siue græco vocabulo papyropius, papyri, & chartaꝝ confector, q̄uis non idē sint charta & papyrus, teu. papir macher. Et mēbranarius pergamenmacher. LINarius qui lini artē exercet, gręce λινοπλοκισ dicitur. LINtearius qui lintea vendit, sicut vestiarius qui vestes, vnde Vlpia. ff. de instito. actio. l. quicūq;. Sed etiā eos institores dicendos placuit, q̄bus vestiarij vel lintearij dant vestē circumferendā, & distrahendam, quos vulgo circitores appellamus, hic qui circitores sint habes, nec idē est circitor et circulator, quis em̄ sit CIRculator Paulus declarat. ff. de extra. or. criminibus dicēs, qui serpētes circūferunt & proponūt, si cui ob eoꝝ metū damnū datum est, pro modo admissi actio dabitur. Sūt & circulatores qui gladios simulāt se deuorare, & similia id genus iocularia exercent, teutonice. gauckler. CIRculatrix autem mulier est quæ vrbes circuit, & saltando alioue ludicri genere quæstū facit. Et

q̃m de institore mentionẽ fecimus. INStitor est (ut ait Vlpia. ff. de instit. actio.) appellatus ex eo q̃ negocio gerẽdo instat, nec multũ facit taberna sit p̃positus, aut cuilibet alĩ negociationi. VEStiarium aũt, ut rede amus ad priora, locus est in quo vestes, vel seruãtur, vel vendũtur, ali quãdo tñ vestiariũ accipitur pro ip̃o uestitu, sicut calcearĩũ pro ip̃o cal ceo, ut iurisconsultus Vlp. docet. ff. de alimẽtis & cibaria. lega. dicẽs. diarijs vel cibarijs relictis, neq; habitationẽ, neq; vestiariũ, neq; calcearĩũ de bere palã est. Inde venit negociatio sagaria et lintearia, de quibus habe tur. ff. de tributa. actio. & negociatio sericaria et saccaria, aliter saccarius accipit apud Vlpianũ. ff. de contrahẽda emptiõe, pro eo qui saccũ ba iulat dicẽs. si quid ex sacco saccarĩ cecidisset. SACarius etiã est qui facit vel vendit saccos. Inde saccaria negociatio. VETerinarius dicitur qui veterinoꝝ curã gerit, & veterina ducit, & vt alijs locet domi pro quæstu nutrit. Sunt aũt veterina aniãlia ad vehendũ idonea & quę ali quid vehere possunt, quasi vẽterina, q̃ ad ventrẽ onus religatũ gerãt. Inde & veterinarĩ medici qui veterina curãt, seu. fichartzet. Hi a græcis ΚΤΗΝΙΑΤΡΟΙ cteniatri dicũtur, nam ΚΤΗΝΟΣ ctenos græce iumentũ di citur, ꝙs nostri etiã mulomedicos vocãt, vnde Firmicus Maternus in ij. matheseos. centauro oriẽte qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equo rum nutritor, aut mulomedicus, aut equinarius, vbi Beroaldus men dã sustulit, et equitiarius substituit. EQultium enĩ significat gregẽ equo rum. Et equitiarius. i. equitũ magister, qui & equisio, et armẽtarius noĩa tur. Et quẽ Maternꝰ mulomedicũ dixit, vulgo etiã apud nos marscal cus dicitur, & est minor, ut more nr̃o loquar, marescalcus, qui stabula equoꝝ et equos curat apud principes, nam maiores marescalci apud principes sunt magistri equitũ, & maximæ potestatis apud principes.

LANius uel lanio lanionis vti etiã iurisconsulti vtũtur. ff. de fundo instructo dicit qui carnes ex pecoribꝰ facit, dictus a laniẽdis pecoribus cuius officina & macellũ, & laniena dicit. Plautus in Epidi. per oẽm vr bem quã sum defessus quærere, per medicinas tonstrinas in gymna sio, atq; foro per myropolia, et lanienas circũq; argentariã rogitando sum raucus factus, ibi medicina est officina medici, qualis hodie Apo theca dicitur, q̃ a diuo Hiero. in cõmentarijs veteris instrumenti taber na medicoꝝ congruẽtissime dicit, hic enĩ dicit, & in hoc doctos se arbi trãtur, si in tabernis medicoꝝ de cunctoꝝ operibus detrahant. Taber na medicoꝝ est vbi vendũtur ea q̃ ad medicinã valent, & vt redeam ad Plautũ. TONstrina est officina tonsoris, & argentaria officina ar gentarij. AROmatarius vel aromatopola penul. pdu. et odorarius la tine dicitur vẽditor aromatũ. Sunt aũt aromata latine odoromẽta, & taberna aromataria q̃ hodie speciaria dicitur, a speciebus venalibus,

ſic enim vulgo aromatà vocãtur, non tñ ſine auctoritate ſic appellat aromata ſpecies ſcilicet Hieronymus, Sydonius, iuriſconſultus &c.

PIGmentarius dicitur cõfector pigmentorꝝ vel venditor. Sũt aũt pigmenta vnguenta quibus puellæ ad venuſtãdam faciẽ vtunt, & aliquando cõfectiones ex diuerſis ſpeciebus ſuaues & odoriferæ. Hieronymus cõpoſuit, & oleũ ad ſanctificatõis vngentum, & thymiama mata de aromatibus mundiſſimis opere pigmẽtarij. Firmicus tertio matheſeos, Si Luna a Venere defluens minuta lumine ad Mercuriũ ferat, aut oratores aut plaſtas, aut ſculptores faciet, aut pigmẽtarios, aut colorũ reptores, aut pharmacopolas, aut popinarios. φαρμακοπωλης.

PHArmacopola penul. prod. dicitur qui pharmaca hoc eſt venena & medicinas vẽdit, q̃lis a nr̃is apothecarius vulgo appellat φαρμακοποιος pharmacopœus vero qui pharmaca cõficit, φαρμακον.

PHArmacum aũt eſt medicina & venenum, in bonum q̃ & malũ accipit, φαρμακος pharmacus inſup. latine veneficus dicit, ſed venefi cus apud nos ſignificat & illũ qui incãtatiõibus & cæteris malis artib⁹ vtit, & qui etiã venena facit. Lactan. lib. v. inſtitu. Veniũt gladiatores, latrones, fures, venefici, & precãtur nihil aliud q̃ vt ſcelera impune cõmittãt. Inde Plautus triuenefica dixit, pro excellens venefica, & venenarius qui parat vel cõficit vel vẽdit venenũ. Hiero. ſup Hieremia lib. iij. cõmẽtario rꝝ, homicidas inquit & ſacrilegos, & venenarios punire non eſt effuſio ſanguinis ſed legũ miniſteriũ. VNGentarij ſunt confectores vel vẽditores vngentorꝝ. Sen. li. iiij. natura, queſtio. vngentarios Lacedæmonij expulere, & ppere finibus ſuis cedere iuſſerũt, q̃a oleũ diſperderẽ. Et nota q̃ Seruius in ix. æneí. dicit, ſane nec vngo nec vngentũ u recepit excepto vno noĩe vt vnguen, vnde eſt, & pingues vnguine cęras, ego tñ reperio vnguentũ & vngentũ crebrius primũ, quare ego vſum ſecutus ſum. Vinarius eſt vini vẽditor, qui græce οινοπωλης œnopola dicit pen. pro & vinaria taberna οινοπωλειον ov etiã penult. pro. œnopolij, Plau. in aſina. Cætera quæ volumus vti græca mercamur fide, cũ a piſtore panẽ petimus, vinũ ex œnopolio. Et vt tangã feſtiuiſſimi & facũdiſſimi poetæ prouerbiũ. Mercari græca fide eſt numerare pecuniã pro re empta. Gręci em̃ tam leues fuerunt, & modicæ fidei, vt nemo cuiq̃ cõfideret aut crederet in re certa, hoc eſt in emptiõe data pecunia. De græcorꝝ leuitate pulcherrima tradit eloquẽtiæ pater in oratiõe pro L. Flacco & ad cæſarẽ, quod quia diuus Hiero. bracteato dicto allegat, ſumã eius verba dum in cõmentarijs noui inſtrumẽti ſuper Paulũ ad Galatas ita ſcribit. Vna quæq̃ prouincia ſuas habet proprietates. Cretẽſes ſemper mendaces, malas beſtias, vẽtres pigros, vere ab Epimenide poeta dictos Apoſtolus cõpro-

bat, qui et ĩsensatos Galatas vocat. Vanos Mauros, & feroces Dalmatas, Latinus pulsat historicus, timidos phrygas oẽs poetæ lacerãt. Athenis expeditiora nasci ingenia philosophi gloriantur. Græcos leues, & apud Cæsarẽ suggillat Tullius dicens, aut leuiũ græcor, aut immaniũ barbarorum. Et pro Flacco ingenita inquit leuitas & erudita vanitas. ip̃m Israel graue corde & dura ceruice omes scripturæ arguũt, hæc ille. Vinarius etiã dicitur qui est bibulus & vinosus, qui dicitur apud græcos οἰνοφλυξ. Vlpia. ff. de edil. edict. l. ob quę vitia. Item aleatorẽ inquit & vinarios nõ contineri edicto quosdã respondisse. Põpo. ait, quemadmodũ, nec gulosos, nec impostores, aut mẽdaces, aut litigiosos. VINitor ẽ aut custos vini, vt Virg. in æglo. x. Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ. Aut vinitor est cultor vini & vineaꝝ, quem vinea torẽ vulgo vocant. Sicut ARBorator apud Columellã arborꝝ planator & putator, qui & frondator dicitur, & FOEnisector apud eundẽ qui secat & metit fœnũ, qui a Plinio fœnifex dicitur, a Columella insup & Varrone de re rustica fœnisecia dicitur, & fœnisecium ipsa messis, vt ita dicã fœni, teut. he vuet. Varro de re ru. lib. i. nec primo anno rigari, nec pasci, ante secũda fœnisecia, nec herbæ vellãtur, obtritucꝫ hebetentur. FOEnile locus in quo fœnũ seruatur. Persius itẽ nec fœnisector, nec fœnisex, nec fœnisecia, sed fœniseca dicit Saty. vlti. Fœnisecæ crasso vitiarũt vnguine pultes. Sed vt redeã vinarius a. um, etiã significat quic quid ad vinũ pertinet, vt taberna vinaria vbi vinũ venditur, quam Vlpia iurisconsul. ff. de fundo instructo, tabernã cauponiam vocat, & vas vinariũ in quo vinũ, vel tenetur, vel venditur, & cella vinaria quæ & apotheca dicitur, vt alibi tradidimus, & horreũ vinariũ, vt tradit Sceuola iurisconsul. ff de fundo instructo, & instru. le. dicens. Item horreũ vinariũ cum vino & vasis, & instrumẽto, & insitoribꝰ, quos secũ habere cõsueuerat quæsitũ est &c. MELlarius & melliturgus, vt dicit Varro est qui mellis opus exercet vti pater meus. OLEArius qui oleũ facit vel vendit. Columella li. vlt. rerũ rusti. peritissimi olearij vix patiuntur ad vnam lucernã opus fieri. Plau. in capti. Omnes cõpacto rẽagant, quasi in velabro olearij. FRVmentarius significat qui vẽdit frumẽta vel abundat. Plautinus leno in pseudu. principio. Hedillũ tecum ago, q̃ amica es frumẽtarijs, quibꝰ cunctis mõtes maximi acerui frumẽti sunt domi fac sis, sit delatũ huc mihi frumentũ. CVPedinarij dicũtur qui esculẽta & poculẽta venditãt. Nam cupes a cupedia, & cupedula dicebãtur antiquitꝰ lautiores cibi. Et cuppæ vasa sunt vinaria pręgrãdia. Inde forũ cupedinariũ vbi venduntur illa, a cupiditate, uel q̃ ibi fuerit domus Numerij Equitij cupedis eqtis Romani, vt dicit Varro lib. re. rusti. Fuerũt & alia fora, vt inuenies in Feneſtella siue alio qui.

libellũ suum eo noĩe de mgr̃atibus Roma. imprimere curauit, vt forꝝ boariũ & piscatoriñ, holitoriũ &c. vbi boues, pecora, pisces, & holus vẽditur. Et forũ frumentariũ, siliginariũ, auenariũ, panariũ, calceariũ, & alia sil'ia, a rerũ quæ ibi vendũtur noĩbus cognomĩata. Et FORum dicit̃ græce εμποριον penul. breui emporiũ, εμποροσ emporus mercator. LACtarij qui cibos ex lacte cõficiunt & vendũt. Helius Spartianus in Heliogabolo, dulciarios & lactarios tales habuit, vt quæcunq; coq̃ de diuersis edulijs exhibuissent, uel structores, uel pomarij illi mõ de dulcibus, mõ de lactarijs exhiberẽt. DVLciarij sunt pistores qui dulcia & mellita edulia coquũt. LACtaria sunt q̃ vulgus lacticinia appellat, qua dictiõe quidã eccl'iastici vtũtur. Corne. Cel. lactãtia vocat. POMArij qui poma vendũt. HOLitor qui holera vẽdit, vel q̃ hortũ exercet, qui etiã uocabulo minus elegãti, ut volũt Hortulanus dicit̃, quo Apule. Macro. & Firmicus Mater. vtũtur. Gręce adt λαχανοπωλησ lachanopola pe. pro. dr̃. venditor holerũ, & λαχανοπωλειον lachanopoliũ pe. pro. forũ holitoriũ & locus vbi holera vendũtur, λαχανον lachanũ enim cõpręhẽdit omne genus holerũ. HERbarij qui herbas legũt & vendũt, uel qui vim herbaꝝ nouer̃t, et ex his medicamẽta cõponunt, vñ Pli. li. xx viij. ca. viij. Nãq; & hoc vitio laborauere ꝓximi vtiq; herbarij nr̃i, ꝙ ipsi notas velut vulgares stricti & noĩbus tm̃ indicauer̃. ACEtarij possunt dici q̃ conficiũt acetaria. Acetaria aũt Plinius accipere uidet̃ pro eo gñe cibi quẽ nos vulgo silatũ noĩamus, qui ex herbis virẽtibus, nec nõ acero oleoq; guttatim instillato fit, & concinnat̃. Sicut & RAPuncularij qui rapũculos vendũt. Sunt aũt rapunculi a rapo radicis exiguæ, qui comedit̃ in acetarijs, teu. rapuntzel. Tabernarij, caupones, popinarij sunt institutores tabernæ, cauponæ, popinę. Pistores, pinsores, panifici sunt qui panes cõficiunt. Inde panariũ carnariũ apud Plautũ, & granariũ apud iurisconsultos vbi recõditur panis, caro & grana frumentoꝝ, vel saccus in quẽ reponimus panes, carnes, frumẽta. Molitores qui molũt. PIStrinarij qui pistrinũ procurant, teu. pfister. Piscator captor pisciũ. PIScarius qui vẽdit pisces. Et piscaria locus vbi pisces vendũtur, q̃ græce ιχθυοπωλειον ichthyopolium penul. producta. HAMotæ vel hamiotæ qui hamis piscantur & pisces capiunt, et Hamarij qui hamos conficiũt. CETarij qui maiores pisces capiũt. BAListarij sunt artifices balistaꝝ. Tortores balistaꝝ dicũtur a Marcellino qui ex balistis tela cõtorquent & eiaculãtur. LIBrarius a libra, qui partiendis pensis p̃ficitur, teu. vuagmaister. Inde libraria locus vbi res librãtur. Hæc sunt q̃ raptim & properãter collegimus, adiuturi & in posterũ linguã latinam apud Germanos pro virili portione si dabitur facultas & ocium. Vale candide lector.

DE FALSA ETYMOLOGIA PROPRIORVM NOMINVM confícta per auctorẽ legendę aureæ, ſiue hiſtorię Longobardicę.

¶ Cum nup animi recreãdi gratia legiſſem Baptiſtę Mantuani prologũ in ſecundã parthenicen, inueni illũ vehemẽter dãnaſſe etymologiam noĩs Catharina, confictã ab auctore legẽdæ aureæ, ſeu hiſtoriæ longobardicę dicentẽ. Catharina nõ vniuerſoꝝ ruinã ſicut ille fabulatus eſt, interpretat, ſed vel a καθαρος ꝙd eſt purus, vel καθαιρίζω purifico, vel a καθαρρεω. i. fluo, vel a καθαρ & ρυαξ ꝙd eſt riuus vox illa deflectit, et vt idẽ inquit, fuit vir ille, & auctor illius legendæ meo iudicio pius quidẽ, ſed nequaq; ſatis literatus, pius inquã quod diuina cõgeſſerit, illiteratus vero qm̃ græcis vocabulis latinã, latinis græcã, hebraicis mixtã, nulli verã, oĩbus confuſam, obliquã, contrariã, falſamq; dederit interpretationẽ, atq; ita ſanctoꝝ noĩa dum illuſtrare putat, ſua delitus eſt, vel ignorãtia, vel impudẽti temeritate reddit obſcuriora, et niſi putaret peccaſſe per imperitiã, putari poſſet de ĩpietate condẽnandus, vtpote qui ſacroſanctã Chriſti religionẽ recte interp̃tationis inuerſionẽ voluerit cauillari, & noĩm perturbatiõe ſanctis illudere, hæc ille. Quæ cũ legiſſem cepi legere eandẽ hiſtoriã longobardicã, & inueni veriſſima q̃ dixit Baptiſta, ideo nõnulla hic noĩa ſubiecti, falſo ab illo interp̃tata, vt prudẽs lector oĩno reſpuat hanc vnã & falſam ꝓpriorꝝ noĩm etymologiã. Nam vt dicit Seruius & Chariſius & ego alibi Græca vocabula non patiũtur latinã etymologiã, nec item græcã latina, nec inſup vtriuſq; hebraica, multo minus barbara. Nec credendũ a barbaris græca vel latina ſuis liberis noĩa eſſe impoſita, et vt de barbaris primũ dicã. BERnardus interpretat ab illo a ber. i puteus vel fons & nardus quæ eſt herba humilis, calidæ naturę, & odorifera. Et LEOnardus quaſi odor populi, a leos ꝙd eſt populus, & nardꝰ, vel Leonardus, q̃ſi legẽs ardua, ſed falſe & inepte. Nam germanica ſunt vocabula. Et Leõhartus apd nos nihil aliud eſt q̃ latine leonis robur, uel ſthenos græce, qui a græcis dici poteſt Leoſthenes vel leocrates, quo noĩe apud græcos quidã ſculptor inſignis dictus eſt. Berũhartus aũt vrſi robur, ſicut etiã Eberhartus ſuis vel verris robur. Et qm̃ vt alibi dixi germani antiquitus græcis lr̃is vſi fuerũt quẽ illi Demoſthenẽ. i. populi robur dixerunt nos Volkart vel volkardũ appellauimus, quod idẽ eſt. Quẽ illi Leocratẽ nos Leonhartũ &c. apud latinos aũt noĩa impoſita maxia ex pte nihil ſignificãt, & oĩno ad placitũ ſunt poſita. Dicit enim Herodianus grãmaticus latinus, vt aliquis euẽtus daret nomini occaſionẽ, ante nõ num vel octauũ annũ non fuit nomẽ, ut Romulo & Remo a ruma i. mãma, cõuenientius viſum eſt. VIRgilius a laurea virga, alias placito noĩa imponebãtur, ut idẽ dicit Plutarchus, & Ariſtoteles dicit noĩa pri

mę impositionis esse ad placitū, q̃d si Virgilius a laurea virga dicatur, vti hic doctissimus grāmaticus testatur, nō psuadebit mihi Politianus Vergiliū potius q̃ Virgiliū dici debere. Nam Virgilius nō Vergilius erit, nec vetustatis si quē affert iam desuetū, atq; abolitū vsum præ vera deriuatiōe, atq; nostro vsu imitandū existimo, pergit Herodianus, apud græcos a votis fœminarū noīa imponebantur, quibus effectus aliq̃n contrarius fuit, vt Ambrosius. i. immortalis, qui decimo perijt anno, primus eo noīe Athenis, & Musa medicus cui cognomētō fuit, et Antonius Musa Augusti medicus, ambo alieni a musis, nōne idem Diodorus siculus Herculē argiui q̃m Iunonis opera gloriā adeptus esset, cū antea Alceus vocaretur Herculē dixere, reliquis a matribus imponūtur noīa. Huic soli virtus nomē dedit. Omnino igitur diuinatores essent qui ita noīa imponerent, vt vita noībus responderet, quod noster auctor p̃tendere videtur, sed longissime fallitur. Nam quod ait PHilippus dicit os lampadis, vel os manuū, bene dixit, sed'm hebraicam interpretationē Hieronymi, quāuis & hæc ipa violentia sit vt græca dictio hebraicam etymologiā admittat, & vt Hiero. probe notauit. Aureæ aūt legēdę auctor nō contentus bene & cū diuo Hiero. dixisse, voluit græcæ linguæ, vt existimo peritiā, vel potius suā ignorantiam dum eius græcitationē (vt ita loquar) ne Homerus quidē intelligeret, ostentare, superaddens, vel a philos quod est amor & yper, quod est super quasi amator supernorū, habuit profecto Philippus secundum illum diuinātes parentes, qui filio tam verū nomen indiderūt. cur Philippus rex Macedonū eodem noīe vocat?, & multis seculis ante illum natus, non etiā amauit superna, homo bellicosus & regni cupiditate flagrātissimus, quare vt vera proferā. Philippus φιλιππος est græcum, & valet bellator vel bellicosus. Q̃ si Philippus rex fuisset oīno imbellis, nihilo minus illud nomē erat ei inditū, quoniā, vt dixit Herodianus, & Diodorus siculus apud græcos, a fœminis imponebantur noīa liberis. pergit. Legenda aurea. GEOrgius dicit a geos q̃d est terra, & orge q̃d est colere quasi colens terrā, i. carnem suā, vel a gerir q̃d est sacrū & gior arena quasi sacra arena, fuit enī arena. i ponderosus morū grauitate. Tu dic Georgius græce dicit latine agricultor, cæteras ineptias quas dixit vitato, addit legenda. MA Charius a macha q̃d est ingeniū, & ares virtus, vel a macha quod est percussio, & rio magister, vel Macharius. i beatus, nulla harū interpretatio me iudice valet. Nec enī inuenio Macha ingeniū significare, nec percussionē, nec ares virtus est, sed arete, αρης ares aūt mars latine dicitur, vt in dictione Areopagita dixi. Ego aūt dico Macarius μακαριος per c & significat, ut ille tetigit beatus, sed nunc̃ contentus est bene dixisse, nisi etiā ineptias fin-

gat. Macharius aũt si dicitur melius a μαχη. i. pugna veniet. Sicut Calimachus, Antimachus, Lysimachus. Idẽ. MARcellus dictus est quasi arcens malũ, vel quasi maria ꝓcellens, tu dic Marcellus nomẽ est Romanũ simplex, et Marcellorũ fuisse Romę familiã clarissimã, nec quisq; hanc doctus somniosam & vanam etymologiã excogitauit. Idem ANTonius dicitur ab ana ꝙd sursum, & tenẽs quasi superna tenẽs, & mũdana despiciens. O q̃ multũ dissentit hæc interpretatio a moribus Antoniorũ Romanorũ ciuiũ. Fuit aũt Antoniorũ familia per q̃ vetusta, & ab Antone Herculis filio cognomẽ accepisse traditũ, non ab ana &c. Idẽ. STEphanus grẽce latine dicit corona, in hoc bñ dixit, sed non est cõtentus nisi addat meras nugas, & addit vel Stephanus, quasi strenue fans, ꝙd est falsum, apud hebræos aũt licet sit violentũ sic interꝓtatur Stephanus norma nostra, seu iudicans, nos aũt speculator noster. Idem. SEBastianus dictus est a sequẽs & beatitudo, & asty ꝙd est ciuitas & ana ꝙd est sursum quasi sequẽs beatitudinẽ supernæ ciuitatis, vel Sebastianus interꝓtatur, quasi circuẽs. O sancte deus q̃ inepte miscet ille græcam & latinã linguam, q̃ inepte vni verbo dat græcã & latinam etymologiã simul, & pene oibus, multis hebraicã græcam & latinam. bene dicit secundũ hebraicos Sebastianus dicitur vallatus, vel circuiẽs domini, sed hoc violentũ est, σεβαστος sebastos enim græco sermone significatur adorabilis, honorabilis, & augustus, vnde mihi Sebastianus videtur descendere, & sic quæ prius turris Stratonis vel Samaria ciuitas in Iudæa dicta fuit, ab Herode postmodũ rege Iudæorũ in honorem Cæsaris Augusti Sebaste σεβαστη, id ẽ augusta dicẽbatur. Idem VINcentius quasi vitium incẽdens, quasi vincens incendia uel victoriam tenens. Tu lector breuibus dicas. Vicentius a vincẽdo venit, q̃ uis apud latinos nomina imposita maxima ex parte nihil significant. Idem. SILuester dicitur a sile quod est lux, & terra, quasi lux terræ. Tu dic. Syluester, siue propriũ, siue substantiuum a sylua descendit. Idem. REMigius dicitur a remi, quod est pascens, & geos quod est terra, quasi pascẽs terrenos doctrina, vel dicitur a remi quod est pastor, & gion quod est luctatio. Tu vana esse hæc persuadeas tibi. Remigius a remige vel remigio descendere videtur, non aliunde. Idem. ANDreas interpretatur decorus vel respondẽs, vel virilis, ab andor quod est vir, vel dicitur Andreas, quasi anthropos. i. homo, ab ana quod ẽ sursum & thropos ꝙd est conuersio, quasi sursum ad cęlestia cõuersus, o quãtę ineptiæ. Andreas, vt inquit Hiero. in interꝓtatione hebraicorũ nom, dicitur decus in statione, vel respondẽs pabulo, sed hoc violentũ. Melius autem est, vt secundũ græcam etymologiã ab ανηρ ανδρος a viro virilis appelletur, & penulti, breuiat Andreas contra morem vulgi. Sed

Stephanus

inter Andreas & anthropos nulla est deriuationis cõgruitas, nec ipse bene interp̃tatus est anthropos. Idẽ. NIColaus dicit̃ a nicos q̃d est victoria, & laos q̃d est populus, quasi victoria populi, in hoc bene dixit sed vt idẽ pergit a nicos q̃d est victoria, & laus quasi victoriosa laus, hic ineptit, & gręcũ et latinũ simul cõmiscet, vt sæpe alias. Nicolaus aũt scd'm primã interpretationẽ bene dicit̃, hebręi vero ita interpretantur Nicolaus. i. effluens vel effusio, stultus ecclesiæ languentis, vel stulticia lãguoris ecclesię, sed hoc violentũ est. Idẽ. GREgorius dicitur a grex & gore, q̃d est p̃dicare, vnde Gregorius quasi gregis p̃dicator, vel quasi egregorius, ab egregius & gore quasi egregius p̃dicator, uel vigilans. O sancte deus ego nescio vbi quæram q̃ gore significet p̃dicatorem, credo q̃ hunc gręcitantẽ nullus græcus intelligeret, & ut veram interpretationẽ dicam γρηγοριοσ Gregorius græce significat vigilantius latine. Idẽ AMBrosius dicitur ab ambra q̃ est species valde redolens, vel ab ambra & syos, q̃d est deus, uel ab ambor q̃d est pater luminis, & syos q̃d est paruulus, αμβροσιοσ Ambrosius, ut vera dicã, est diuinus & imortalis. Idem. VITalis. i. viuens talis. Tu vitalis a vita dicas, sicut a morte mortalis. Idem. PANcratius dicit̃ a pan quod est totũ, & grat⁹ et citius, quasi totus cito gratus. O deformẽ interpretationẽ. Pancratius descendit a Pancratio athletaꝝ ludi genere. Q̃ παν om̃e significat, & κρατοσ cratos robur, in quo robur & toti⁹ corpis firmitudo præcipua ibi oñdebatur. Inde chrysalus seruus Plautinus in bacchide inquit. Pãcratice, atq̃ athletice, alij pancratiũ dicere volũt a pancratio herba. Idem. EVSebius ab eu q̃d est bonũ, & sebe eloquentia uel statio vel sonat bonus cultus. Tu dic ευσεβιοσ Eusebius græce. i. pius, & religiosus latine. Idẽ. DONatus, quasi a deo datus. Tu dic Donatus a donare. ADEodatus nomẽ per se est propriũ, quo noĩe aliqui põtifices & filius Augustini appellatus fuit. Idem. LAVrentius dicitur laureã tenens, dic tu (nam pluribus nõ est opus) Laurẽtius a lauro uenire. Idem IPPOlytus dicit̃ ab yper q̃d est sup̃, & lithos lapis, quasi supra lapidẽ. i. Christũ fundatus, vel ab in & polis ciuitas, uel valde politus, vñ quæso excerpsit iste scriptor tã pueriles interpretatiões? Hippolytus sic em̃ scribit̃, dicitur quasi eq̃s discerptus απο του ιππου. i. equo, & λυω. i. dissoluo uel discerpo. Primus aũt quantũ ego scio hoc noĩne dictus fuit Thesei & Hippolytæ Amazonis filius. Idem. TIMotheus dicitur timorẽ tenens, vel a tima & theos q̃d est deus, q̃si timor dei. Dic tu Timotheus pe. cor. nihil aliud valet in græco q̃ latine honor dei τιμη. i. honor, et θεοσ deus. Fuerunt aũt multi uiri hoc noĩe apud Atheniẽses nũcupati, vnus p̃sertim qui ευτυχησ. i. fortunatus imp̃ator habebat̃, alter in arte tibiaꝝ clarissimus. Thimotheus aũt apud hebraicos ita a

diuo Hiero. interp̃tatur beneficus vel beneficiũ seu benefaciẽs, aut beneficentia est. Idem. CORnelius.i. intelligẽs circumcisionẽ, & in hoc bene secũdum hebræos, qui dicũt teste Hiero. Cornelius.i. intelligens circũcisionẽ, vel intelligẽtia circumcisionis, sed inepte addit vel a cornu & leos, quod est populus, quasi fortitudo populi, Nam latinũ est non græcũ nomẽ. Idẽ. Eusemia ab eu.i. bonũ & semia q̃si bona fœmina. Ego credo euphemia per.ph dici, & significare bonã famam. Eu em̃ bonũ valet, & φημη fama. Sicut etiã πολυφημος polyphemꝰ .i. mltę famę & illustris. Idẽ. Hieronymus dr̃ a gera q̃d est sanctus, & nemus, quasi sacrũ nemus, vel norma lex, q̃si sacra lex. Tu ita interp̃tare, sacrũ nomẽ vel sacra lex, ex ιερος & ονομα, sed o mutat in y, vbi noster auctor suas etymologias nisi somniauerit accipiat, nõ possum augurari. Idẽ. ALExius dicitur ab a quod est ualde, & lexis quod est sermo, quasi valde in verbo dei rõbustus. Ego aũt hoc nomẽ descendere credo a græco vocabulo αλεξεω quod auxilior significat, vnde Alexius.i. adiutor & auxiliator. Idem. PRAxedis dicta q̃si viridis, a prasin quod est viride, quia viruit flore virginitatis. Parentes impositores huius nominis fuerũt profecto Apolline vel prophetia pleni, dum tale nomẽ virgini indiderũt, quod si græcũ est nomẽ, potius venit απο της πραξεως praxios.i. ab actu & officio, q̃ a prasin, quod nihil cõmune habet cũ praxi. Idẽ. Apollinaris dicit a pollẽs, & aris quod est virtus, q̃si pollens virtutibus, vel dicit ab Apollo quod interp̃tatur mirabiliter, vel ab a.i. sine, & polluo. O mirã hois doctrinã, hic exponit vnũ nomẽ latine, & græce bis permixtũ, & hebraicæ, sed vt vno verbo dicam, Apollinaris sicut & Apolonia virgo, ab Apolline descẽdit. Apollo aũt grę cũ nomen venit secundum Platonem ab απαλλειν της αστινος .i. a iactu radiorꝫ, vel ab a quod negat & πολλοι quod multos significat, q̃ solus ipse luceat, secũdum hebræos ita interpretatur Apollo idest mirabilis aut admirãdus. Idem.

SIXtus dicitur a sios, quod est deus, & stat̃us q̃si dininus stat̃us. Ego vero dico, Sixtus a sistẽdo venit, aut cum alĩ xystus scribũt significat bdlicosus, & hastatus ξυστον xystum em̃ græce hastam, & iaculũ latine significat. Inde ξυστικοι Xystici qui hastis ludunt vel pugnant. Idem.

Augustinus propter excellẽtiam dignitatis, ab Augusto uel augeo, & astin ciuitas, & ana sursum, quasi agens ciuitatẽ supernam, sed ꝓpter excellentiã dignitatis, q̃a sicut Augustus impator cũctos reges excellebat, sic ille oẽs doctores, q̃d multis opus est bone pater? Augustinus ab augusto dicit, & sic dictus antecꝫ doctor orthodoxę fidei esset, vel potius christianus, vnde aũt Augustus veniat, dixi in commentarijs.

Bartholomeus & Mathęus bene interp̃tatus est ille, vt Hieronym⁹

In hebraicis q̃stionibus, sed in fine sp addit id q̃d & incongruũ, & ineptũ est. Idẽ. LVCas dicit ipse consurgẽs, vel ipse eleuãs & bene secundũ Hiero. sed cũ dicit uel a luce, hoc nõ quadrat, cũ syrus fuerit. Idẽ. IVdas dicit confitẽs uel glorioſus, & bene scd̃m Hiero. sed falso addit, vel q̃si iubilũ dans. Idẽ. CLEmens dicit a cleos q̃d est gloria & mens quasi gloriosa mẽs. Tu dic latinũ esse nomẽ, hebræi aũt licet violentum sit Clemẽs. i. ecclesiastes vel cõcionator. Idẽ. THOmas interpretatur abyssus vel geminus, vnde & græce didymus appellatur, bene dicit cũ Hieronymo, sed falso addit, vel dicit Thomas. i. diuisio vel sectio, vel Thomas quasi totus meãs, quia nec latinũ, nec græcũ est uocabulũ. DIDYmus aũt græce dicit geminus latine, sed nõ incredulus, vt quidã barbari interpretãtur. Idẽ. IVLianus quasi iubilus, & ana q̃d est sursum. Inde Iulianus quasi iubilanus, quia cũ iubilo petijt superna, vel a iulius. i. incipiẽs, & anus. Nam dei seruitio fuit senex lõganimitate, sed incipiẽs sui recitatiõe. O quã deformiter, & pueriliter cespitat ille homo hinc inde in somnijs, nec pfecto hoc nomẽ Iuliano imperatori apostatæ conuenire põt, qui nõ superna, vt credibile est, sed inferos petiuit, & ingressus est Plutonis habenas &c. Iulianus igitur a Iulio dicit. IVLius aũt a iulo, qui a prima lanugine barbæ dicit, vt ait Seruius in pri. ænei. descendit, ιουλοσ IVLus enī græce lanugo & prima barba dicitur. Iulius apud hebræos incipiẽs, vel principiũ interpretatur, & vt aliquãdo receptui canã (nam nõ possum oĩa deliramẽta hic cõprehendere) non credo vnũ nomen omissum fuisse, q̃d non semel sit male interp̃tatus, taceo meras fabulas, & vulgi nugalia, de vita & origine Iudę Iscariotis, non Scariotis, quẽ volunt esse germanũ, & in Forchheim vrbe Germaniæ natũ, cum Iudæus fuerit, vti testis est diuus Hiero. dicens in cõmentarijs super Matthæũ. Iudas Iscariotes, vel a vico in quo ortus est, vel ex tribu Isachor vocabulũ sumpsit, vt quodã vaticinio in condẽnationem sui natus sit. Isachar enī interp̃tatur merces, vt significet precium proditoris, hæc ille. Nec Pilatus, nec Iudas germani, qm̃ Iudas hebraicum nomẽ, & Pilatus vix nomẽ vsitatũ vnq̃ nostris maioribus quorum noĩa magna ex parte cõquisiui, sed Pontius videtur esse ex ponto. Et de vita & morte Pilati multum errat, quę refert in vita Matthiæ, quas aniles fabulas adeo magis detestor, q̃ plures inueniãtur qui has referẽdo, & populis p̃dicando non solũ inducũt hoĩes ad earũ fidem, verũetiam in his demorantes, ea q̃ vera sunt, & in salutẽ animarũ dici possunt, omittũtur. Sunt enī plures & p̃sertim aliqui monachi, qui dũ concionãtur ad imperitã plebem, vt phaleratis & ampullosis verbis populũ demulceant, vt famã eruditionis, & disertudinis consequãtur, & vt culinã suam, vel fratrũ lautius instruãt, vel potissimũ dum euan-

gelijs tanꝯ consuetis, atꝙ rebus quotidianis pudet esse contẽtos, non verẽtur excogitare nũc somnia, nũc reuelatões (vt ipsi aiunt) sanctorꝫ patrũ, qbus in christũ nedũ sanctos falsa & mẽdacia aliquãdo cõmini scunt, dum non credũt satis placare se, nisi exotica aliq, atꝙ peregrina in mediũ afferãt, vt plebs postmodo gloriabũda iactet se audisse a domino Sixto, vel fratre Iohannutio, quæ antea nũꝯ audiuerit a q̃ꝯ, & vt paulũ digrediar. Ego oẽm ferme hæresim quã dicũt, existimo inde maxie exortam, vt hoies superbi, & magnę opinionis freti eruditiõe, & fama anhelauerint aliquid dicere, & pſuadere nouũ & inauditum, q̃ cunctis seculis & natiõibus suã famã insinuent, sed vt redeã, cum dominus Sixtulus vel frater Lolhardus in nigra barba sic famã suam illustrauit, nec existimationẽ suã in posterꝫ extenuet, aut plebẽ in laudem suã tepidiorẽ reddat, nõ dubitat dies atꝙ noctes somniare, & figmẽta cõponere, quo semp clariorẽ se reddat et magis admirandũ, tandẽ eo vsꝙ progredit, vt fabulis quæ ipsi exẽpla vocãt totos dies cõsumat, quas ipe pro sua existimatiõe magnificãda satis admirabiles iamprimum excogitauit, & dũ totus in eloquẽtia, volubilitateꝙ linguæ, & rerum nusꝙ gestarꝫ diurnali recitatione hæret, fit vt nihil, vel parꝫ de sacris literis proferat, parũ dicat q̃ sit aiæ salutiferꝫ. Nec reformido illa eorum exempla fabulas nuncupare, quæ scilicet nõ sunt illorꝫ doctorum scripta, quorꝫ sancta romana ecclesia annumerat inter canõica, qm̃ vt vult Hieronymus, quod absꝙ certo auctore vel ratione dicit, eadẽ facultate cõtemnitur, qua profertur. Suntaũt hæc verba Hieronymi de celebratõe paschę bracteata & pulcherrima. Sed hoc nimis doleo, quia multa quæ in diuinis libris saluberrime præcepta sunt, minus curant & tã multis pſumptiõibus sic plena sunt oĩa, vt grauius corripiatur, qui p octauas suas terrã nudo pede tetigerit, q̃ qui mentẽ violentia sepeliuerit, oĩa itaꝙ talia quæ neꝙ sanctarꝫ scripturarꝫ auctoritatib⁹ cõtinẽtur, neꝙ consuetudĩe vniuersæ ecclesię roborata sunt, sed diuersorum motibus innumerabiliter variantur, ita vt vix aut oĩno inueniri possint causæ, quas in eis instituẽdis hoĩes secuti sunt, vbi facultas tribuitur sine dubio resecãda existimo, q̃uis eẽ neꝙ hoc inueniri possit, quo modo contra fidem sunt, ipsam tamen religionem (quã paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramẽtis misericordia dei liberam esse voluit) seruilibus oneribus premunt, vt tollerabilior sit conditio iudæorum, qui etiam tempus liberalitatis non agnouerint. Hæc ille. At nec etiam exempla oĩno damnanda censeo, modo ne sint crebra, aut ea quę si credantur, discordent ab euangelicis doctrinis, aut definiãt ea quę sacris literis non sunt expressa. Nemo igitur mihi pſuadebit Veronicã venisse Romã ad Vespasianũ imperato rẽ,

et illū ſudario liberaſſe a veſpis, q̄ intra nares eius nidificaſſe dicūtur. In
decq; Veſpaſianū eſſe nuncupatū, & ob miracula & paſſionē Chriſti,
cuius bñficio ſanatus eſſet, et factū Chriſtianū, & expeditionē ſuſcepiſſe
Iudaicā. Primū nancq; conſtat Veſpaſianū nunc̄q; factum Chriſtianū,
ethnicūq; eē mortuū & idololatrā. VESpaſianus inſup dictus ē a fami
lia materna nō a veſpis, nec añ expeditionē fuit impator, ſed dux belli
a Nerōe fuit miſſus cōtra Iudęos, & in iudaica obſidiōe tum demū Ro
mæ Auguſtus eſt acclamatus, nec expeditio illa aſſumpta per Neronē
Chriſtianis infeſtiſſimū, vllā Chriſti cauſam p̄tenderat, ſed lōge aliam
vt Ioſephus, Egeſippus & multi alij luculēter tradūt, ordinatione tñ di
uina, & in vltionē dñici ſanguinis ſic factū eſſe nemo dubitet, ſed mani
feſtarijs mēdacijs velle aſtruere, aut illuſtrare fidē nr̄am, & diuina mi
racula, cū euāgelica hiſtoria, atq; veritate poſſis firmiſſime, inſania eſt,
& eo peius q̄ per te qui talia mandaueris lr̄is, ruralia ſacerdotia & ſim
plices presbyteri p̄ paſſiōe & euāgelijs, quia illa magis mirāda videtur
populo cōcionari gaudeāt, alij vt flos tempor̄, & liber qui intitulatur
paſſionale, dicunt TIBeriū a vitio lepræ curatū a ſudario Veronicæ,
quod etiā falſum eſt, de lepra enī Tiberij nemo vnq; ſanus et idoneus
ſcripſit, & vt redeā ad priores illos q̄s dixi, nouitatis & famæ, ppagan
dæ ſtudio, omiſſis ſaluberrimis euangelici myſterij, & canonicor̄ ſcri
ptorū doctrinis, ſæpe nō minus falſa q̄ inepta dicere, & q̄s poſtmodū
indoctiores ſacerdotes ſequūtur auctores, illi ipſi cum in vitis ſancto
rum, tū maxime in paſſione Chriſti iactanter effundūt meditationes,
apparitiōes, reuelationes, & rei geſtæ ſeriē, quæ non ſolū non cōtinen
tur in euāgeliſtis, verumetiā aliqñ diſcordant ab eiſdem, adducētes ex
Nicodemo, & alijs multis meditatōes, & teſtimonia minus ab eccleſia
probata. Et ut primū de ſanctis dicā. Illud mihi ridendū videtur, q̄ cō
cionatores iſti cuiuſcūq; ſancti feſtū celebrant, cōcionando clamāt ful
ſiſſe illū ſuper oēs alios ſanctos virtutibus & vitæ ſanctimonia, vel ſin
gulari ſanctitatis priuilegio dotatū perſuadēt, poſtq; ad aliū venerint
ſanctū, itidem faciūt, ſemp̄ p̄ſentē ſuper oēs alios extollendo. Taceo
de laudibus, quas aliquādo præter fidē tutelaribus ſanctis quos patro
nos vocāt, ſacerdotes in dedicationibus aſcribunt. Vbi omis modus
laudationis exceditur, omiſq; ingenij vis quaſi quidā torrens effundi
tur, adeo vt ea q̄ incerta ſunt, & vix vera, & vbi fides deſideraſ, impe
diant etiā quę vere de illis dici poſſunt, aut quis riſum tenebit dū qui
dā fratres ſui ordinis auctores, & primates poſtergatis virginibus, cō
feſſoribus, martyribus, apoſtolis & euāgeliſtis, patriarchis, atq; pphe
tis, adeo alte conātur locare, vt adhuc foliū quęrāt vbi eos reponāt in
cceleſtibus, alij ſuū dictū a Chriſto magnū patrē perſuadere uolūt, alij

ſuo doctori Paulũ apparuiſſe apoſtolũ atq; dixiſſe, ſuas illũ epiſtolas melius oĩbus alĳs doctoribus eſſe interpretatũ, quæ niſi cogar nunq; credã, nec propterea fidẽ Chriſtianã læſam exiſtimo, iſtas eni meditationes et apparitiões ab eccleſia non approbatas, non facile credo, ſed quo ad paſſionẽ Chriſti ſimplices illi hoĩes non ſequũtur ſanctiſſimũ doctorẽ Hieronymũ, qui ad Paulam & Euſtochiũ ſcribens ait. Quid plura dicã, omnia ſaluatoris geſta, & beatæ Mariæ obſequia, necnon actus vitæ ex euangelio didiciſtis, & nunc quid ſupereſt, vt ab aliquo doctorꝫ requiratis. Quid alibi dicit ſuper Matthæũ. Nonne perſpicue oſtendi ait quattuor tm̃ debere euangelia ſuſcipi, & oẽs apocryphorũ nenias mortuis magis hæreticis q̃ eccleſiaſticis viuis canẽdas, neſcientes etiã inter apocrypha euangelia Thadæi, Thomæ, Barnabę, Bartholomæi, Andrę &c. numerari a Gelaſio papa. di. xv. ca. ſancta Ro. eccle. quid itẽ Cromatius & Heliodorus epiſcopi de apocryphis ſenſerint, non obſcure explicuerũt in epiſt. ad Hiero. dicentes. Ortũ reginæ Mariæ virginis, ſimul & natiuitatẽ, atq; infantiã domini noſtri Ieſu Chriſti, in apocryphis inuenimus libris, in quibus multa contraria noſtræ fidei conſiderãtes, ſcripta recuſanda credimus vniuerſa, ne per occaſionem Chriſti læticiã Antichriſto traderemus, & paulo poſt. hęreticos aiũt vti apocryphis his qui vt doctrinã malã inſtituerent, bonã Chriſti natiuitatem ſuo mẽdacio miſcuerũt, vt poſt dulcedini vitæ, mortis amaritudinẽ occultarent. Videte inſuper oẽs concionatores q̃ caute q̃ prudenter loquitur Hiero. de his quæ ſacris literis non continẽtur, quib⁹ nec veri ſimilia diffinit, nec quicq̃ affirmat, quod iure poſſit negari, ante cũ de aſſumptiõe beatæ virginis ad Paulã & Euſtochiũ ſcriberet, ait. Nihil aliud experiri poteſt ꝑ certo, niſi q̃ hodierna die gloriоſa migrauit a corpe, mõſtratur eius ſepulchrũ in vallis loſaphat medio, ſed nũc vacuũ eſſe mauſoleũ cernẽtibus oſtendit, hæc iccirco dixi quia multi noſtrorꝫ dubitant vtrũ aſſumpta fuerit ſimul cũ corpore, an abierit relicto corpe, quõ aũt vel quo tpe, aut a quibus pſonis ſanctiſſimũ corpus eius inde ablatũ fuerit, vel vbi tranſlatũ, vtrũ ne reſurrexerit, neſcitur, q̃uis nõnulli aſtruere velint eã iam reſuſcitatã, quod et de beato Ioanne euangeliſta plurimi aſſeuerãt, verũtamen quid horũ verius cẽſeatur ambigimus, melius tn̄ deo totũ cui nihil ipoſſibile eſt cõmittimus, quã ut aliq̃d temere diffinire velimus, auctoritate noſtra, quod nõ probemus &c. Plura inſup dicit notatu digniſſima, in q̃bus cautiſſime loquit, noſtri aũt nonnulli magniſaciũt apocrypha ꝑdicantes, & pro veris aſtruẽtes, epiſtolã Abagari Toparcæ regis ad Ieſum, & Ieſu Chriſti ad Abagarꝫ, cũ conſtet nihil vnq̃ literis mãdaſſe ſaluatorẽ noſtrũ, fabulãtur item de legenda, vt dicunt Brãdonis, de purga-

torio Patricij, de lepra Constãtini magni, quã (quod ego sciã) nullus vnq; scriptor, aut historicus, nec græcus, nec latinus, nec ethnicus, nec Christianus, nisi quędã barbara palea cuomuit, de lacu Pilati apud helvetios. Itẽ de rana quã peperisse dicũt Neronẽ imperatorẽ, vnde latera nẽsis basilica dicat, q; lateat ibi rana, cũ a lateranor; nobilissimorum olim Roma. ciuiũ ædibus, in q;bus extructa est nomẽ acceperit. Fabulantur itẽ de colloquio Sibyllę cũ Augusto, & quõ eadẽ Sibylla noluerit ire per lignũ, quę postea crux est facta dñicæ passionis, circũferẽ & liber ipressus cuius titulus ẽ gesta Romanor;, cũ applicatõibus moralisatis mysticis, q̃ nihil est fabulosius, & ineptius. Et ego noui vnũ qui suæ eõcioni testimoniũ adhibuit ex gestis Theodorici, quẽ nostri ducẽ Veronẽsem vocitãt, cũ merũ sit cõmentũ, sicut oẽs alię cantões vernaculæ de gigantibus, de Fasoldo, Hiltebrãdo, de duce Ernesto & de alijs Nã Theodoricus ille rex fuit gotthor;, & q̃d ægerit in Italia, nõ est obscur;, qm̃ Cassiodorus eius cancellari⁹, Iordanus et alij multi, eius atq; gotthor; gesta scripserũt, nec pro veritate recitãtur a prudẽtibus, verũ germanica est poesis, q̃ principes ad res fortiter gerendas illorũ exemplis cohortetur, vti plura dixi in oratione habita in principio cõmentariorũ Cæsaris, quę iam publice profiteor. Vale candide lector.

CLARISSIMO VIRO ATQVE DISERTISSIMO PETRO Iacobi Arlunẽsi ꝓpositi Backnãgensi canõico Stutgardiano, oratori, atq; iurisconsulto ducalię; senatori, Hẽricus Bebelius Sa. di.

¶ Nolebã iam diu Pere doctor; & disertorũ doctissime, atq; disertissime reuocare te ad elemẽtarias quęstiões, grãmaticorũq; anles rixas, quẽ iudicem & auspicẽ grauioribus in rebus magistq; serijs cõstitui. Sed cum te in alijs rebus patronũ mihi delegerim, atq; patrociniũ tuũ sim pollicitus nõ vulgare, indignũ duxi oino præterire te in latinitatis studio, atq; tractatiõe, in qua principatũ sermonis elegãtia, atq; latini eloquij venustate, vt facile tenes inter germanos, ita & cum italis certare poteris gloriose, quare te patronũ constituo, cõtra illos qui mihi laboranti pro reformatiõe veræ & castæ latinitatis contraire summopere student, dum molestę ferũt reprehendi sermonem & verba barbara quibus ipi frequẽter vtuntur. Ego aũt non reformido publica lectiõe mea, cui iam ad nouẽ annos præfui damnare barbara, docere ea quæ elegãtia sunt, & apud illustres scriptores reperiũtur, ad eaq; adolescentes cohortari sũmopere, & (dij bene vortãt longiorẽq; fœlicitent processum) multũ profeci, habeo sequaces, passim auditur sermo latinior & tersior in publicis, priuatisq; orõnibus apud Tubingenses nostros boniq; id mihi acceptũ referunt, primũq; prædicare consueuerũt, qui barbariẽ ex nostro gymnasio infestis signis aliqua ex pte deturbaue-

rim, pro virilicꝫ portiõe id studere conaricꝫ non desinã, quoꝝ me delectat existimatio. Sunt econtrario plures in Germania barbari & rudes, & quibus sermo elegans oĩno exitialis videtur, isti non cessant fingere, somniare et machinari oĩa quo deprimãt studiosos illius eiusdẽcꝫ vsum, psuasionibus quibusdã, quasi decretis ne latius serpat reprimũt alienissimi ab instituto sanctoꝝ quondã patrũ & monachoꝝ in Germania & pẽrtim Benedictinoꝝ (tam & si hodie etiã longe & horũ sequaces ab huiusmodi institutiõe & vita abierint) qui nisi cultos & tersissimos linguæ latinę auctores coluissent, sũmocꝫ in honore habuissent nõ haberemus Quintilianũ alterũ Romanę linguæ lumẽ, non Asconiũ Pedianũ grauẽ Ciceronianaꝝ orationũ interpretẽ. Itẽ & alios qui nõ nisi in Germania iampridẽ inuenti sunt, sed redeo ad barbaros quoꝝ si rudis opinio, anilesqꝫ fabulę atqꝫ fatuæ psuasiões exaudirẽtur non dubiũ quin publicis cõstitutõibus tersioris locutionis obseruatio atqꝫ studiũ tota Germania eliminaret, sed bñ est, cꝫ maleuolẽtia barbarorũ non hẽt tm̃ successum quantũ conatũ. Sunt aũt insup plures qui nihil antiquis dicũt, cẽ sũmo studio suffragñs decretis, atqꝫ salarñs anniti, vt aliqñ Germania exuto veteris barbariæ squalore vindicet se in collegiũ, atqꝫ albũ verę latinitatis, ut vna cũ impio lrãs Romanis eripiat, & multũ pfectũ est, ut in oĩbus gymnasñs uidere licet. Sũt enĩ iã professores in germania nõ pauci, q quantũ effecerit, sintqꝫ effecturi p excolẽda lingua latina nõ est opus multa pbatione, dũ eoꝝ opa iã publicata, luculẽtissime testẽtur. Sed barbari indigne ferẽtes suos sermões generatim tm̃ carpi, nõ dubitãt meis cõmẽtarñs in angul', tacitaqꝫ mussitatiõe insidiari, q bus quãqꝫ leuibus argumẽtis audies in apologia, illis ego te opponere cupio, cẽuis tacitũ eruditiõis tuæ iudiciũ pertimesco, magisqꝫ fauentẽ cẽ barbaros illos detrahẽtes metuo, æmulatio enĩ illis detrahit fidẽ, & non tã iudices cẽ accusatores vocãdi sunt, vt dicit Hiero. Tu aũt vt es vir integerrimus & iudex, plus in veri fidem cẽ fauorẽ iuratus nequaqꝫ personaꝝ, sed reꝝ promissniam, at ego nihilo horũ deterritus, effero cõmentaria de abusione illorũqꝫ apologiã noĩtim tibi dedico, quã si indignã, atqꝫ ineptã iudicaueris, vulcano cõmittam, si pbaueris, floccissum facturus oẽs imperitoꝝ tabernas, uanasqꝫ eorũ vituperationes. Reliquũ est quod te iudicare velim, sententiamqꝫ tuã proferre, scripsi ante aliquot annos nullũ germanũ ad nostra vsqꝫ tpa repertũ, qui priscã eloquentiã sermonẽcꝫ ex omni parte purũ expresserit, hoc molestę quidã ferunt, cꝫ germaniã nigro, quasi stigmate notauerim. Ego aũt ita scripsi & si ita tibi videbit, nunqꝫ me pœnitebit nõ cꝫ non sim germanicæ laudis cupidissimus, pro cuius amplitudie & gloria plus laboro cẽ pro propria, sed aliter nisi mẽturi uelim quod

est alienũ a moribꝫ meis dicere nõ possum, nam ut dicã id q̃d verũ est lingua latina dum floruit cũ imperio, nec culta fuit apud Germanos, nec cura nostris oino latine loqui fuit, grẽca potius literatura vtẽtibus vt existimamus, sed dum sensim cũ imperio linguæ nitor laberetur, et barbarie deprauereẽ, fidesq; catholica in terra nostra susciperetur, atq; sancti Benedicti ordo vndiq; victricia Christi signa per barbariẽ circumferret, latinũq; eloquiũ in p̃cio haberi cepisset, nescio profecto an germani etiã Romanis, vniuersæq; Italiæ cedere debuissent, non solũ q̃ eorũ monumẽta testẽtur pro temporꝫ conditõe latinissima, sed etiã cũ plerisq; auctores latinę linguę p̃stantissimi, cũ in tota Italia perñsset temporꝫ et hoim incuria apud germanos solos sint reperti. Nam prę ter alios de quibus ego nihil scio, q̃ Quintilia. & Asconius Pedianus interpres Ciceronis politus & vetustus legãtur, non nisi germani conseruarũt, & idẽ monachi q̃s Poggius florẽtinus apud sanctũ Gallũ inuenit. Idẽ apud eosdẽ se inuenisse testatur Ciceronis orationes, Silium Italicũ, Noniũ Marcellũ, Lucretñ partẽ. Et q̃d legitur M. Celius Apicius & Pomponius, Porphyrio Oratñ interpres germanis acceptũ referri debet, vt dicit Platyna. Q. Silius Italicꝰ legitur, q̃ Plautus linguę latinæ deliciæ, germanis acceptũ referri debet, quos ipe Philelphus in Germania inuentos affirmat, non tamẽ nec itali, nec germani illo tempore post inclinationẽ scilicet imperñ sermone apud Priscos vsitato, atq; incorrupto vtebãtur, nec vnq; credo nos fuisse locutos latine, dũ adhuc integre Romani loquebantur, iccirco si tuo iudicio mihi suffragaberis nunq; aliter dicã, Vale & me cõmendatum habe.

APOLOGIA HENRICI BEBELII PRO SVIS COMMENtarijs de abusione linguæ latinæ. Monitor. Bebelius.

¶ MO. Quis est iste qui nup de abusiõe linguę latinę pro germanis cõmẽtaria edidit? BE. Ego sum. MO. tu nec? BE. ego. MO. pfecto quantũ videre videor homo es, vt eloquar q̃d sentio, qui capta supra ætatem adolescẽtię & vires audacia, magnã tibi arrogas doctrinę, atq; eruditionis gloriã. BE. Cur ita? MO. Totius linguæ latinæ administratiõem, & iure quodã potestatis censurã tibi vẽdicasti. BE. Loquere paulo modestius, non intemperanter vtor parua nostra & exili eruditione, hoc tamẽ quod est in me doctrinæ, in cõmunem omniũ studiosorũ vtilitatem soleo depromere, at nota sunt quæ scripsimus, & multis exposita, si male egimus, patiemur facile emẽdari, quãobrem tu desine adeo petulãter homini obtrectare, qui nulla arrogantia aut ostẽtatione, sed pia admonitione germanã iuuentutem quantũ potest a barbarico stridore, corruptaq; barbarorꝫ sermocinatione cupit auocare. MO. Cur non dicam te arrogantem & glorioſum, qui vt tuo consuleres no-

mini atq; famę, nō dubitas in illustres etiā auctores tam viuos q; mortuos, districto mucrone seuire, atq; fulminare. BE. vbi in nr̄is lucubrationibus legisti? MO. nōne in Grecismū Eberhardi, in Ioannē de Garlandria, Caroli epl̄as, Alexandrū Gallum, Catholiconē, Mammetractū, & similes satis amarulēter es inuectus. BE. in illustribus auctoribus nihil quicq; quod ego sciā, acerbius carpsi nec ausim emendare, sed vt video hi sunt q̄s dixisti apud te illustres scriptores. MO. Sunt pfecto, et quor̄ ductu, auspicio q; germania nr̄a in omni doctrinar̄ genere nō mediocriter floruit, ita quoq; loqui ex his didicimus, vt cōsuetudo illa iam diu inueterata pro verissima sermōis regula sit merito acceptāda BE. quæ sit illa imperitor̄ consuetudo, & q; efficax, copiose in cōmentar̄is tradidimus, vnde hic plura dicer̄ de illa supersedeo. At nil nouū facio q; illor̄ taxo errores, qui iam pridē cōmuni oīm in Italia eruditorū consensu ex albo scriptor̄ sunt deleti, & exploſi, q̄s nemo vnq; nisi in īsima grāmatistar̄ classe debuit locare. Attamē falso me arguis q; adeo intēperanter gestiā aut confoder̄ viuos, aut cū laruis (vt dicit) luctari, non em̄ repræhēdit qui verū dicit, quod etiā amicissimis p̄ponendū est, & ego nō mores, aut vitā illor̄ carpsi, sed ad quod me instituū opus traxit, illor̄ in lingua latina errores & barbaras voces eradicādas esse putaui. In quo plus tempor̄ illorum iniquitatem, q; illos in culpa esse existimo. Suis em̄ tempibus dum lingua latina corrupta erat docti fuerūt, optimeq; scripserūt, adeo vt tersa latinitas plus tē̄poribus q; ipsis defuisse videatur, uti de Actio & Pacuuio Quintilia. in x. refert. nunc aūt fœliciſſimo nescio quo sydere lingua latina, & tersa, & natiua in germaniā, cæteras q; nationes serpit, q̄ nihil cōmune habet cū barbaris, & eius corruptoribus, quor̄ etiā hospitiū summopere declinat, quā nisi repellere velimus, adulterinā linguā exterminare pro viribus cogemur. At si plurimæ es lectionis homo, scis laudari a Plinio Atriū clementē q; is insectarer̄ vitia non hoies, nec castigaret errantes sed emēdaret, q̄d & ego ipse facio. MO. acerbe inueheris interdū in Carolū & Pontiū. BE. Tantū in vitiis sermonis non moribus & vita, vt sum p̄fatus, si nimis tñ acerbe & vehemētius sim interdū locutus, mereatur veniā, cū ardor quidā insitus, & impetus iuuētutis vix freno cohibendus (in tenera enī ętate scripsimus) tum illor̄ obscuritas, quis em̄ est qui, q̄s aut Pontius aut Carolus fuerit, sciuit vnq;, aut scire curauit? quor̄ nec cognomē nec patria scitur. Præterea si paulo acrius excandescere videar, quis mihi veniā denegabit? cū hoies illi non se modo seducāt barbaris & verbis, & præceptis suis mgri rhetorices anteq; discipuli rhetor̄, verū & iam alios q; plurimos suis deliramētis dedoceant, atq; in merā ignorantiā demergāt, sanctāq; & venerabilē rhetori-

tē, atq; latinā eloquentiā ſuis ineptijs, & falſis p̄ceptis contaminēt, atq; deformēt, vñ in primis impij, niſi p̄ imperitiā peccarēt iure arguerent. Hinc ſi interdū illis inſulto, dāno & inſector, hīc me puto indignatiōis & inſectatiōis iuſtiſſimę materiā. MO. Si vis Bebeli audire veritatē multæ ſunt, p̄fecto delicatæ aures q̄s tua cōmentaria offendēt. BE. quare? MO. dicā, nam inficias ibit nemo, quin nr̄a tēpeſtate Germania habeat in omni eruditionis materia doctiſſimos, qui cū ſint in magna hoim exiſtimatiōe, & multa habeāt in vſu q̄tidiano vocabula a te exploſa, exiſtimāt ſuam auctoritatē, et exiſtimationē labefactū iri, dum barbari ſermōis arguūtur. BE. dolerē equidē ſi quenq; ex his offenderē, ſed nō puto tales eſſe q̄ generalē de vitijs diſputationē in ſuā referant cōtumeliā, dum eni mihi iraſcerētur, ſuā indicarēt cōſcientiā, multoq; peius de ſe q̄ de me iudicarēt. At video plurimos iam eſſe nr̄ates quor; in ore nihil eſt niſi plane Romanū et veteris eloquētię ſplēdore illuſtratū, qui nō ſecus ac ego deteſtātur indoctū, & barbar; ſermonē. Cæterū illos intus & in cute noui q̄ paulū progreſſi vltra prima elementa, ſuā ętatē cōtriuerunt in Alexādro Gallo, Petroq; hiſpano, aut ſi lōgius euagati fuerint, in ſermonibus Diſcipuli ſtipendia fecerūt, quibus nihil limatū & elegans placere poteſt, & q̄d ſolū poſſunt, quicquid ingenio aſſequi nequeūt, perfricata fronte vellicāt & deteſtātur, perſimiles vulpeculæ (vt eſt in fabellis) quæ dum aſini teſticulos (caſuris enim ſimiles videbantur) iam dudum fruſtra eſſet ſecuta, o quā nigri ſunt inquit, nunq; illos eſſe potuiſſem. MO. Male facis q̄ etiā cum multis laboribus cōciues tibi multor; inuidiā, dum a cōi hoim ſermōe abhorres, q̄ nimmo illū prorſus abijcis, atq; in exiliū pelleř ſatagis. BE. Quicqd adulterare videř linguam latinā, pro virili portiōe ſegregare p̄curo. At ſatis admirari nō poſſum, vel potius cōturbari, q̄ inde ſim inuidiā reportaturus, vñ ſummā beniuolentiā, magnaſq; gr̄as conſequi ſperabam, q̄ ſi aliter euenerit, malo tñ ab vno erudito velut Antimachus a Platone cōmendari, q̄; a centū indoctis, quid em̄ hoines de cōpitis rumigeruli, oim litiū depectores, atq; nugar; ſeminarij per imperitor; circulos, & epicurea ſympoſia de me ſentiant, manū non verterim, quor; iudicia Epicurus crepitibus vētris aſſimilāda duxit, q cū ipſe ſe inertiæ & ſomno dederit, non tm̄ quę p̄clara ſunt diſcere nolūt, ſed cęteros etiā qui id ſtudij hñt, nunq; deſinūt reprehendere, demorſicare, & manibus pedibuſq; explodere. MO. Miſerum tñ eſt multos hīc ęmulos. BE. Immo miſerrimū e contrario ſcriptori q caret ęmulis & detractoribus, miſerrimus enī eſt dicit Seneca cui nēo inuidet. MO. vnde hoc intelligā? BE. Scio enī illam olim ſcriptor; (a conditis etiā literar; monumētis) eōem ſortem, illor; præcipuę quor; camœna, et ſcriptio ſit non olino expo-

lita, plebeia, atq; inerudita, vt nemo eorũ oĩm maledicentia inuidorũ, atq; obtrectatiõe caruerit, hoc expertus est Virgilius, Homerusq; poetarũ principes, atq; antesignani, hoc Demosthenes græcorũ oĩm eloquentissimus, hoc Cicero, qui in arce eloquẽtiæ Romanę stetit, rex oratorũ, & linguę latinæ illustrator, & oẽs deniq; illi qui aliquã in literis celebritatẽ sunt vnq; consecuti, huius rei vnico carmine causam reddit Ouidius. Sũma petit liuor, perflant altissima venti. Inuidia enĩ vel potius inuidentia, est illa ægritudo animi quæ ab aliquo propter res alterius secũdas, itemq; eruditionẽ, cæteraq; expetẽda qua ipse caret, suscipitur, vñ aut a minori, aut infeliciori, aut indoctiore, aut cęteris id genus hoĩbus in supiores, pficiscũtur. Nam vt Plau. in cap. dicit, est miserorũ vt male volẽtes sint, atq; inuideãt bonis. Plebeis aũt et miseris hoĩbus, & qui nõ sunt famigerati nemo inuidet. Ad q̃d pulcherrime alludit dictum Fœderici secũdi magnificẽtissimi imperatorũ. Nam dũ de odio in se põtificis scriberet ad cardinales addit, reuera impialis fœlicitas papali sp impugnatur inuidia. vnde Symonides interrogatus, cur non inuidos haberet, respondit quia nihil fœliciter gessi, hæc ille. Hinc miserrimũ est scriptori abesse ab oĩmi emulatione, q̃m adeo ptritæ sit profanatæq; doctrinæ, vt nihil oĩno depromat, in q̃ taxando aliquis vllã laudẽ sperare possit. Nouerint igitur vniuersi quicũq; cogitatões suas lrĩs mandare instituũt, cunctorũ se linguis maledicorũ cõfodiendũ prębere, etiã si elegantissime id fecerint. At proderit sæpe & multũ liuor & emulatio, q̃m excitat nos cautosq; reddit, & quicq̃d nobis uel criminis vel erroris, vel ignorãtiæ est ab aduersarijs inustũ, conamur totis viribus purgare, emẽdare, & frequẽtissimo studio repensare, atq; abolere, quare eleganter dicit Seneca multũ sibi adijcere virtutẽ lacessitam. Nec nos inepte hoc distícho. Lima velut ferrũ sic aduersarius vrgens. Nos acuit virtus, lãguit hoste carẽs. MO. non possum reuera tibi hac in re nõ assentiri. Tu tñ multo plures es habitur⁹ aduersarios, q̃ maior scriptorũ pars. BEb. Cur ego? MOni. q̃m quidẽ nemo vnq; sine plurimorum inuidia, id q̃d multis insedit, & pro regula sermonis in vsu est immutare facile potest. Tu autem, cõmunem hominũ sermonem multis in locis carpis, & tanq; barbarum, & indoctũ eliminare studes, in quo multos offendis. Nam quid aliud Laurenti. Valla consecutus est apud posteros (dum in omnes scriptorũ plutęos genuinum infigit, intendit q; censoriam virgulam) q̃ famosum illud epigramma.

Nunc postq; manes defunctus Valla petiuit
Non audet Pluto verba latina loqui,
Iuppiter hunc cœli dignatus parte fuisset,
Censorem linguæ sed timet ipse suæ.

BEBE. Si legisset quisquis auctor est horũ carminũ sexti elegãtiarũ Laurẽtianarũ libri proœmiũ, nunc̃ hominẽ doctissimũ, & de lingua latina inter omnes neotericoteros meritissimũ, tam procaciter incessisset, quo & ego me iure meritissimo defẽdere possum, nõ q̃ in me gc̃q̃ sit Vallæ eruditioni ꝓximum ne dũ cõparandũ, ille nanc̃q̃ in fastigio eruditionis sedet, nos in imo cliuo sudam⁹, ille classicus scriptor plus veteribus c̃q̃ recẽtioribus comparandus, nos proletarij̃, vel vix inter studiosorũ ordines referẽdi. Attamẽ sicut ipse apud italos primos exoticũ. forensemc̃q̃, & vulgarẽ sermonem cõmercio quodã gotthorũ, vandalorũ, longobardorũ, hunorumc̃q̃, & aliorũ corruptũ & inquinatũ defecauit, atc̃q̃ in pristinum statũ restituit, sic nos apud germanos latinũ interdum cum vernacula commixtum, & peregrinarũ vocum mixtura magna ex parte adulteratũ, ea qua potuimus diligẽtia repurgare, & in antiquã faciem instaurare sumus aggressi, & istis primitijs si fœlicẽ habebũt euẽtum, grandiora maturioraq̃ superstruere nõ grauabimur. Sed q̃ me præ cæteris inuidiam subiturũ prædicas optime narrasti, & id antea mihi perspectũ erat, eo tñ animo semper fui vt Cicero dixit, vt inuidiã virtute partam non inuidiã sed gloriã putarem, præterea quę nunc dura sunt, & grauiter ferũtur a nostris in suis erroribus iam inueteratis, ab adolescentioribus cultã, & illustrẽ latinitatem summope amplexãtibus multo fauore excipient, quorũ etiam contra vetulos illos literatores inuidosc̃q̃ in angulis cõtra limatissima quæc̃q̃ scripta baubantes (vt isto verbo vtar) canes, patrocinij̃ nec id quidẽ obscurũ, aut vulgare polliceor mihi cõstantissime. MO. procul dubio magnã iamdiu ludi magistrorũ indignationẽ in te cõmouisti, dũ eorum institutiões pro nihilo ducis fatuasq̃ & plus dedocere q̃ docere assueueras. BEB. non omniũ (scio enim plures hodie esse in germania apprime eruditos) sed eorũ tm̃modo qui senio confecti, tersioresc̃q̃ literas nũc̃q̃ e docti, multis annis curiosas nimiũ ne dicam inutiles, atc̃q̃ detestandas partiũ orõnis definitiones, limitationes (vt dicũt) atc̃q̃ profusas Donati glossas congessere atc̃q̃ docuerunt, magnisc̃q̃ & barbaris Alexandri galli cõmentarijs purã, vtilissimãc̃q̃ grammaticã deformarũt, corruperũtc̃q̃ nobilia adolescentiũ ingenia, q̃rum tamẽ error eo est tollerabilior, & maiori venia dignãdus, quoniã vt a suis maioribus, & olim præceptoribus acceperũt, ita tradere suis discipulis solent, nec aliã viam nouerũt. MO, nescio quid tibi tandẽ placeat, si donatus & Alexãder optima puerorũ rudimẽta fastidio sunt, velli scire quę tibi puerorũ institutio optima videat. BE. si cãdidus & sine liuore petis scire, dicã, Est apud me frater Vuolfgangus Bebelius xiiij. annos natus, is Donatũ nouit & didicit sine ullis glossis, definitionũc̃q̃

limitationibus, sufficientijs, argumentis, modis significadi fluxus & fieri, habitus & quietis, pprietatibusq; rerū (vt illi dicūt) & ceteris deliramentis, q̄ ad grāmatices officiū non spectāt, nulla fit quęstio, quid subiectū quid propria passio sit in Donato, uel in grāmatica, aut cui parti phiæ subordinet, vt faciūt nostri, q̄ singula, & vniuersa excedūt non modo puerile ingeniū, sed totius grāmatici captū & officiū. Lege Priscianū, Donatū, Seruiū, Diomedē, Caprū principes grāmaticorū, & alios nō admodū paucos, & nihil tale in cunctis eorū operibus inuenies, sed tu elemētarius literator, ea doces q̄ à nemine nisi forsan a plebeia, et oīno explodenda grammatistarū cohorte didicisti. O curiosam puerorū negligentiē, O impiā & dediscendā magistri doctrinā, quis vnq̄ præclarus, aut eruditus ex istis ineptijs euasit: nam & Remigij infimi & vulgatissimi oīm grāmatistæ definitiōes, & regulæ nō modo prę supponūt, vt dicitur a nr̄is prosodiā, præsertim de coniugatiōe verborū, verum etiā nō vno in loco dialecticā industriā. MOni. An sufficiat solus Donatus? BE. Donato cōiungitur grāmatica, nō Alexandri, sed Perotti, vel Sulpitij, vel Aldi Manutij de literis latinis optīe meriti, vel Mancinelli, vel similiū, lectioq; poetarū, oratorū, & historiographorū. MO. est ne hæc fraterna tua institutio? BE. est. MO. etiā ludi magistri de quibus dixisti solēt interpretari Virgiliū. BE. bene quidē, si didicerūt. MO. & si in scholis nunq̄ audiuerint, aut vllo p̄ceptore sint vsi, pertinaci tñ studio & frequenti diligentia nō nihil sunt consecuti. BE. Quid sint studijs suis consecuti nō possum ipse scire. Attamē, vt lib. iij. Ciceronis de natu. deorū. Epicurus se nullū habuisse magistrū gloriatus, nō iniuria carpitur, ita pfecto pernicioſius nihil est doctrina illius, qui tumultuaria tm̄ lectione, p̄ posteraq; diligentia est prius imperitor magister q̄ doctor discipulus, qui cum poeticā a limine tm̄ salutauerit, nec penetralia vnq̄ sit ingressus, reconditā vatum scientiā ignorat, hinc captiuos sensus in suā expositionē victoris iure transponit, mentēq; poetę, & verba pro libito & opiniōe rudis ingenij interp̄tatur, vnde prauis pueri erroribus inficiūtur, quibus maior ætas vix carebit. MO. redeamus vnde sumus digressi, cū de institutione puerili nō sit nobis instituta oratio. Tu præ ceteris qui sunt in Germania, pfessores videris curiosior de lingua latina, atq; hāc nimis anxie obseruare, q̄d ipse dānare soleo. Quis enī vt Seneca testatur nimis accurate loquit, nisi qui vult potide loqui. BE. modo adsint latina vocabula (pro quibus sum curiosus paululū ne defœdentur per barbariē) non nimis accurate aut loq̄r, aut doceo loqui, sed verba apud eruditos vsitata & cōia mihi placēt, q̄ si interdū (vti nup quidā mihi obiecit) verbū ab vsu cōmuni remotius assumo, dū tñ latinū sit, & ab illustri auctore aliquo mutuatū, semelq;

positū detur mihi venia, dū id non sit crebrū & affectatū, & potius in hoc inciderim, q̄ q̄ de industria sit quęsitū. MO. es reuera pl⁹ iusto curiosior, qui etiā Hiero. Augustinū reliquosq̄ sacri eloquū principes, & vt gręco uocabulo utar spirarchos. Macrobiū, item Apuleiū, Solinū et Vegetiū parū eleganter interdū locutos existimas. BE. nunq̄ ausim ego pprio iudicio exterminare aliq̄d verbū, aut interdicere latinæ linguæ cōmercio, quo sit vsus vllus scriptor iam dictus, nisi ante me vel Valla vel alius taxasset, & tanq̄ minus elegās condēnasset, verū sic iudico, vt quicq̄d apud Apuleiū et reliquos q̄s dixi inueniat, ut barbarū & exoticū oīno censeri nō debeat, sic interdū grāmatice & nō oratorie hoc est exculte oīno & elegāter locutos fuisse cōtenderim, sic etiā vocabula q̄bus est usus Lactan. oīm ecclesiasticorū latinissim⁹, Tertulianus Cyprianus, Hierony. Augustinus, Ambrosius, & pauci admodū alij scriptores sacri nō explodenda oīno tanq̄ barbara, nec oīa ut elegantia, atq̄ oratoria recipiēda esse existimamus, qm̄ docti fuerūt suo tpe, doctosq̄ legerūt, necq̄ etiā sine auctoritate oīno scripsisse credūtur, pręsertim cū ante gotthorū in Italia aduentū, vel linguæ potius pillos corruptæ tēpus hunorūq̄ & aliorū qui latinitatem penitus pphanarunt, floruerint, sintq̄ habiti eloquētes. Tribuemus igit aliquid & tpib⁹ illis et temporū illorū eruditis, qui sermōis consuetudinē quandā videntur nō obscure facere potuisse, nisi aliqn̄ necessitate vt postea dicā, *coacti*, ex sordidiore vulgi vsu verba assumpsissent, aliā nanq̄ fuisse vulgi, aliā eruditorū orationē, atq̄ sermonē tpe illorū luculenter expressisse videtur sup Ezechielē Hiero. dum inter cætera dicit. Nos far vel genti li Italiæ pānoniæq̄ sermōe spicā spletāq̄ dicimus, vnde sæpe triuiali sermone & magis eo tpe vsitatis vocabulis, vt quidā dixit, q̄ receptis vsos esse crediderim, quippe qui plus euāgelicis mysteriis & expositionibus q̄ disertis rhetorū verbis, & politis declamatiōibus studuerint. Pręterea cū tot sint in fide Christiana noui ritus, sacrificia, p̄catiōes atq̄ cerimonię, coacti sunt doctissimi etiā & disertissimi (cum oīa priscæ latinitati ex pauptate linguę illius & nouitate rerū conformare nō possent) nimis licēter transsumere aliqn̄ verba, uel cū vulgo (cum signate & pure nō possent) loqui, q̄d igitur in frequēti vsu habent hi deificare, mortificare, castificare, propitiare, dignificare, certificare q̄ duo Valla repræhendit. Angustiare, cōfortare, apostatare, malignare, clarificare, & alia multa credo rarissime vsos esse priscos oratores, qui elegantissime sunt locuti, sunt tñ grāmatica & quibus nōnullis etiā poetæ vtuntur, quare interdicenda latino pręsertim oīno non sunt. Quis enī intra analogiā fingere noua vocabula prohibeatur, vnde ego minus bene anticipare verbū tanq̄ barbarū explosi, quo vsus est Apulei⁹ & Vir-

gili⁹ in rosa. Aestiferū suadēs anticipare diē. Item clarifico penitus grā maticū dixi ex Valla, quo Virgil. de fortuna est vsus. Nec q̄s clarificat perpetuo fouet. Credo tñ plus esse grāmatica q̄ oratoria, tam & si nefas sit aliquod vocabulū censeri min⁹ latinū, quo vel semel. Virgilius sit vsus, nisi fortassis carmē mentiat auctorē, sed quo vix vtuntur oratores. Itē assimilare dixi nō esse tersum, testis est Diomedes grāmaticus qui dicit, simulo nō dicimus, sed simulis est. Inde nec assimilo quo Ouidius vtitur li. i. trist. Grandia si paruis assimilare licet. Plau. in amphi. sed ita assimilauit se quasi amphytrio siet. & Lactan. de Phœnice, Musica Cyrrheis assimilāda modis, nisi forsan alij assimulo nō assimilo dicere uelint, ut legendū sit ibi assimulo. Martia. Cum sint crura tibi similēt quæ cornua lunæ. Explosi & Victualia dictionē ex auctoritate Hermolai Barbari, q̄d inuenitur apud iurisco. ff. pro socio. l. si fratres. §. si q̄s. Iurisconsulto⁹ aūt orōnes & verba nō Iustiniani, vt libēter admitto, & latina iudico, ita pro varietate rerū non vbiq; oratoria, & oīno tersa existimo, p̄sertim cū multis seculis Ciceronis ætatem qui hodie extant consequātur, & vt ad ecclīasticos redeā. Vocant illi hoīes carnales qui tpalia, & carnis pruritū sequūtur. Spirituales aūt qui animę salutē procurāt & procurare debēt. Item seculares et mūdanos qui a puris latinis profani vocātur, hoc est quor negociū est in rebus temporalibus & mundo, nō in religione deorū. At quis precor Cic. quis Sallustius, Liuius, aut *quis ex tota vetustate latin⁹ sic dixisset*? nolumus tñ omnino *illorū consuetudini sermonis aduersari & cōtraire, si cui placeat loquatur vt illi, ornatius tñ & latinius loqui quis prohibebit, aut quis potius* non laudabit? sed quod dixi de theologis veteribus, nō idem tibi concesserim in recētioribus nostris qui iamdiu ab oīni puri sermōis obseruatione abierunt longissime. MO. Scio & hodie esse theologos diser tos & latinos. BEBe. Sunt profecto permulti, sed cōmune dicendi genus theologorum, & character est omnino protritus, & triuiali mone ta percussus, quippe qui plus in rebus q̄ verbis laborant.

CASTIGATIO COMMENTARIORVM.

MO. Nescio q̄d antea tam præclar & amplū prędicaueris de Laurentio Valla, qui ē pluribus in locis errasse videm⁹, errores q; eius passim vulgati legūtur, vide Bebeli ne & tibi aliq̄n contingat. BEb. nemo vnq̄ fuit a conditis literar moriumētis qui non aliq̄n errauerit. Nam vt elegantissime dicit Seneca, nullū sine venia placuit ingeniū, da mihi quēcunq; vis magni noīs virū, dicā illi quid ætas sua ignoraverit, q̄d in illo sciens dissimulauerit. Multos enī dabo q̄bus vitia non nocuēt quos dā quibus profuerūt, dabo inquā maximę famæ & inter mirāda propositos, q̄s si quis corrigit delet. Sic enim vitia virtutibus immissa

sunt, vt illas secū tractura sint, hęc ille. Quæ cū ita sint, bene dicit Cicero sibi stulticiā esse visam, aut a bñ inuētis alicuius recedere, si quo in vitio eius offenderemur, aut ad vitia q̄q eius accedere, cuius aliquo bñ præcepto duceremur, hinc nunc̄ ægre sum laturus, dū hūaniter & iuste scripta nr̄a si q̄ lapsus sum, corrigātur. Non enī adeo puerse me amo, vt ȳbis Augustini vtar, q & alios velim errare, vt error meus lateat, q̄ si velit me q̄s hostiliter inuadē, & insultare mihi infestis signis, non expectet post mortē, ubi nulla defendēdi facultas dabit, ne cōtra laruas pugnet, sed viuo colluctet, vt collata acie pes pedi cohereat, & si sic inermē confecerit, uel armatū deuicerit, victoriā iactet, quę tñ parua erit sed vt redeā, nec etiā me emendare pudebit sequētibus scriptis, si q̄d in prioribus q̄ñc̄ errauerim, nec hoc nouū existimari debet. Cōtigit em̄ viris in oīi doctrinar̄ genere splendidissimis, cū diuus Hiero. testet̄ se puerilis ingenij scripta quędā emisisse minus limata & pfecta. In libris quoq; cōtra Martionē Septimiū Tertulianū hoc idem passum esse, & Origenē quoq; admirabili ingenio virū in cantico canticor̄ pariter fuisse aliq̄n expertū, nec non & Quintili. in xij. li. institu. ora. Sed quem nō contingat errare? cum rex orator̄ Cicero dicat adolescentulo sibi inchoata quędā & rudia excidisse. Si hoc ille (inquit Hierony. tam de libris ad Herēnium q̄ de rhetoricis quos ego vel perfectissimos puto, ad comparationē senilis peritiæ dicere potuit, quāto magis ego libere profitebor, mihi quædā esse edita minime perfecta & limata. At quis precor Augustini eo minorē existimauerit esse gloriā & laudē, q̄ publicata diu a se quædā nouis subinde editionibus & retractiōibus dam nauerit? nemo vnq̄ nisi plane scurra, aut alius ex imperitor̄ colluuione, eam ob rem indoctus, inhumanus, & excors est ille cēsendus, qui dum vnū errorē, duos vel etiā plures offenderit apud aliquē scriptorem, statim acerbe & sine oīi modestia in illū inuehitur, eiusq; laboribus hostiliter īsultat, & tanq̄ inutiles dānat, cū eius alioqui eruditionē in nullo æquare possit, virtuteq; ne imaginari quidē. Et vt libere loquar, q̄d quodam prę̄sagio extimesco, eos mihi hostes futuros videre videor, qui īmemores q̄d meis laboribus, & vigilijs sint non parum adiuti in studijs, profecerintq; nō mediocriter, solū illud q̄d perperam dictū est repræhēdent, atq; vellicabūt, hæc tñ e contrario mihi cōsolatio est, q̄ defensores etiā non defuturos pollicear. MO. tales sunt profecto impij merito iudicandi, & ab omni humanitate prsus alieni, qui propter paucos quosdā errores non verentur in eos garrire cōtumeliose, vel aperte etiā conuiciari his a quibus alioqui magna acceperūt, non credo tñ illum eruditū tam sui oblitū, vt nisi forsan pietatis respectu, & emēdandi nō repræhendendi studio in cōmunę fragilitatis hu-

manę vitiũ tam temere,& diriter insultet. BE. Eruditi non faciũt & prudẽtes, sed hoïes fatui & literatores sine arte, sine literis, sine vllo acumine & auctoritate, eruditionẽ sibi falso persuadẽtes, dum clarũ nomen sibi vt credũt apud indoctã plebeculã aucupẽtur, latrare ĩ illustres auctores non erubescunt,& tales sunt (vt nõ minus vere q̃ venuste dicit Apuleius) qui meliores obtrectare malint q̃ imitari,& quoꝝ similitudinẽ desperent, eorundẽ affectent simultatẽ, scilicet vti qui suo obscuri sunt peritoꝝ nomĩe innotescãt, cupientes (velut Herostratus Ephesiæ Dianæ tẽpli incensor quondã) vel cũ scelere,& infamia esse nobilitati. MO. ad te reuertar, ingenue quidẽ confiteris te esse ex numero eorum hoïm quos sæpe falli, decipi,& errare contingat, quare ut est mihi persuasum, si opus illud epigrãmatũ,& panegyricon ducis Eberhardi senioris, gymnasiarchis Tubingensibus dedicatum, nũc esset tibi edendum, credo te decoctius,& maturius rem confecturũ, cum iudicio nostro reperiantur quæ auctoris & ætatem,& incuriã non obscure præ se ferant. BEB. optime narras. Sum enim maxima penitudine ductus, vnq̃ emisisse hunc libellum. At iuuenilis impetus famæ cupidus, hæc scribere adegit, vbi fateor me sæpe errasse, ætatisq̃ vitio interdũ grauitatem,& modestiã non oĩno obseruasse, verũ vt Paulus inquit, dum ~~eram paruulus loquebar sicut paruulus, sapiebã sicut paruulus, cogitabam sicut paruulus.~~ Qua autẽ in ætate scripserim verissime ostentat distichon in eodem libello contentũ. Bis duo lustra videns non dum messesq̃ quaternas. Carmina cõdidimus quæ tenet iste liber. Nam & omnia alia quæ hactenus impressa vides ante xxvi. annũ sunt a nobis edita, præter triumphũ Veneris,& pauca quædã alia quæ postscripsimus. Tempore aũt quo epigrãmatum, eodẽ vulgaui etiã cosmographiã Laurẽtij Coruini quondã in gymnasio Cracouiensi p̃ceptoris nostri quã sicut & opusculũ epigrãmatũ. Et item cõmentaria de abusione latinitatis nescio qua fortunę iniqtate, calcographi multis mendis contaminauerunt. In cosmographia enĩ erratũ in primo saphico. Corda diuoꝝ bibit unde turba. Vbi nescio quo spiritu addidit impressor diuorũq̃. Item paulo post. Seua dum sudans agitabat arma, ille sudus posuit. Erratum & sæpe in epistola mea, sed sæpius & sæpissime in opere ipius Laurentij, quæ oĩa non possunt modo limari. Itẽ in carmine Hartmãni in fine. Croca polonoꝝ, non croco legendũ. Item Cynthius hic missis non his. Item obstrusos rerum latices, atq̃ abdita cœli, non legas sic, abstrusos rerũ latices stellantis & abdita cœli. Fateor tñ in multis scriptoris etiã incuriam obfuisse. Sed in opusculo epigrãmatario nostro multa perperã sunt impressa, quæ oĩa tanq̃ inculta,& nõ bene, vt ita dicã fermentata dimitto, p̃ter ea quæ ad laudẽ illustriss.

mi simul & sapientissimi principis Eberhardi senioris iuuenili simplici
tate deprompsimus, q̃ paulo correctiora aliqñ videbis. MO. Nonne
& cõmentaria de abusione nõ nihil mendose sunt impressa? BE. Men-
dose, plus q̃ mille mendis tam correctoꝝ q̃ scriptoris (quia illegibile
magna ex parte erat exẽplar) culpa scatent. MO. quę sunt ista? BE. quis
oẽs numerabit? Præterea dñs volẽtibus breui correctius, & cum mul-
to fœnore additionibusq; non inutilibus calcographis imprimenda
dabo, at si quę ex incuria obrepserint, diligentiori trutina pensitabo.

MORgatium enī vulgo dicimus q̃ hodie sponsalitia largitas apud
leguleios dicit, dos est mulieris. Donatio, ppter nuptias est econtrario
viri, q̃d item dixi nõ bene dictū frequento in Vlma, vel Virgilius inci
pit, & similia moderandū est, qm̃ nullū fere est verbū, quod absolute
enunciari non possit, vt cum dicã amo, in nullū hoiem amorẽ meū
trãscendere ostendo. Ita similiter doceo, lego, visito, q̃d latine dicit, sed
raro in nostra significatione accipitur &c. Item aliquãdo regunt loco
accusatiui ablatiuū cum præpositione, vt significo, peto, addo, Cæsar
in vij. gallici belli, conclamare & significare de fuga Romani ceperunt
Et lib. v. addunt etiã de Sabini morte, & alibi de suis priuatim rebus ab
eo petere cœperunt. Ita etiam incipit, Quintilianus. Nam nec pingere
quisquã, nec fingere cœpit a pedibus. Seneca. Ira incipit magno impe-
tu, Vale. MO. vale tu, & quæ contra dixi æquo feras animo, nam plus
tui admonendi q̃ castigandi, aut reprehendendi gratia feci. Iterū vale.
ex Tubinga iij. Kalendas Maias. M. CCCCC. V.

¶ Tetrastichon Volfgangi Richardi Gyslingensis ad cõmentaria Be-
beliana.

Lingua latina tibi multum debere fatetur
Bebeli, a rudibus cum mutilata foret.
Iam reparata suum Romana loquela nitorem,
Transijt in priscam te comitante viam.

PRO COMMENTARIIS BEBELIANIS, VDALRICVS
rusticus bareutinus sacerdos. Ad lectorem germanum.

Si scabram eloquio linguam formare latino
Barbarie exposa lector amice cupis,
Egregia Henrici pete commentaria nostri
Qui tibi solicito parta labore dedit.
Multum debueris vati germane diserto
Si placito ipsius pectore scripta leges.
Sed quis liuidulo tentabit perdere morsu
Fortia quem diuæ Palladis arma tegunt?
Laudent ergo suos græci latiñsq; poetas
Teuto sed hunc nostrum lector in astra ferat.

¶ In laudes Bebelij Epigrāma Iacobi Henrichman phiæ magistri.

Bebelium nunquam cesso laudare poetam
Qui studet a nobis pellere barbariem:
Est honor hic patriæ, decus est & gloria nostra,
Iccirco rogo vos hunc colitote virum.
Vos o germani mecum defendite vatem
A turba indocta, nam nihil illa sapit.
Contemnunt pulchra ignari, & sua sordida laudant,
Mordere & doctos, & lacerare student.
Dente theonino carpunt iam scripta diserti
Bebelij vatis, pestiferi atq; rudes.
Aspernantur enim stulti quæ non didicerunt,
Et quæ non noscunt, nec didicisse student.
Sed plusquam fuluum aurum stramina laudat asellus,
Barbariem plusquam dogmata stultus amat.
Fulmine percutias cœli tu maxime rector
Osores rabidos qui sua sola probant.
At viuat fœlix cum magna laude poeta
Bebelius noster, quem pia fata manent.

Henricus Bebelius in barbarū lumen mundi.

Barbare barbaricos corrumpo logos animose
Hinc corruptorem dicere nemo potest.
Barbare sermonem corrumpis at ipse latinum
Hinc corruptorem dicere quisq; potest.
Tu contra eloquium tersum bellator haberis
Contra ego barbaricum martia castra loco:

Hen. Bebelius Benedicto farner Hercinigenę iurisc̄onsulto & canonico Stutgardiano. S.D. De opibus a se editis, atq; emulis.

Q. tanti facis cōmentaria nr̄a Benedicte clarissime, tribuo id amicitiæ nō vulgariq; tuę in me beniuolētię, q̄ te plus iusto forsan de rebꝰ meis sentire facit. Videor tn̄ mihi citra iactantiā rē in mediū attulisse, nec inutilē studiosis scholasticis, nec iniucundā multis, fateor tn̄ esse nōnullos in cāpa barbariei depastos, scis quale hoīm genus q̄ sacrilegiū esse putauer̄t, & expiandū facinus, dū dixerim sacristiā non esse latinū, & alia q̄ plurima q̄ vulgo vsurpātur a nostris, q̄s hoies æque laudātes, atq; vituperātes contēno. Quos videre licet eē in suis sermōibus ἀμουσους καὶ ἀγροικοτους rudes & barbarophanes. nullūq; verbū nisi protritū & sordidū, atq; ex media barbarie decussum pferre, nec veteri prouerbio possunt nō odisse q̄d non nouerunt. Adeo vt optie sentiat Euripides dum iuxta Platonis in Gorgia allegationē verissime dicit, qua

in re clarus quisq; est ad eam properat & diei partē illi plurimā impertit, in qua se ip̄e exuperet, contra, in qua stupidior ac nihili sit inde effugit, eamq; contēnit, hæc ille. At quē tu vnq̄ vidisti aut legisti homiem eruditū atq; disertum, qui verū, & purū latinitatis eloquium vnq̄ aut carpserit, aut adolescētibus non sūmopere persuaserit imitandū, & frequenti diligentia cōparandum? Dicant igitur æmuli nostri, vel potius latinitatis sacristia, nec ego offendar, verū non sacristia, sed sacrarium ego dicā, & quia hoc magis volo, nō ideo peccaui (ut ita loquar) mortaliter, non ideo cōtra rempu. conspiraui, non ideo sum parricida aut patriæ proditor, sed bene meritus de patria atq; lingua latina, quia sic latine dicitur, sed nec tales docendos suscepi, verū adolescentiā germanam elegātioris sermonis studiosam, q̄ si barbaris ita placet, barbarissent ip̄i, nec nos inuidebimus, sināt nos, saltē pro germanoꝝ laude dicere aliquid pro latinitate, ut vel sero aliquādo aboleatur hęc ignominia qua Philel. Pontanus, Hermolaus Barbarus, Mirandula, & om̄es ferme Itali in germanos, barbariēq; nostrā grassant̄. Et quoniā multi sunt hodie apud germanos qui docendo, & scribendo in id maxīe conātur, ut cultiori sermōe nos ab illa barbarie vindicemur, nec ego officio meo defui, qui cū publica ꝓfessiōe, tū sellularijs etiā atq; nocturnis lucubratiōibus iuuentutē Tubingēsem multo latiniorē q̄ antea fuisset reddidi, horridāq; et squalidā barbariē tersioris sermōis obseruatione pro virili portiōe leuigaui, q̄d & multi mihi acceptū referūt, & veram latinitatē amplexari student enixissime. Sunt insuper etiā qui ea ingenij tarditate sunt, vt alieni cogātur esse a musis, qui dum se despici timeant cum eo careāt quo nos gloriamur, nō dubitāt apertis cōuicijs musas incessere, atq; dissuadere adolescētibus quo ipsi oīno destituti sunt latinum eloquiū, atq; inde in angulis cōtra me latrāt, quos & nauci facio ad vnū, & confutaui sæpissime, q̄ si nuper audiuisses quendā Demosthenica lingua orantē, vel barbarophonias potius stridentē, erat em̄ iuxta Eupolidis græci poetæ versum, λαλειν αριστος αδυνατωτατος λεγειν. i. Lallare vel blacterare optimus, impotētissimus vel ineptissimus dicere, nō potuisses cōtinere risum. Nam dū contra me, meamq; linguæ latinę obseruationē occultis tñ verbis (vt mos est hypocritarū, & istoꝝ qui intercutibus vitijs scatētes, omni innocētiæ aduersantur) diuinā illam Ciceronis suadelam, atq; suauiloquentiā optaret, adeo iuste optauit, vt ego ip̄e vicem eius sim miseratus, dum tanta lux mundi miserā grāmaticā adeo lederet, atq; multis vulneribus conficeret (ut ita loquar) nunc in pronūciatione aspera atq; hiulca, nūc in prosodia, nūc in canonibus syntaxeos, atq; barbaris orōnibus, in tantaq; doctoꝝ virorū corona adeo cespitaret, ut plus balbutire q̄ loqui vi-

deretur, oĩbus doctis ridendi materiã prębuit, ita euenit illis qui nunc̃ orationis latine modos, vsurpationesq; vllas didicerunt, exercitationeq; frequenti imbiberũt, ut dum orare volũt, tumultuarijs hinc inde ex opificio aliorũ exercitationibus mẽdicant verbula, atq; orationes, sed quoniã alienũ facere suũ æque grande est, sic Herculi clauã eripere, et nouũ aliquid excogitare, & illi insup nec dinoscãt συμφωνιαν τῶν συνταξεων μητε την ασυμφωνιαν. i. consonantiã & sonoritatẽ constructionũ, neq; dissonantiã, neq; vllum ornatæ orationis cultũ didicerint, fit vt in vnũ agrum diuersa semina conserãt, siliginẽ ex illo, ex alio vero triticũ, ex tertio auenã, hoc est ex varijs varia colligentes, & tandẽ ex se lolium. i. barbariẽ, diuersum & contrarium inter se dicendi genus misceant, vbi nec est contextus, nec cõsequentia rerũ, nec sonoritas, nec vllũ pulchræ orationis lenociniũ, adeo vt audire tedeat intelligere non pateat, credere postremo non libeat, adeo vt tandẽ abeant omnĩ risu et cachinno explosi. Non speret igitur quisq; se ornate atq; diserte, vel scripturũ, vel oraturũ, etiam si oẽs omniũ auctorũ elegantias & figuras compilet, si non aliquando sub rhetorice, vel saltem tyrocinijs militauerit, atq; oratoriã vel primis labris degustauerit, de his hactenus. Q3 si quæris quid modo mediter, & qui sint labores nostri intra domesticos adhuc parietes detenti, breui accipe hæc a nobis composita, sed chartaceis arcis hactenus mancipata. IN CARmine.

Triũphum Veneris sex libris heroico carmine descriptũ, vbi mira et noua, & iucunda inuentione mores hoĩm taxantur, afferũtur enim ibi causæ tantorũ bellorum per Germaniam, & alibi item causę famis, pestilentiæ, morbi gallici, & similiũ aduersitatũ, quibus iam multis annis mundus tam grauiter est vexatus. Carmen heroicũ de motibus bellicis nostri principis. Tres æglogas de eadem re. Germaniæ elegiam de inteſtinis seditionibus. Victoriam Boemicam Cæsaris Maximiliani. AEglogam de æmulis poetarum.
Triumphum Christianum vel Christi contra inferos.
Epigramma, epitaphia, Panegyricos & alia.

IN PROSA ORATIONE.

Apologiã in maiestatẽ, gloriam & amplitudinẽ, atq; magnificentiam Christianorũ imperatorũ Fœderici primi Barbarossæ cognomi nati, & nepotis eius Fœderici secũdi sueuorũ, quos plurimi siniſtris scriptis falso & mẽdaciter incusant, ibiq; alia de Sueuis, de laude Sueuorũ, de proditiõe ducis Mediolani. Itẽ de antiquitate, fortitudine & maiestate germanorũ. De miserabili atq; nefanda decollatiõe Conradi vltimi sueuorũ ducis, regis Hierusalem & Siciliæ, ibiq; de nouitatibus Apuliæ. De mendacijs quorundam historicorum.

Qui sint heluetij, et an Rhenus disterminet Germaniã a Gallia. Apologiã de eo q̃ impator cõgruẽter, & latine sit nomẽ illius, cui imperiũ & sũma rer̃ cõmissa est, excedatq̃ regiũ nomẽ, et q̃ bñ coronẽtur hodie reges, & impatores Roma. cõtra Leonharti Iustiniani opinionem.

Artẽ carminũ cõponendor̃. Librũ facetiar̃, & librũ adagior̃ germanicor̃. Orationes nõ paucas in publico auditorio, & alibi habitas, Vale ex Tubinga septimo Idus Maias. An. M.D.V.

Multa postmodũ fecit & cõponit indies partĩ edita, ptim ẽdẽda. H.B.

HENRICVS BEBELIVS IVSTINGENSIS AD FRAtrem suũ Volfgangũ Bebeliũ in artibus liberalibus magistrũ de modo bene dicendi & scribendi.

¶ Cum varia sint hoĩm ingenia, nec idẽ scribendi, et loquẽdi mos in lingua latina, opportunũ duxi frater charissime Volfgãge, breuiter te admonere, q̃d orõnis genus, quosq̃ auctores ẽmulari, quosq̃ fugere in eloquẽdo debeas, quoq̃ scribendi artificio uti debeas, in his verbis, quor̃ vsus nũc est apud diuersos diuersus, sunt eni plures nõ tam scribendo q̃ loquẽdo, qui non tã Ciceronis seculũ q̃ recentior̃ intelligo eruditor̃ verba, & scripturas fastidio habẽt, quibus Tullius, Liuius, & æquales nimis recẽtes videtur & plani, antiquissimi Ennĩ, Pacuiĩ & Catonis verba absoleta abolitaq̃ reuocãtes, ac proferẽtes, quorumq̃ dum ortographiã & scribendi rationẽ videris, credas eos loqui & scribere matri Euandri, aut materteræ Corũcanĩ, aut apud decẽuiros de iure duodecim tabular̃ cõmentari, tam consueta illis odio sunt, vt ex hoc vel maxie peccent, dũ nimis affectate (venia dignãdi si oblatis nõ captatis vterentur) priscas voculas, & tempore Ciceronis obsoletas oĩbus libris infulcire studeãt, quibus dũ Apuleius, atq̃ æmuli Fulgentius, atq̃ Sidonius, adde se vis Fœlicẽ Capellã, oĩm confesso eruditorum vitio affectationis notati placeãt, q̃s imitari eruditiõis, vel potius iactationis putant. Fastidio est numẽ eloquentiæ. Cicero, lacteusq̃ eloquẽtiæ fons T. Liuius, Cæsar, & equaliũ adoranda loquẽdi idea (vt ita loquar) Tales ego μακροζηλωτας, & affectatum eorũ dicendi genus te emulari non persuadebo, & quoniã nemo est qui suis rebus nõ aliquã prætendat, vel causam, vel auctoritatẽ, volui vel breui schedula ostendere cur te ab illorum dicendi filo, & scriptura absterrere velim, ostensurus rationẽ non sordidã, aut pœnitendam. & si multi cur ita & suo more scribãt, nec noscãt, nec nocere curẽt. Sed vt ẽ mos iactantiũ, solũ ita faciũt, quia pudet esse cõtentos cõmuni cõsuetudine loquentiũ preferẽtes hoc vnũ, quia sic Angelus Poli. & alĩ nõnulli doctissimi inter recẽtiores hodie loquunt & scribũt, (cur & mihi nõ liceat ita loqui) cũ quibus malo errare q̃ cum multis alĩs bñ loqui. At frater charissi-

in domo Lunæ fuerit inuctus, si fuerit nocturna genitura, & si minuta luna luminibus ei dñm decreuerit, facit pleumonicos, hydropicos, podagricos, caducos, spaticos &c. Tu aũt corrigens nõ pleumonicos sed pneumonicos legito. Plini. Mellis quidẽ natura talis est, vt putrescere corpa non sinat, faucibus tõsillis anginæ, oibus oris desideriis vtilissimũ, arescentiq; in febribus linguæ iã vero peripneumonicis, pleuretici sq; decoctũ. Et a Colu. in re. rust. Quis pulmonaria dicit cui⁹ pulmo afficit, illi apostema ἀποστημα dicũt, nos abscessũ corpis. Græci phthisin φθισιν nos tabem, illi spasmũ σπασμον nos neuoꝝ rigorem, illi τεταγον tetanũ, nos neuoꝝ distentionẽ, & quæ apud nos pustula dicitur, a græcis φλυκταινα phlyctæna dicit. Est aũt PVStula occultæ vomicæ species, siue tuberculũ in sũmitate cutis nascẽs, cuius tres sunt species, exanthemata q̃ Plinius eruphones pituitæ, aliq̃ papulas vocat pſydracion paulo durius est ac subalbidũ & acutũ. Epynyctis vnyctis est pustula subliuida modice humescẽs & plena sanguinis, in tibiis & pedibus fere noctu maxime infestans. ICTEROS ICTerus a græcis a nobis morbus regius dicitur, teut. gelsucht. Est enĩ morbus cum per totũ corpus bilis suffunditur, quę interdũ nigra, interdum flaua est. Et dicitur ab ictero aue, de qua Plini. lib. xxx. natu. histo. cap. iij. Auis (inquit) icterus vocatur a colore, qua si spectetur sanari id malũ tradunt, & auem mori. Hanc puto latine vocari galbulam, hæc ille. Q⁹ autem alij dicunt morbũ vocari ictericiam, vix inuenies apud receptos, q⁹ si aphorismi. Hippocratis ita habeant, & aliæ recentiores translationes, non mihi faciunt auctoritatẽ, dum ego de fonte vnde hauriũtur, & ex illustribus auctoribus me accipere profitear, q⁹ si diuus Hieron. li. xi. cõmentarioꝝ super Ezechielem iure dicere potuit suo tempore uerba hebraica quæ in græca, & latina translatione habentur esse corrupta, cur ego non dicã ignorantia græcæ linguæ innumera græcoꝝ vocabula esse corrupta, per illos qui nullã omnino habuerũt illius linguæ peritiã, q̃m per mille annos non solũ græca lingua, sed latina etiã periit nisi forsan iam intra centũ annos vbi paulũ reuirescere, ac repullulare ceperunt, verba Hieronymi sunt hæc, & diligentẽ, & studiosum lectorem admonendũ puto, vt sciat omnia prope verba hebraica, & nomina quę in græca, & latina translatiõe sunt posita nimia vetustate corrupta, scriptorũq; vitio deprauata, & dum de inemẽdatis scribũtur, in emẽdatiora de verbis hebraicis facta esse sarmatica, hæc ille. Quis igitur non græca pariter apud latinos græcaꝝ literarum imperitos sicut hebraica esse corrupta cõiecturaret, nec in hoc accusandus Hippocrates, sed librariꝝ imperiti, qui optimos libros mendosissime excribere consueuerunt, nec vitiositas codicum, nisi in librarios retorquen-

da. Multi em optime scripserūt. sed uetustate temporꝝ per imprudētes, & indoctos deprauata eorꝝ scripta barbaros arguūt. Sed redeamus. Ictericus dr qui patit icterū, qui morbus diuersis alijs nōibus appellat, dicitur em a Plinio, Horatio, Varrone et Sereno morbꝰ regius, & q̄re sic dicat reddit Samonicus ratōem duobus versibus. Regius est vero signatus noīe morbus. Molliter hic quoniā celsa curatur in aula, aliter hic morbus a Celso aurigo appellatur, & homo auriginosus qui patit. Dicitur & arquatus, a colore cœlestis arcus, vt dicit Nonius, qui etiā dęmoniacus comitabilisq; dicitur, vt testis est Acron in poeticam Horatij. IMPEtigo est quæ vulgo volatica dr, secūdum alios fœdatio cutis serpēs cū pruritu, secundū alios sicca & aspera scabies, & p minens. Alij definiūt morbū similem scabici squamosum corpusq; dehonestantē, Cassius vero Fœlix, vt allegat Simon Ianuēsis ita dicit, Impetiginē gręci λειχηνας dicūt, latini zernas, nascunt ex melancholico humore, rotūdo schemate in superficie cutis cū ingenti pruritu, dicit & serpiginē dici, cū serpere ceperit, & dicit Impetigo, ab impetu. vnde Samonicus. Si uero vitiū est quod ducit ab impete nomē. Hoc matutina poteris cohibere saliua. Impetiginis aūt quattuor species ponit Cornelius Celsus, quas qui volet apud Celsum legat, sufficiat mihi dixisse generati de illa. Sunt aūt qui hūc morbum græce psorā, & lichenas vocēt. Sed Plin. differētiā facere videt cū dicit. Arida cū resina impetiginē & scabiē quam psorā, & lichenas vocāt sanat ψωρα PSOra igit morbus est quo qui laborāt vlcera, siue postulas supra modū palpare, ac scalpere, fricareq; cupiūt, vt merito a ψωχω .i. cōfrico descēdat. Ab impetigine vēit impetiginosus, q̄ noīe vtit Vlpia. ff. de edi. edict. l. Pompo. dicēs. Trebatius ait impetiginosum morbosum non esse neq; vitiosum, si eo mēbro vbi impetigo esset æque recte vtatur.

ISChiaci vel ischiatici vel ισχιαδικοι Ischiadici dicūtur latine coxē dice laborātes, nō Sciatici vt vulgo perperā pronūciant nec sciatica p ischiade dicendū ισχια ischia em nō sciatica coxendix græce, ισχιον vertebrū coxaꝝ & coxendix. Sed Ischia quid sit optime declarat Iulius Pollux de reꝝ vocabulis scribēs ad Cōmodū imperatorē his verbis. Ischia carnosas post lūbos vtrīq; eminētias appellari, quæ vero post hęc increscūt γλουτοι hoc ē nates. Duo illa ossa circa q̄ versura fit ita distinguūtur, vt cōcauum illud supius κοτυλη dicat latinē acceptabulū, Inferius vero os Ischia, qđ nostri coxendicē dicūt. de isto morbo loquit & Samonicus, Sępius occultus victa coxēdice morbus. Perfurit & gressus diro languore morat. Populus alba dabit medicos de cortice potus. Et Plini. nat. hist. li. xxviij. ca. ij. Dixit Homerus profluuiū sanguinis vulnerato fœmine Vlyssen inhibuisse, carmie Theophra-

stus Ischiadicos sanari. CALculus morbus est asperrimus, & lapillus qui maxie cruciat, satis notus, & græce λιθιασις lithiasis dicit, inde qui eo morbo laborant calculosi dicũtur, & græce lithanici λιθαγικοι, vtriusq; auctor est Pli. Lithotomꝰ vero dicit medicus lapidis excidendi, vt supius dixi. LVMbago morbus ẽ lumborũ, de qua Pli. li. xxviij. Venus medet & lumborũ dolori oculorũq; hebetationi &c. de quo et Samonicus. Cũ seuit penitus herẽs iniuria lumbis. Igne lapis cadẽs datur exultantibus vndis. DEStillatio morbus est qñ humor destillat ex capite cũ nocumẽto, q̃ græce teste Celso, catastagmos dicit, secundũ nõnullos catharrus, coryza, branchus de q̃bus & alibi dicã, destillationis meminit diuus Hiero. contra Ruffinũ dicens. Nemo enĩ vnquam carnẽ suam odit, cũ regio morbo laborãtes phthisi & cancere & destillationibus mortẽ vitæ p̃ferant, & sua oderint corpora. NEPhritis νεφριτις est morbus, seu passio renũ, græce em̃ νεφροσ latine ren dicitur, vnde nephritici qui morbo renũ laborãt, hic morbꝰ perperam vulgo nefreneſis dicit, & nefrenetici &c. VETernus morbus est teste Celso & Probo q̃ æterno sopore aliquis afficit, a Celso & græcis ληθαργοσ lethargus απο τησ λησησ ab obliuione. Nam ex eo morbo obliuio oim rerũ inducit, hunc morbũ Auicẽna & recẽtiores subetũ, siue subetiã uocant. Inde veternosus q̃ graui premit somno. Donatus vero, Seruius, & Festus Põpe. veternũ dixerũt esse intercutẽ aquã, freti auctoritate Catonis qui ingt. Veternosus cũ plurimũ bibit tũ maxime sitit, sed & Plau. drñam facere videt, dum ingt in Mœnechmis. Num laruatus, aut ceritus fac scĩã, num eũ veternus, aut aqua intercus tenet. Veternus iterdũ pro pigritia, aliq̃n p nimia dormitõe ponit. LEThargus interdũ pro furioso ponit & phrenetico. Hora. Vt lethargicus hic cũ sit pugil, & medicũ vrget. Videtq; lethargus nõ absit a phreneſi, de quo ita Celsus in tertio loquit. Alter q̃q; morbus est aliter phrenitico cõtrarius, in illa difficilis somnus, pmpta ad oẽm audaciã mẽs est, at in hoc marcor & ĩexpugnabil pene dormiẽdi necessitas. VERtigo est morbꝰ capitis tenebrositatẽ inducẽs, q̃ græce σκοτωμα scotoma dicit q̃d a verbo græco σκοτωμαι deducitur q̃d est vertiginor, nõ a scuto vt pletarij auctores tradunt. Turbo etiã latine dicit, non aũt scotonia cũ vulgo dicas. CARdiacus morbꝰ est cordis nõ q; passionẽ illam cor sustineat, sed stomachꝰ, & periculũ sit ne cor attingat. Et dicit απο τησ καρδιασ a corde vel ab ore stomachi, q̃d cardiã etiã græci vocãt Seneca bibere & sudare vita cardiaci est. PARotides sunt apostemata secus aures, παρα enĩ ad significat, & ωτα aures dicũtur, teutonice orenmutzel. PARodontides, siue parulides sunt tubercula iuxta gingiuas, cum caro in gingiua excreuit. PORrigo quid sit describitur vi.

Corne. Celsus. Porrigo aũt est vbi inter pilos quædã, quasi squamulę surgũt, hęc quoq; a cute resoluũtur, & interdũ madẽt, multo sępius sicce sunt, id euenit mõ sine vlcere, modo exulcerato loco, huic q̃q; modo malo odore, modo nullo accedẽte fereq; id in capillo fit, rarius in barba, aliq̃n etiã in supercilio. Et dicit porrigo. ginis, penul. producta a porrigendo, id est extendendo, crescendo enim extenditur, & inde porriginosus qui porrigine infestatur FANatici sunt q̃bus fantasmata quædã, & variæ imaginũ illusiones apparent, & proprie illi dicuntur fanatici, vt optime osteudit Vlpia. ff. de edi. edict. qui circa fana id est templa bacchãtur & furiũt, & græce dicũtur ενθεοι enthei, vt eos vocat Iulius Firmicus Mater. SPAticus vero (qua dictione etiã Firmicus vtitur) est qui pauore ac si dæmones occursantes videat abstérritus, nõ potest loco cõsistere, alij uocãt, qui maligno spiritu correptus sit dæmoniacũ, quo & Firmicus vtitur, & dęmonioso s inuenies in sacris lr̃is appellatos. TENasmus, vel tenesmus de quo Celsus in iiij. Gręce τηνεσμοσ est cũ frequens, sed irrita desidendi, deijciẽdiq; cupiditas est, cũ inflãmatione, ac tumore sedis mucosa, & sanguinolẽta quædam egerentis. Plini. lib. xxviij. cap. ix. suillũ lac vtilissimũ tenesmo.

TETanos est ceruicis morbus qui rectã et immobilẽ ceruicẽ rigore neruorũ intendit, & qui hũc morbũ patiunt̃ Tetanici, & latine obstipi vocãtur. Ex quo gñe opisthotonos & emprosthotonos sunt, οπισθοτονοσ και εμπροσθοτονοσ. Opisthotonici sunt qui rigore ceruicis inflexibili laborãt, & caput scapulis intẽditur, οπισθεν enĩ retro significat & τονοσ intentio uel rigor. Pli. li. xxvi. ca. xiij. in pasticis tremulis opisthotonicis alcmeæ radix bibitur ex aqua mulsa. Sunt autẽ pastici, vt transeunter exponã quibus aliquid intus cõuulsum est. Emprosthotonos vero est ubi mentũ pectori ex neruorũ rigore annexũ est, εμπροσθεν enim ante significat, vt supra. LENtigo est macula subruffa, & interdũ nigra in facie & alibi, ad lentis similitudinẽ, dicuntur & lenticulæ, & græce hipopia. CLAuus genus est vlceris quod nonnunq̃ alibi, sed maxime in pedibus nascitur, doloremq; si non alias, tamẽ ingredienti affert, & qui clauum habet morbosus est, vt dicit Vlpia. ff. de edi. edict. Plini. xxvi. Clauus pedum extrahit ladanum cum castoreo verbanaca ex vino, quo morbo perijt Silius Italicus egregius poeta. Claui autem oculorũ, vt tradit Celsus vocantur calloſa in albo oculi tubercula. Et dicitur clauus in priori significatione vulgo callus rotunda ipse coloris albi, & dicitur clauus quia ita pungit, vt clauus ferreus pedibus infixus. ATTOnitus dicitur stupidus & secundũ Seruium cui casus vicini fulminis, & sonitus tonitruũ dant stuporem. Et fit aliquando ex morbo, hoc est ex percussione q̃ę sępe mors sequitur,

hæc grẽce ΑΠΟΠΛΗΞΙΑ APOplexia, siue apoplexis dicitur, teuto. der tropff. hic morbus dicitur etiã Syderatio, quia cũ repentino quodam impetu eueniat, non causa aliqua inferiori, sed e cœlo ui quadã syderis prouenire putatur, hic dicitur etiã epiplexia, astrobolia. Inde syderati. i. sydere percussi & syderationẽ passi. Inde etiã apoplectici, latine attoniti quorũ videlicet & corpus & mẽs stupet ictu fulminis vel morbo. Scribit diuus Hiero. Valentinianũ imperatorẽ subiti sanguinis eruptione mortuũ esse, quæ grẽce apoplexis dicitur. Idem scribit in epitaphio Nepotiani. Et ad Præsidiũ de contemptu seculi, persuasum autẽ vulgo est eum qui repẽtina morte corruit, euenire id gutta sanguinis e capite in

Est etiam circa fauces malum, vt dicit Celsus in iiij. (cor delata quod apud grẽcos aliud, atq; aliud nomẽ habet pro ut se extẽdit, omne in difficultate spirandi consistit, sed hæc dum modica est, neq; ex toto strangulat DYSpnœa ΔΥΣΠΝΟΙΑ appellatur. cum vehemẽter est vt spirare æger sine sono, & anhelatiõe non possit Asthma. Cum accessit id quoq; ne nisi recta ceruice spũs trahatur ΟΡΘΟΠΝΟΙΑ orthopnœa, hęc ille. Sunt igitur ORTopnœici qui habẽt difficultatẽ spirandi, vt nisi recta ceruice stent spirare non possint. Est enĩ ΟΡΘΟΝ rectũ & ΠΝΕΩ. i. spiro, quos Galeni interpretes & medici recentiores orthonoicos corrupte enũciant, & ipm morbũ corruptius Orthoniam. ASTmatici sunt qui cũ difficultate anhelitũ ducunt, ΑΣΘΜΑ enĩ anhelitus anxietas dicit, quos perperam recentiores Asmaticos dicunt, & Asma morbũ. Dispnœici qui spirandi difficultatẽ patiuntur, quos perperam recentiores dysnoicos & dysponoicos vocant, & morbum disnoiam vel dysponoiam. Namq; ΔΥΣ ΕΣΤΙ ΜΟΡΙΟΝ ΚΑΚΟΣ, ΚΑΙ ΠΝΕΩ ΚΑΙ ΠΝΟΗ, hoc est dys particula est male vel mali, atq; difficultatis, & ΠΝΕΩ spiro, vel ΠΝΟΗ spiritus vel flatus, de orthnopnœa meminit Plinius lib. xxvij. ca. xij. rhecona herba sumitur epaticis, spleneticis, ischiadicis, ad renum vitia, suspiria, orthopnœas, arteriæ, scabritias sanat, videturq; Plinius suspiria generaliter alibi accipere pro omni difficultate spirandi. Inde latine generaliter suspiriosi & anhelatores accipiũtur pro illis, qui cum difficultate spirant. PLEuritis pleuritidis, ΠΛΕΥΡΙΤΙΣ recentiores dicunt Pleuresis est morbus laterũ satis asper, & dicitur ΑΠΟ ΤΗΣ ΠΛΕΥΡΑΣ, id est a latere, hinc pleuriticus teste Celso, qui hunc morbum patitur, non pleureticus. MYRmeciæ ΜΥΡΜΗΚΙΑΙ sunt verrucæ, siue vlcera duriuscula, quæ radices altius exigunt, & nascuntur, aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum, & sunt in lupini amplitudine sic dictæ, quia formicæ modo pungãt quas græci myrmecias vocant, Græci igitur quędã genera verrucarũ ΜΥΡΜΗΚΙΟΣ & ΑΚΡΟΚΟΡΔΩΝΑΣ appellant. Sunt autẽ acrocordones amplitudine fabæ nostratis. Ver-

ruca aũt est tuberculũ carocq; dura et callosa sine prurito porr⁹ vulgo dicta. Serenus Interdũ existit turpi verruca papilla. Inde ῾rucosus verrucis plenus, & verrucaria herba a latinis dicitur quę verrucam tollit.

TABes morbus ẽ cuius Cor. Celsus in iĩ. tres species ponit. Vna est qua corpus nõ alitur et naturaliter sp aliquibꝫ decedẽtibus nullis vero in eorũ locum subeuntibus, sũma macies oritur, & nisi occurrit tollit, hæc a græcis ατροφια atrophia dicit, perperã in Celso acrophia impressum est. Iñ tabidi & atrophi ατροφοι qui atrophia laborant, a eĩ particula apud græcos diminuit, & τροφη trophe educationẽ & nutrimentũ significat, teut. svuinetig dicit. Altera spẽs est quã græci cacesian appellãt, vbi malus corpis habitus est. Ideocq; oĩa alimẽta corrũpunt, quod fit cũ longo morbo vitiata corpa etiã si illo vacant refectiõem tñ non recipiunt. Tertia species est longecq; periculosissima, quã græci phthisin noĩauerunt, vt supius dixi, oritur fere a capite, inde in pulmonem destillat. hinc exulceratio accedit a capite pituita & frequens tussis, & dicitur απο του φθινειν q̃d est tabescere & deficere. Inde phthisici dicuntur qui isto morbo laborãt. Plini. lib. xxviij. Nam vt in achaia bubulũ lac biberent phthisici, sintecticicq; & cachectę, diximus in ratione herbarum. Et alibi suillum lac vtilissimũ tenasmo, dysenterię nec non phthisicis. FIStula est vlcus altũ angustum & callosum in corpore, sive ex vulnere sit, sive ex vitio orto, quod ad suppurationẽ venerit, cuius meminit Iurisconsul. ff. de varijs & extra ordi. cog. dicens, medicos accipiet forsan qui alicuius partis &c. Vtputa si auricularius, si fistulæ, si dentiũ. Inde auricularius medicus, & Dentarius qui aures & den-

PHRenitis, sive phrenesis est morbus ledens mentem (tes curat, & ad insaniã furoremcq; deducens, απο του φρενος a mente & parte rationalis animæ, id est deturbãtio mẽtis, & ex cordis vitio nasci a quibusdã putatur. Serenus vero Samonicus. Ex cerebri vitio frenesis furiosa mouetur. Amissascq; refert frendens amẽtia vires, latine deliriũ dicitur. Inde phreniticus (per i in antepenultima teste Hermolao Barbaro) qui eo vitio laborat, qui latine delirus vel mente captus dici potest Sunt tamen tria insaniæ genera, de quibus vide Celsum in tertio.

PRIapismus vero est cum genitales partes in suam longitudinem protenduntur, & in circulum intumescunt sine appetitu veneris.

SATyrias vel σατυριασις est morbus qñ fit pulsus testiũ, & uelut singultus quidam inguinis sequẽs inflãmatam quandã passionẽ seminalis receptaculi cũ intentiõe & tentigine, cq si nõ cessauerit pulsus ille, solẽt seminis receptacula intẽdi, vel spasmus nasci, vnde celeriter moriuntur hoĩes. Et dicitur satyriasis qm̃ ea affecti faciem similem satyris habent nasum, crassa labra, aures leuigatas, vt dicit Galenus.

ECStasis ἔκστασις latine stupor, vulgo extasis dicit. Et vt Augu. in psalmo. interpretatione inquit. Ecstasis excessum mentis signi. q̃ fit vel pauore, uel aliqua reuelatiõe in qua oẽs sancti fuerũt, qbus arcana dei mundũ istũ excedẽtia reuelata sunt, ita ut de eorũ memoria laberent in terna. Inde ecstaticus ἐκστατικός. i. attonitus & stupidus & mẽte captus

STraguria significat difficultatẽ vrinæ maximũ cruciatũ inducẽs, a græco στραγγουρία qd guttã valet, & οὐρέω. i. meio vel mingo, & est cũ vrina guttatim fluit, & latine substillũ apud Catonẽ dicitur, nec straguria qm̃ græcũ a strangulando dicit, vt aliqui volunt. Dicitur & græce δυσουρία dysuria vrinæ difficultas. Docet aũt Hippocrates in aphorismis in senectute stragurias, dispnœas, dysurias, cacesias esse frequentes. DYSpepsia nõ dispensia, vt vulgus effert significat difficilem et ægrã concoctionẽ, quã Plin. cruditatẽ videtur appellare, a δύς i. difficile, & πέπτω, qd est concoquo vel digero. Et pepsis dicit concoctio & digestio, & πεπτικός. i. digestiuus et cõcoctiuus. PHThiriasis φθειρίασις morbus est qui latine pedicularis dicitur. Nam grẽce φθεὶρ, φθορὸς pedũculus dicit, & φθείρω. i. corrumpo, de quo Sere. Noxia corporib⁹ quędã de corpe nr̃o. Progenuit natura abrũpere somnos. Sensibus & monitis vigiles intẽdere curas. Sed qs non paueat Phercidis fata tragœdi. Qui nimio sudore fluens animalia tetra. Eduxit turpi miserũ quæ morte tulerũt. Sylla quoq; infœlix tali languore peresus. Corruit & fœdo se vidit ab agmine vinci. LVNaticus est qui ab insania vexatur certis lunæ tẽporibus, aut grauatur morbo, & maxime eos vexat qui interlunio nati sunt; quo vocabulo sæpe vtitur Firmicus Mater. De maniacis, & lymphatis qui sunt furiosi, dictum est in cõmentarijs. SCRophula uel scropha dicitur esse apostema sub lingua, de quo ita refert Perottus, est tumor in quo subtus concretæ quędam ex pure & sanguine, quasi glandulæ oriũtur, & a scrophis qm̃ eo morbo afficiuntur nomen accepit. LEPra λέπρα & Psora ψώρα germani (vt volunt) sunt morbi, ideo a Paulo ægynita simul describuntur in hanc sententiã. Lepra & psora sunt in superficie cutis asperitates cum pruritu, & resolutione ex melancholico humore ortum habentes. Sed lepra quidẽ cutem profundius depascitur in orbem procedens, atq; in ea quędã veluti squamulæ resoluũtur. Psora vero magis in summo consistit, varijsq; modis figuratur, & furfuracea corpora abijcit. Lepra igitur apud Paulũ est impetigo excorticatiua apud Auicennã, sicuti impetigo non excorticata apud eundẽ est, λείχην apud græcos elephantia, vel elephantiasis teste Paulo ęgynita, est cancer totum occupãs corpus, lepra vt inquit Galenus passio solius cutis est, sed in elephantiasi nõ modo cutis, sed carnes etiã, atq; ossa, ut Celsus quo-

q; testatur plærũq; vitiantur. Illud aũt, vt dicit Nicolaus Leonicenus admonendũ, aliud morbi genus significari ꝟbo elephãtiasis in libris arabũ, aliud in libris grecoꝝ. Rasis siquidẽ, atq; Auicẽna elephãtiasim accipiũt pro morbo in quo pedes & crura super modũ intumescunt. Galenus & Aegynita oẽsq; græci auctores morbũ volunt, quẽ Auicẽna & medici iuniores leprã appellant. Elephãtiasi aũt qui laborãt, vt inquit Galenus carnẽ habent nigrã & tuberibus plenã, qualis est cutis elephantũ, nõnulli dictã existimant ob morbi magnitudinẽ, qui nulli fere remedio succumbit. Et Plini. differentiã inter leprã & elephantiam videtur velle, dum dicit lib. xxviij. ca. ix. Serũ lactis quod schiston appellauere, datur comitialibus melãcolicis paralyticis in lepris, elephantijs, articularibus morbis. Et idem lib. xxvi. ca. i. diximus elephantiasin ante Pompei magni ætatẽ non accidisse in Italia, & ip̃am a facie sępius incipientẽ in nare prima veluti lenticula mox inualescẽte per totũ corpus, maculosa varijs coloribus &c. Inde leprosi elephãtiaci & elephãtiosi, quibus oĩbus vtitur Firmicus Mater. nõ semel. NERuici dicũtur neruorũ dolore laborantes. ALSiosi dicuntur qui languore & frigore infestantur. PITuitam latini vocant quod græci φλεγμα phlegma. Porphirio aũt Horatianꝰ interpres pro catharro pituitam accipit a καταρρεω, id est fluo. Inde καταρροσ catarrhus. i. fluor & destillatio. A pituita venit pituitosus, quẽ vsitate phlegmaticũ græco vocabulo vocitamus. Cice. de fato. in alijs esse pituitosos & q̃ redundantes, in alijs exiccatos, atq; aridos. *VARI seu varioli sunt pustulæ cũ febre nascentes, pueros maxime infestantes. GEMursa morbus est inter pedũ digitos gemitũ inducens, de quo Plini. li. xxvi. in prologo.*

OPHthalmia οφθαλμια est ægritudo oculoꝝ, quã Celsus & alij lippitudinẽ appellant. Iulius aũt Pollux, oculoꝝ cauitatem dixit ex corporis ægritudine. OPHthalmicus dicitur medicus oculorum, & monophthalmus dicitur vnoculus latine, & qui tantũ vnum habet oculum, οφθαλμοσ enĩ ophthalmus latine oculus dicitur. HEMicranea (non emigranea, non enĩ granea, sed cranos vel cranion dicitur caluaria) est morbus quo dimidia pars capitis laborat. Cephalea vero vbi totũ caput, non cephatica. Plini. eterocranas significat dimidiatum capitis morbum. Hydrocephalea est morbus capitis vbi humor cutem inflat. SYNctexis est defectio animi quæ latine defectio dicitur, quæ græce etiam λειποθυμια lipothymia & lypopsychia dicitur Inde syntectici defecti lipothymici & lipopsychi isto morbo laborantes, animaq; & spiritu deficientes. GRAuedo significat destillatiõem humoris ex capite, quæ teste Celsonares claudit, vocem obtundit, tussim siccã mouet, quæ græce coryza κορυζα dicitur. Hippocrates vero

destillationes oēs & grauedinē nominat coryzas. Aliquādo tamē grauedo accipitur pro torpore & capitis grauitate somnolenta. Grauedinosi dicūtur non solū teste Cice. in iiij. tuscu. qui grauedine infestantur sed etiā qui procliuiores sunt ad hunc morbū. SAcer ignis est morbus quē sancti Antonij ignem vocant, dicitur & pruna & ignis persicus & carbo, & a dioscoride vocatur erysipelas ερυσιπελας, alij formicā miliarē vocant. Dicitur item anthrax. Magna tñ est apd' arabes & medicos recētiores de pruna & igne persico vel sacro ambiguitas. Alij prunā, atq; carbonē non idem malū, sed diuersa existimant, cum tñ quod ab Auicēna pruna dicitur, a Galeno carbo latine vocatur, & gręce anthrax ανθραξ alij, q̄uis idem significāt græce anthrax q̄d carbo latine, differre tñ volunt, sed de his modis & scrupulis nihil ad me, qui vt grāmaticus de vi vocabuli tm̄ disputo. De Carbunculo ita loquitur Plini lib. xxvi. cap. pri. Carbūculus morbus est qui nascitur in occultissimis corporū partibus, & plærūq; sub lingua duritia rubens rarius modo, sed nigricans, capite alias liuido corpus incendens, neq; tumescens sine dolore. Et Celsus in vi. solent etiā carbunculi ex inflammatiōe nasci nonnunq̄ in ip̄is oculis, nōnunquā in palpebris &c. Inde Carbunculātes dicūtur a Plinio qui carbunculū patiuntur. FVNgus est vlcus in sede simile fungo terrestri, quem morbum recentiores putāt esse ficum, sed Ficus uel Sycos vel Sycosis græce quod est idem, vt vult Celsus & græci, in barba & capillo est, hoc est, germina quædam cum vlcere rotunda cum rubore, quæ dolor sequitur. Et dicitur ficus, quia fici similitudine caro excrescit.. Mariscæ vero tubercula quędam cum vlcere, ex turpi confricatione circa sedem nata.

HEMorrhois etiā est in sede, cum ora venarū sanguinem fundūt, nec solū sedem vexat, sed in ora vuluæ fœminaꝝ incidere etiā consueuit, nec solū ille, sed duo etiā sequentes morbi. CONdyloma morbus est qui nascitur circa coronā podicis, tuberculū videlicet sanabile & nascitur ex quadā inflāmatione. Iuniores medici vocant eminentes tumores, nūc molles, nunc duros, figura rotunda & nihil eminētes.

RAGades sunt fissuræ in circulo ani cum sanguine erumpentes.

Vua morbus est quem græci staphylen vocant, & circa fauces fit, dicta, quia sicut vua dependet.

SPAsmus est neruorū contractio, quæ nonnunq̄ mortē inducit.

FEBris a feruēdo dicta satis nota ē, de cuius varijs speciebus in principio tertij apud Celsum inuenies. GANgræna γαγγραινα caro est mortua ex vlcere vel inflāmatione & rubore albescens, tum vero nigricans insensibilis fit, & fit maxime inter vngues & alas & inguina, & in senibus fere, atq; his quorum corpus mali habitus est.

ποδαγρα PODagra est pedū dolor, πους. i. pes & αγρα atrocitas vel infirmitas. Oui. Soluēr nodosam nescit medicina podagrā, vel ꝙ ποδακος. i. pedes αγρευει. i. capit. χειραγρα CHIragra manuū dolor est, χειρ enī manus est, & αγρα dolor. PHAgedæna φαγεδαινα dicta απο του φαγειν a comedendo, exulceratio est vsq; ad ossa celeriter depascēs cum inflāmatione, saniē male olentē emittens & mortē inducēs, & apud Colum. est morbus quē in iumētis vermē appellāt.

FVRunculus est tuberculū acutū cum inflāmatiōe ac dolore, in carnosis maxīe partibus, de quo Sere. Cum sanguis nimius puro cōmixtus atroci. Aestuat, et papulas alte sustollit acutas. Resina misces & saxis ordea fracta, dictus sic ꝙ quasi fur noceat. OZEna, vt Cornel. tradit est cū vlcera circa nares sunt plurefue crustæ & odorē fœdum habent, cui malo vix mederi potest. POLypus est humor p̄ter naturā in naribus cōsistens, a similitudine polypi marini piscis cognomīatus, ꝙ eius carni similis sit, in hoc aūt morbo caro interiora nasi occupat intumescēs, agitq; radices plurimas, quę tanq; pedes sunt. Inde polyposus qui patitur polypum, cuius meminit Vlpia. ff. de edi. edicto. dicens cum eē morbosum. Ibidē in glossa Accursius proletarius grāmaticus vanā, & falsam drn̄am refert, quo ad quantitatē inter polypū piscem & morbū dicens. Polypus est piscis, polypus læsio carnis. CARcinoma est cancer morbus, fit maxīe in superioribus partibus circa faciem, nares, aures, labra, māmas fœminarū, & in iecore, aut splene hic nascitur, color eius ruber est, curationibus irritatur. Cuius tres species ponit Celsus in v. Primū cacoethes cū vlcus quidē pressum ē, sed quæ circa sunt intumescunt. Secundū sine vlcere. Tertiū quod thymiū vocant. Et cancer canceris pro morbo neu. ge. et Cancer cancri apud Catonem in masculino reperitur. Ineptit vt alibi in hoc vocabulo Græ-

VOMicę sunt tumores in corpore purulenti, a vomendo dicti, de quibus Seren⁹. Sunt odio quos dira vomit natura tumores. Vomica qualis erit. PTErygium secundū Celsum est quando recedit ab vngue caro, cū magno dolore, videturq; diminutiuū esse a πτερον, id est ala; quā tunc maxīe efficere videtur caro, ab vngulis discedens. Pterygiū in oculis vocatur membranula quædā neruosa, quæ oriens ab angulo nonnuq; ad pupillā venit, ei quoq; officit, vt dicit Celsus in vij. Pterygiū vero in digitis apud Paulū ægynitam est cum caro excrescit partē illam contegens q̄ est in vngue. Pterygium inquit appellatur quod vitiū ex paronychia fere nascitur. HALopecia morbus est in capite humano & barba ex vitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum proueniēs, dicta a vulpe, quæ grę αλωπηξ dicitur, ꝙ ea crebro id genus morbi patiatur.

GENera morboꝝ q̃ in pudibūdis circa teſticulos oriūtur ſunt teſtẽ Celſo in vij. medicinaꝝ Enterocela q̃ dr̃ cū inteſtina dilabunt̃ in ſcrotū. Epiplocele cū omentū in ſcrotū deſcendit, hydrocela cū in alterꝝ ex teſtib⁹ humor cõfluit. Has ois ſpẽs gñalí vocabulo (qm̃ ſpecialia apd̃ latinos nõ habẽt) nr̃i vocãt Hernias, a duricie pellis, q̃ fit poſt inteſtinoꝝ deſcenſum. Herniũ em̃ durum & aſperũ lingua ſabinoꝝ dicit̃. Inde herniоſus, vt dicit̃ Leuitici xxi. RAMex vero has habet ſpẽs, Porocelã quæ eſt cũ ex abſceſſu aliquo circa ſcrotũ materia ſubduruit, Sarcocelã cũ in ipo ſcroto concreuit caro, Cirſocelã cũ venæ intumeſcũt tunicis teſtiũ integris, uel in ipſo ſcroto vel cum bubonocela dicitur in inguine. Plin. tñ enterocelam dixit ramicem. Inde grẽce κηλικοι a noſtris ramicoſi & herniоſi dicũtur. Eſt etiã vt obiter tangam ſcrotũ vel vt alij dicũt ſerotũ pellis quæ teſticulos continet, grẽce ἑσχεον dicit̃ te-

COLica paſſio eſt ægritudo maximi cruciatus in vẽtre (ſte Celſo) ſub cingulo in teſtino quod dr̃ colon. Eſt aũt colon inteſtinũ craſſius imbulatũ ex quo excremẽta eam accipiũt formam quæ ẽgerũtur, plurimas cellulas atq; cauernas habẽtes. Seren. Cum colon inuiſum morbi genus intima carpit. Mande galeritã volucrẽ quam noĩe dicũt, hic morbus chordapſos etiã dici ſolet, & Chordios apud Celſum in iiij.

ILEaca paſſio eſt, morbus gracilioris inteſtini ειλεος em̃ ileos non illos dicimus. Inde ileoſi qui laborãt eo morbo. Ilioſi vero dicũtur q̃ ilioꝝ dolore torquẽtur, Lagonoponos etiã apud grẽcos dicit̃ iliorũ dolor. Ilia enĩ græci λαγωνας appellãt, πονον laborẽ vel dolorem.

ALVini latine, græce cœliaci dicunt̃, qui ꝓfluuio ventris & alui laborãt, κοιλια em̃ venter latie dicitur. Ipſa autẽ ventris fluxura græce κοιλιολυσια cœliolyſia dicit̃. Pantices etiã Feſtus Pom. fluxũ vẽtris appellat. Panicos vero repẽtinus terror & cõſternatio a grẽcis dr̃. De cœliaco aũt morbo ita Celſus in iiij. differit, in ipſius vero ventriculi porta conſiſtit is qui & lõgus eſſe conſueuit cœliacus a grẽcis noĩatur, ſub hoc uẽter indureſcit dolorq; eius eſt, aluus nihil reddit, ac neſpiritũ quidẽ trãſmittit, extremæ partes frigeſcũt, difficulter ſpiritus redditur.

BALbus eſt qui vitio linguæ nõ bene põt exprimere verba & obſcure loquit̃. BLEſus vero q̃ dũ pronũciat aliquã vel excludit literã vel non bene exprimit, de qbus ſit mẽtio ab Vlpi. ff. de edi. edicto.

TRAulus eſt cui in vnoquoq; verbo lingua multum luctatur.

OScedo ab alijs oris fætor, ab alijs uitiũ dr̃ q̃ quis ſæpius cogit̃ oſci

GVTturoſi & ſtrumoſi dicũtur qbus inflat̃ guttur, alij di- (tare. cũt ſtrumã morbũ eſſe qui alibi ſcrophula dictus eſt, alij vt Celſus dicũt extantia quędã in tergo, gibbũ vero in pectore, alij gibbũ in tergo Inde gibboſus, alij in gutture vt dixi ſtrumã, alij dicũt ſtrumas eſſe q̃s

Paulus ęgynita chœradas vocat, glādulas ſcilicet induratas in ceruice & in alis & in femoribꝰ. Muti q̄bus loquēdi vſus amiſſus eſt. Surdi qui nil audiūt. Vari dicūtur qui introrſum pedes vel crura obtorta gerūt. Vatiñ q̄bus pedes flectuntur in partē exteriorē. Valgi aūt dicunt̄ qui in diuerſum tēdentes ſuras habēt. LORipes dicit̄ quaſi loro, ſeu cōpede impeditus incedēs. Claudus vero q̄ paſſus non aperiat ſed claudat, de q̄ in cōmentariis noui inſtrumēti ſup̄ Matth. dicit Hier. quō Claudus dicit̄ qui vno claudicat pede, ſic Cyllus appellat̄ qui vnā manū debil̄ habet. MANcus uero quaſi manu carēs & pro debili etiā ponitur. Scꝫua vero dicit̄ qui ſiniſtra manu agilior eſt q̄ dextera, de quo Vlpia. ff. de edi. edicto. Sciendū eſt ſceuā non eſſe morboſum uel vitioſum, prę terq̄ ſi imbecillitate dextræ validius ſiniſtra vtat̄, ſed hūc non ſceuam ſed mancū eſſe. BROnci vel brochi dicūtur teſte Marcello qui hñt os productū & dentes ꝓminētes. Inde Plini. vtit̄ brochitas. tatis, lib. xi. ca. xxxvij. abſumpta hac obſeruatōe ſenect⁹ in equis, & cęteris veterinis, intelligit̄ dentiū brochitate, ſupercilioꝝ canicie. PLAnci appellātur qui ſupra modū pedibus plani ſunt. Scauri uero ſunt qui extātes talos hñt. Panſæ quoꝝ pedes incurui. COClites vnoculi & luſci, & græce monophthalmi dicūtur, qui vno oculo carēt. Strabo in diuerſum videt. Myopęs vero nyctalopæs & luſcioſi & luſcitioſi latine dicūtur in die parū videntes & plus noctu. Iuriſcōſulti de edi. edict. ſcribunt eū hoiem morboſum eſſe, qui neq; matutino videt, neq; veſpertino, q̄d genus morbi gręci vocāt myopa. Et idē luſcationē eam eſſe quidā putant, vbi hoies adhibito lumīe nihil videt, alij nō eluſcationē vel luſcationē, ſed luſcitionē legunt. Monoculus vix bñ dicitur, vt græcū & latinū cōmiſceatur, q̄a monos græcū, & oculus latinū. GLAucoma eſt vitiū oculoꝝ, hoc eſt liuor & plumbeus color in oculis, q̄d Celſus oculoꝝ ſuffuſiōes appellat. Verba Celſi in vi. nōnunq̄ aūt nimiū ſub hac curatiōe exciſa euenit, vt oculus nō contegat̄, idq; interdū etiā alia de cauſa fit. Glaucophthalmos gręci appellant, in q̄ ſi nimiū palpebræ deeſt id reſtituere curatio poteſt. ALBugo quid ſit in commentariis de A dixi, ſed contra meā opinionē etiam albū in ouo dici volunt.

EPIdemia ἐπιδημία morbꝰ populatim vagās non ſolū peſtilentia, ſed quicūq;. HYDrophobia ὑδροφοβία morbꝰ eſt quo morſi a canibus rabidis laborāt, & aquā vitant, ceu canes rabidi. Imperiti dicūt hydrophorbia. Inde hydrophoni, hydrophobi & hydrophobici dicūtur qui ex morſu rabidi canis aquā extimēt. RHEuma uel rheumatiſmus dicit̄ eruptio ſiue fluxus, a ῥέω quod eſt fluo. Plini. li. xxvij. cap. vij. elephanti ſanguis præcipue maris fluxiones oēs quas rheumatiſmos vocant ſiſtit. REDiuia morbus eſt cū cutis extra vngues

resoluit, q̃a rediuire est resoluere, græce παρεωνυχια. Plin li. xxix. lana succida rediuias sanat ex aqua frigida. Et idē li. xxviij. ca. viij. scobe paronychia tollūtur, & dicitur a παρα. i. ad, & ονυξ vngvis, quasi ad vn

EPIphora morbus est oculorū, quē vulgo lachrymā vocant, cū descensus humoris oculos angit, & dicit ab επιφερειν, hoc est ab inferendo & de aliis membris, cuius morbi sæpe meminit Plinius.

PERnio est morbus pedum ex nimio frigore proueniens, & calcaneum infestans, cuius diminutiuū perniunculus. VERmina dicūtur torsiones ventris a vermibus. Inde verminari Nonius Marcellus ponit pro vermibus torqueri. LACtidiaci sunt qui circa vmbilicum calce percussi sunt. LAGophthalmus dicitur in oculis cum superior palbebra non descendit, cui vitio contrarium est ectropiū cum inferior palpebra parum sursum attollitur, nec cum superiore cōmittitur, dictum a leporibus, qui apertis oculis dormire consueuerunt, λαγως enim lepus dicitur, & οφθαλμος oculus. ENCanthis morbus est oculorū cum in ipsorum angulis tuberculum est quod palpebras parū diduci patitur. Ptysis græce, id est spuitio latine, a πτυω quod spuo significat. Inde æmoptysis, id est sanguinis spuitio. Inde æmoptysici sanguinem spuentes, quos aliqui emoptoicos appellant.

¶Hæc sunt quę tumultuaria tantū lectione succisiuisq; temporibus de morborū nominibus collegi, collecturus plura in posterum (nam supra trecenta morborum genera præter nouos asserit esse. Plini. lib. xxvi. natu. histo. et Augustinus lib. xxij. de ciuitate dei, tot morborum mala, vt nec libris medicorum cuncta comprehensa sint) si mihi sanitatem corporis & animi præstabit cœli & terræ imperator Iesus Christus, qui sit gloriosus & benedictus in secula. Amen.

VNIVERSIS MEDICIS PRAECIPVEQVE IOANNI SALICETO alias widmā, Bernardo Rorbach, et Othoni Rot Vlmēsi physicis accuratissimis, atq; solertissimis. S. D. Henricus Bebelius.

¶ Cum ad hoc vnum hactenus laborauerim cōmentariis meis, vt studiosis Germaniæ scholasticis ad incorruptā et priscā loquendi, normā anhelantibus pro viribus consulerē, talentumq; mihi a dño commissum non in terrā foderem, sed illo vsurā facerē, mutuando adolescentioribus, atq; posteritati, iāq; in aliquibus periculū feciſſem, nō dubitaui sępe pīsertim requisitus, & de morborū nominibus aliquid (non vt medicus, cum oīs illius scientiæ cognitio sit a me aliena, sed vt grāmaticus, cuius officiū non tam morborū q̃ omniū aliarum rerū vocabula disquirere debet) edere, moreq; priscorū orthographiam, et peculiarem apud veteresq; obseruatam significationem morborum ex græcorum & latinorum traditione perscribere, quare vniuersos &

singulos medicos rogo, vt si qua in libello meo noia aliter q̃ ipsi habent in suo libro offenderint, nõ existiment me in eorũ, aut suggillationẽ, aut contemptũ scribere, qm̃ q̃ interdum a me discrepant, hæ sunt causæ vel potissimę, primũ q̃ medicis exp̃ceptis Galeni non multum de noĩbus, aut disputandũ, aut curandum est. Et q̃ medici recentiores plus cum arabibus q̃ cum græcis (inter quos sæpe est dissensio) cõueniant, & vltimo, q̃ tempor̃ incuria, vel iniuria potius iuterpretes Galeni, Rasis, & aliorũ, aut fuerunt inerudiu, vt Nicolaus Leonicen⁹ dicit, aut quod facile credi potest successu tempor̃ sunt per librarios et chalcographos deprauati, atq̃ corrupti, obsecro igitur iterũ vt hanc meã lucubratiunculã æquissimo ferant animo medici, cũ vniuersi tum uel singulari mihi obseruantia colendi Ioannes Salicetus vulgo Widman principis nostri Vurtẽbergensis physicus expertissim⁹, cuius duorũq̃ eius filiorũ vtriusq̃ iuris doctor̃ Beati scilicet senatoris ducalis, Ambrosiiq̃ ordinarij legalis prudẽtiæ lectoris apud nos non obscurã in me beniuolentiã polliceor mihi cõstantissime. Bernardus itẽ Rorbach publicus medicinarum Tubingæ professor, qui vitæ sanitatisq̃ meæ imperator summã mihi operam & diligentiã suam non minus liberaliter q̃ accuratissime subministrauit. Postremo non tamẽ inter postremos amicos habendus Otho Rot patricius & physicus Vlmensis nulli inferior, atq̃ postponendus, quibus has meas cõmentationes castigandas cõmitto, meq̃ semper commendo, Vale.

AD QVAESITA GEORGII SLOTKOPF LVDI magistri Constantinensis Hen. Bebe. respondit.

¶ De fortitudine dubitas. Fortitudo vt dicit Hierony. in cõmentario epistolæ ad ephesios, vtriusq̃ vtiq̃ animi est non corporis, ita Seneca epist. lxxxvij. Fortitudo contemptrix timendorũ est, terribilia & sub iugum libertatem nostram mittentia despicit, prouocat, frangit. Accipitur etiam licet improprie pro corporis firmitate, præsertim apud poetas. Virgili. loquens de arboribus dicit. Fortis vbi late ramos & brachia tendens. Idem de equis & brutis. Quis generosa putet nisi fortia, nempe volucrem. Seneca in prosa oratione epistol. vij. Plato ipẽ sese ad senectutem sic diligentia protulit, erat quidem corpus validum & forte fortitus. Et Iulius Firmicus li. ij. mathe. Erit autem quisiceum habuerit fortis corpore validis ossibus. Et iurisconsultus. ff. de aqui. rerum do. l. Pomponius, vicinæ villæ colonus cum robustis canibus & fortibus quos pecoris sui gratia pascebat. ¶ Quæris an Friburgum, Heidelbergũ, Norenbergũ dicendum sit, vel Heidelberga, Friburga &c. Volo ego spectatũ eruditor̃ usum in hoc esse sequendũ Heidelberga, Norenberga ab omnibus dici & scribi audio. Friburgũ

aũt Laudenburgũ, Offenburgũ &c. iñ burg per um terminari, ũel per ium, vt fecit Corne. Tacitus in Aſciburgiũ opido non longe a rheno quod hodie a nõnullis Oſchoffenburg eſſe putatur. Et ego Tubĩgam declinare ſoleo, mecq; Bebeliũ latina declinatiõe pro Bebel nominito, nec incongruũ aut abſurdũ eſſe debet. Barbara vocabula citra cacophaton latina declinatiõe terminari, ſicut græci pariter & latini in barbaris omnibus vocibus, atq; etiã in hebraica lingua (cuius ſit nobiliſſima propriaq; declinatiõe & ſuis accentibus diſtincta) facere conſueuerunt, vnde Hiero. in epi. Pauli ad Philemonẽ. Q. Saul a nobis Saulus dicitur, non mirũ eſt hebræa noĩa ad ſimilitudinẽ græcorũ & Romanorum caſuũ declinari, vt ſicut pro Ioſeph Ioſephus, pro Iacob Iacobus, ita pro Saul quoq; Saulus in noſtra lingua, atq; ſermone dicatur Et Ioſephus lib. i. antiquitatis iudaicæ ait. Nomina ſi quidem propter ſcripturæ decorẽ græci ad declinationem legentiũ mutauerunt, necq; eni prouinciæ noſtrę eſt huiuſmodi formis vti. Sed licet vnũ quidem ſchema & finis nominũ ſit vnus, vltimas tamen nominũ ſyllabas aliter declinant. Noe itaq; apud nos Nochus appellatur, & Abraã abraamus. Et ſic hæc forma in omni ſchemate cuſtoditur. Ex quibus quidem verbis Ioſephi dicentis, Necq; enĩ prouinciæ noſtrę eſt huiuſmodi formis vti, quidam eligunt huiuſmodi nomina eſſe indeclinabilia. Adam, Abraã, Loth, Ruth, Iacob, Dauid, Noe, niſi tranſeant in latinã declinationẽ, ut dicamus Adamus, Abraamus, Dauides, dauidis, ſicut *Fortunatus epiſcopus fecit. Adde inſuper q; quidã dicunt. Friburgius Heidelbergius, Tubingius, alĩ Friburgenſis, Heidelbergenſis, Tubingenſis*, q̃d & mihi diſplicet, vnã formã etiam vſitatã obſeruari decens eſt, Heidelbergẽſis, Tubingẽſis ab oĩbus fere dici audio, et ego ita vſur

De Saſonibus moues mihi quęſtionẽ. At Neſtor errauit in (poquãtitate noĩs, & male allegauit Lucanũ. Sic enĩ legendus eſt Lucanus. Et biturix lõgiſq; leues axones in armis, dicens, p̃terea bitures eſſe burgundiones, cum bituriges eſſet dicendũ, nec bituriges ſunt burgundiones. AXOnes aũt ſunt populi Galliæ. SAXones aũt populi Germaniæ corripit penul. Clau. Ignotiq; fretum maduerũt ſaxone fuſo. Fuit itaq; Neſtor homo eruditus, ſed more humano interdũ lapſus eſt.

Quęris quo modo Agnus, ignis, regnũ, cignus. vel melius cygnus, et ſimilia pronũcientur, an more noſtro angnus, ingnis, regnũ &c. an vt literatura indicat. Item an Chriſtus, chirotheca, chimæra per ch, aut ſimplici c more noſtro ſint pronũcianda. Itemq; monachus, & brachium vel ſine h bracium, monacus &c. Ad quod reſpondeo. Si me conſulis, primũ conſonantes non debere diſiungi, ergo ſic ſyllabices, vt dicatur a gnus, i gnis, re gnum, cy gnus. Secundo dicerem omino

pronũciationem congruã & respondentẽ esse debere lr̃aturę, vt obser uare vidimus apud multas gẽtes, ut monachus fortiori sono brachiũ & similia. Aut quis nescit drñam inter κ et χ ch, sicut & inter π & φ ph, dicit aũt Pontan⁹, lr̃ę c apud nos latinos scilicet, adeo tenuis exi lisq; son⁹ est, vt ea aspirata vocaliq; iuncta vix sonet crassius q̃ apud græcos κ. Tum Cic. drñam inter c & ch quo ad sonũ his verbis decla rat. Tamẽ & machões & Chlepiões, sepulchra, choronas, lachrymas dicimus, quia per auriũ iudiciũ semp licet &c. Nonne & Gel. lib. ij. dicit, plærasq; dictiões esse aspiratas, vt sonus earũ esset vegetior, firmitasq; & vigor vocis, quasi quibusdã neruis additis intenderetur. Quæris Petrus est doctior illis oĩbus, vel doctissimus illor; oĩm, vtrũ latinius dicatur, priorẽ orationem, Petrus est doctior illis oĩbus, latinã iudico, siue ad plures sui generis, siue alterius generis fiat cõparatio, secutus in hoc contra Vallæ p̃cepta auctoritatẽ doctissimor; virorũ, qui com paratiuũ etiã ad plura sui generis retulerũt in ablatiuo dũtaxat. Marti. Hic totus volo rideat libellus. Et si nequior oĩbus libellis. Plini. de mar moribus p̃cio sissimi quidẽ generis lacedæmoniũ viride cunctisq; hila rius. Et Stati. in viĩ. vbi Amphiara⁹ Plutonẽ alloquitur. Et melior sis quæso deis. Reperitur & apud Virgilium & Ouidiũ talis constructio. Posteriorẽ oratõem, Petrus est doctissimus oĩm illor; ,itidem latinam puto, si cõparatio fiat ad plures sui generis, vel ad omnes si plures sint gradus, & ad plures quoq; diuersor; generũ vi distributionis partiũ pe sensu, vt Plini. xviĩ. ordeũ frugum oĩm nobilissimũ, cum diuersa sint genera frugum. Cice. ad Varronẽ, extremũ malorum omniũ esse ciuilis belli victoriã, cum plura sint genera malorũ. Teren. hominum homo stultissime, cum plura sint genera hoĩm. Plini⁹. velocissimum omniũ animaliũ non solum marinor; delphinus, cum diuersa sint genera animaliũ &c. Sed ad argumenta. Quæris a me dialecticũ opifi cium, cui iam diu renunciaui, cuius & ipe quotidianũ exercitium agis. Satis tibi responderet Marsilius Heidelbergensis gymnasiĩ auctor, at q; plantator. Nam vocabulũ illorum in illa oratione. Persius est do ctissimus omniũ illorum, vel Virgilius est optimus poetarũ, & simili bus pro suis demonstratis, non collectiue accipitur, vt Marsiliĩ regu læ tibi tradunt. Itaq; non fit hic comparatio inter duos, scilicet Petrum & alios qui sint vnũ collectiue, sicut exercitus dicitur vnus collectiue. Sed illi aliĩ ad quos cõparatur Petrus in doctrina, sunt singuli ut singu li, & non vnũ collectiue. Sic ibi. Virgilius est doctissimus poetar;, non supponit (vt dicitur) collectiue, seu coniunctim, & poetæ aliĩ ad quos cõparatur Virgilius, nõ accipiũtur in illa oõne. Virgilius est doctissi mus poetarũ, vt sint vnũ coniunctim. Dicis me sæpe, & si, coniun-

ctionē subiunctiuo adiunxisse, cum econtrario iuxta doctrinā Vallæ Etsi, & quanq̄ addi debeāt indicatiuo, licet & q̄uis subiūctiuo solum. Scias hanc drñam solū esse tenendā in principio epistolaꝝ, librorum clausulaꝝ, & similiū, non post orationē inceptam. PLEbeius non plebeus dicendū, & si trium tantūmodo syllabaꝝ inueniatur apud poetas. Aristoteles scribitur mendoseq̄ chalcographus, vt plæraq̄ alia impressit, sic eni scribitur, αριστοτελης. Q; dicis quosdā saluare hāc orōnem. BONum sero, nō habebunt me riualē, vt alibi dixi. Tolerantior illa est. Bonū mane, mane enī nomen inuenitur. Sed sentiat quilibet uti velit, nō multū curo, siue dicatur bonū sero uel aliter. PRAestolor producitur, ꝙ arguis de epistola & Apostolus nihil facis, hæc græca sunt, illud latinum. APVleius & nunq̄ apulegius inuenio apud eruditos, siue nomē fuerit philosophi, siue cuiusdam grāmatici de aspiratione scribentis. QVIntuplex dicendū est sicut & quotuplex. Totuplex aūt sicut & totuplus non inuenio, sicut nec quotenus & totenus, nisi forsan q̊tenus pro quot, nec quotēnis, nec totennis, nisi apud Priscia. & nonnullos triuiales. Nec sicut quotus dicitur, ita totus prima breui inuenies, eruditi dicunt quot annos natus es, non quotēnis, sicut sextuplex et in his quæ t habent ante tus, vt quintus sextus retinent &c. At decuplex per c dicendū est, quia a decē. Labrusca nō labrusta dico.

TREdecies quattuordecies dicendū est. Terdecies quod dicitur facit xxx. sicut quaterdecies, xl. Tortelius vsum vulgarem sequitur in kyrie eleison, sicut & nos cōmuniter in Osanna pro osianna, qui adeo vulgatus est & cōmunis, vt ne Hieronymus quidem abolere tentauerit.

PNEuma. Gnothi se auton & similia pronunciantur apud nos iuxta literaturam, non pneufma gnotise aufton, ad peculiarem enim in hoc loco græcorum accentum accedendum non esse existimo.

AVCtor cū c dicitur, aut author cū th aspirato, q̊d minus probo, nunq̄ autor. Quicquid dicāt alij pulcer sine aspiratiōe scribendū esset scd'm orthographiā. C. em̄ in latinis dictionibus nunq̄ aspiratur, sed ꝙ dicimus de pulcer & quibusdā alijs aspiratis paucis admodū, vsus vel potius abusus Ciceroniani tēporis fecit, cui vix repugnari potest. Cice. autē sic dicit. Quin ip̄e cum scirē ita maiores locutos esse, vt nunq̄ nisi in vocali aspiratione vterentur, loquebar sicut pulchros & cethegos, triūphos & Carthaginē, aliqñ id sero conuicio auriū cum extorta mihi esset veritas vsum loquendi populo concessi, scientiā mihi reseruaui, qui igitur dicit pulcer arte innititur. Inde pulcellus. la. lum. Qui pulcher cum aspiratione, auctoritate. HOMO hædus herus & similia in priori syllaba an aspere pronuncientur, quęris, hæc et similia sunt tenuiter & molliter efflanda, & non horride in ipsis fau-

cibus inglomerãda, vehemẽtiusq; in gutture obdenſanda, ut nos ſole mus facere. Dicis me vti incõpte hoc verbo debet, cũ dico, tunc ſic debet ſcribi. Atita iuenio etiã apud eruditiſſimos recẽtiores Pontanũ, Beroaldũ & alios. Sed in hoc q̃ dico tũc debet ſcribi. Fateor tũc parũ probe poni, verũ difficile eſt mihi p̃ſertim in officio grãmatici ſp declinare q̃tidianę ſermocinatiõis a teneris annis imbibitã conſuetudinẽ, adeo enĩ tenaciter hærent q̃ pueri didicimus. Male etiã dixi vulgo, cũ vernaculã linguã introducebã, ſed vernacula lingua vel vulgari nr̃o vel teutonica lingua dicendũ erat Nam vulgo aduerbiũ ſignificat paſſim, vbiq;, & cateruatim, q̃d ibi nõ quadrat. Q, dicis de ſotular latinũ eſſe non credo, ſed gallicũ potius, vel aliud vulgare, at ego ip̃e noſtratiũ vſu & auctoritate deceptus ſum. Sotularis tñ vtitur Hiero. contra Iouinianũ dicens. Legimus quondã apud Romanos nobilẽ cum eũ amici arguerẽt, quare vxorẽ famoſam & caſtã et diuitẽ repudiaſſet, protendiſſe pedẽ & dixiſſe, & hic ſotularis quẽ cernitis vobis nouus & elegãs videt, ſed nemo p̃ter me ſcit ubi me premat. Alexãder tuus corrupte legit in noſe lens. Ita enĩ legi debet. LENS lendis capiti, lens lẽtis cõuenit ori. Lens enĩ lentis nomẽ eſt leguminis ſatis notũ. Lens lendis genus pediculi eſt etiã notum. EXAnclare dicit Quinti. in. i. eſſe abolitum verbũ, quo tamẽ Cic. vtitur lib. iiĩ. academi. & lib. i. tuſcu. Vnde ego nefas eſſe duco vllum verbũ dici abolitũ vel minus vſitatũ, *quo* Cice. vel ſemel vſus eſt. At tẽpore Quintilia. paucis potuit eſſe in vſu, verũ auctoritate Ciceronis quilibet eo vti poteſt. *Proſapia item dicit* eſſe abolitũ, quo & ip̃e vtitur Sueto. Apule. & alĩ. MIRum in modum, prope modũ indies & itidem, vnã eſſe dictionem exiſtimo, quis enĩ neſcit propemodũ duo verba a ſuis ſignificatis, pro quaſi et fere in aduerbiũ eſſe tranſlata: in vnamq; dictionẽ coaluiſſe: aut quantum diſcrepant indies & in diem, q̃ ſi numerus diuerſus id efficere deberet, quis diceret in mẽſes, in annos, & in mẽſem, & in annũ, tantum quantum illa inter ſe in ſignificatiõe abeſſe. Quinimmo in ſingulos annos, vel omnes annos menſeſq; diceremus. At nulli repugno, liceat cuilibet libere ſentire quod velit. Nonne Gellius admodum facit vnã partem orationis, & prę modum, ſic pari ratione propemodũ mirum in modum. Sicut Priſcianus nimirũ. Et Amianus poeta. Ex aduerſum adfabre & adprobe vnam partem orationis eſſe voluit. PATricius per c ſcriptum inuenio, ſiue a patre vel a græco πατρικος qui eſt paternus deſcendat. Sunt aũt patricĩ patrũ, ſeu ſenatorum filĩ, non patres imperatorę, vt inepte tradit Accurſius Florentinus. Quod dicis de accentu Abrahæ, ſi ſaltem probe declinabitur Abraham abrahæ, ſed quoniam ſanctis doctoribus ita declinare placuit, nos temere in illam

declinationē non insultabim⁹, quo ad accentū aūt sequor ego opinionē tuā. Greca vero vocabula si in latinū transeūt latinū accipiunt accentū, nisi maneant græca, vt dicit Martia. Capel. lib. iij. philologiæ.

De versibus Virgilij. Etsi nō nihil dicere possem, sentuā tñ cum antiquitate, nec quicq̄ corrigere cupio, q̄d tot tantorūq̄ virorū labore & longo successu mansit immutatū & firmū. Auctoritas quoq; Virgilij plusquā omnes fœtutinæ grāmaticorum regulæ apud me valet.

Quæris de ista oratione Sacer Dionysi cū sociis tuis orate pro nobis. Credo eam latinam & congruenter dici posse. Virg. ænei. lib. pri. Cum fratre Quirinus iura dabūt. Et in ij. Iphitus & pelias mecū diuelli mur.inde, & alibi. Hanc tecū genitor cūctis celebrabitis annis. Plau. in merca. Certe & inter nos cōiurauimus, ego cū illo, & ille mecū. Penetro, siue a penes, siue a penitus deriuet, nō video cur sit producendū. Simulacrū, lauacrū dixi in penul. longas hīe syllabas, auctoritate mot⁹, quia id inuenerim in carmīe, & rōne deriuatōis, quia a simulatū lauatū quod etiā dicitur, q̄ longātur, veniūt. Q̄ mihi vero subiūgis cōsonā esse mutatā. Iccirco nō facies regulam, q̄ sp mutetur quātitas. Possum tibi dare multa similia, in q̄bus cōsona, sed nō quātitas mutata est, quę nec Alexāder, nec Nestor excepit, p̄ter alia. Nato natas primā corripit veniēs a natum, quod primā producit seruata consonāte, econtrario. Latronis o produ. similiter latrociniū mutata consonante, quare nisi docueris auctoritate, nihil pbabis. Sed nihil postremū mihi obesse debet, q̄ nec Alexāder, nec ei⁹ cōmentator Nestor quicq̄ excepit. Nam *Alexan. imperfectissime tradit quātitates. Nec Nestor satis pfecte.* Nam vt quinquagita alia loca p̄teream, nōne neglexit Nestor in primis syllabis & in vocali a. Maceries, & Vacillo produci. Pruden. Q̄uis maceries florentes ambigat agros. Ouí. Spes mea vacillat subtili pendula filo, sed & hanc posteriorē breuē esse in prima legimus. Cacus ponit in differens & magis produci neglexit, et Macero dicit poni ad placitum, cū apud idoneos producat semp, adeoq; tenues adducit ad correptionem auctores, vt pœniteat me aliquādo illos fuisse secutū, atq; primā corripuisse. Frago. as. are, & flagro primas corripiunt. Catul. lectusq; assyrio fragrans oliuo. Virgil. ij. ænei. Nos pauidi trepidare metu crinemq; flagrantē. Item Pagasa primā corripit. Luca. lib. ij. pharsalię. Vt pagasea ratis peteret cum phasidos vndas. LAGus nomen Ptolemæi regis producitur, vide an apud Nestorem inuenias. THAles nomen philosophi primā habet indifferentē. Camers corripitur, Canon corripitur, Danubius producit. Planus pro scurra corripitur. Cappadox producitur. Apis bos, producitur. Item napus & Sapis fluuius producitur, & gaddir & papinius. Achillas ponitur indifferēs. Multa sunt prę-

terea quæ Nestor neglexit, q; et si homo sit doctus, & cui alioq; multa tribuo, homo tñ fuit, quẽ falli, labi & decipi cõtingit, nõ igitur tibi persuasum sit (vt Quintiliani verbis utar) oĩa quæ omnes auctores dicũt vtiq; esse perfecta. Nam & labant aliquãdo & oneri cedunt, & indulgent ingeniorũ suorum voluptati, nec semp intendunt animũ, non nunq; fatigantur &c. Hæc sunt quæ tibi valetudinarius scribo, paratus mutare sententiam, in quacunq; re veriora, certioraq; docueris, quæ in bonam partem accipias. Vale. M. D. V.

HENRICVS BEBELIVS ADVERSVS calumniatorem suum.

Qui falso & lippis oculis mea scripta recenses
Gaudeo si vere, meq;, meosq; canas.
Sum probus, atq; probis, sum rite parentibus ortus
Legitimo mater me peperitq; toro.
Chara fides Christi cathedra haud me pestilis vnquam
Sessorem accepit perfidiæq; lues.
Q; mihi nobilitas desit, sum sæpe professus
Nobilitat virtus, ingeniumq; viros.
Quodq; nouo primus surgam de sanguine laus est,
Atq; meum veniat nomen in ora virum:
Pellibus in patrijs dum iure quiescere multi
Deberent, falsa nobilitate tument.
Sed q; censorem rudis ipse cribrare minaris
Desine, cribrabo teq;, tuasq; strophas.

CONTRA CALVMNIATOREM BEBELII Coccinius ad lectorem.

¶ Fertur mihi quendã non paruæ celebritatis hominem esse apud germanos, qui doctoꝝ Germanię virorũ inuidiam ipi Bebelio comparãdam auctor cuiusdam de Bebelio calũniationis esse debet, q; nullum ipe se germanũ syncere, Romanæq; scribentẽ legisse scriptis, siue memoriæ ꝓdiderit, cui quidẽ criminationi cum ego Bebeliũ minime obnoxiũ esse haud obscure cognoscã, decreui nostræ inter nos iamdudũ contractæ familiaritatis esse, pro eius innocẽtię testimonio quippiam scriptitare, citra etiã cuiuscũq; iniuriam, q; aũt huiusmodi calumnia Bebelio non iure impingatur, q; plurima ipius monumẽta apertissime testãtur, in quibus ipe scriptũ reliquit, q; superioribus tẽporibus apud germanos magna extiterit scriptorum penuria, propter quã res germanoꝝ in obscuritatẽ venerit, esse autẽ hoc tempore apud germanos viros cõplures doctos & eloquentes, per quos Germania ornari illustrari ac debitũ honorem consequi possit, nec vsq; in ipius libellis

ſcriptũ inuenies, ꝙ nullũ ipſe germanũ ſyncere, Romanæq; ſcribẽtem legerit, p̃ter hunc vel illũ. Sed bene quidẽ ſcriptũ leges in eo libello, cui eſt titulus qui auctores ſint legendi ad cõparandam eloquentiam, vbi Bebelius in hæc ſcribit verba. Nullus apud germanos ad noſtra vſq; tẽpora repertus eſt, q̊d ego ſciã, qui priſcam eloquentiã, ſermonẽq; ex omni parte purum expreſſerit, & paulo poſt. At hodie ſunt apud nos multi qui nõ modo multiiuga eruditione, verũetiam terſiſſima oratione & carmine etiã cum italis contendere poſſint q̃ glorioſiſſime. Ex quibus quidẽ proprijs Bebelij verbis clare conſtat Bebeliũ ab huiuſmodi calumnia innocentẽ fore. Taceo de quibuſdã alijs ſcriptis quæ aliquãdo ip̃e editurus eſt, in quibus plurimoꝝ Germaniæ ſcriptorum ſingillatim laudes cõmemorat. Sed ꝙ huiuſmodi ĩfamationis auctor contra Bebeliũ ſodalium neſcio quoꝝ claſſem inſtruere, ac ſubornare dicatur, nihil ſane eſt ob quod iſtiuſmodi minis Bebelius ꝑmoueatur. Non enim mihi perſuadere poſſum, ꝙ ſodales illi ſi humanitate & ſapientia ſint præditi, tantæ iniuriæ patrociniũ ſint allaturi, verum ſi attentarent ſodalium quoq; Neccharanorum claſſem ad iſtius modi ſodalium iniuriam propulſandam, ne dicam profligãdam probe inſtructam, ac munitam cernerent, Vale lector fœliciſſime.

EPIGRAMMA IACOBI HENRICHMAN SINDEL-
(fingenſis.

Si tu expurgaſſes oculos caligine cecos
Et perſpexiſſes rem vitreis oculis,
Magnanimum vatem nuper non corripuiſſes
Tam temere, & ſtulte carmine vaniloquo:
Si cupias mordax cuiuſuis carpere ſcripta,
Tu ſemper facias id ratione bona.
Nunquam caſtiges cancer recte gradientem,
Tu niſi percupias bella parare tibi.

EPIGRAMMA VOLFGANGI BEBELII IN
calumniatorem fratris.

Viribus haud proprijs confiſus Zoile doctam
Quid iactas claſſem qua nos cribrare minaris:
Dum fuerit nulli a nobis iniuria facta
Sed quoniam toties tanta cum claſſe ſuperbis
Eſt itidem claſſis paſcit quam Neccharus amnis
Ac phœbea cohors tua quæ bene ſcripta cribrabit.

MICHAEL COCCINIVS ALIAS KOCHLIN DICTVS.
Tubingenſis. Ad ſtudioſam iuuentutem Germanicam.

¶ Plæriq; iã viri docti & eloquẽtes paſſim per Germaniã verſant̃, qui nr̃am germanicã nationẽ Romanę linguę ſplẽdore ornare, ac illuſtra-

rẽ ceperunt. Quoꝝ alĩ docẽdo id efficere ſunt conati. vt qui publicis in gymnaſijs, humanitatis ſtudia profitẽtur, alĩ quidẽ ſcribẽdo, & poſteritati ingenij monimẽta relinquẽdo, alĩ vero tũ docendo, tum poſteris ſcripta cõmittendo, qui cũ ſinguli pro ſingularibus ſuis ſtudijs, & in rempub literariã meritis, debita ſint a nobis laude, & obſeruãtia, p ſequẽdi, tum vel maxie hi qui pro re literaria, & docẽdo & ſcribendo operã ſuam nauarũt, e quorũ ſane numero Henricus bebelius Iuſtingenſis poeta laureatus, inter primos meo iudicio vẽit cõnumerandꝰ. Nam docẽdo quid rei literariæ cõtulerit, Tubingenſe gymnaſium ſatis ſuperq; teſtaꝫ, ad quod omniũ primus manſuetiores muſas, terſãq; latinitatem ſanis pſuaſionibus inuexit. Et in quo annos iã ferme octo publice, ac frequẽti auditorio poetas oratores, ac hiſtoricos legẽdo id conſecutus eſt, vt eiuſdẽ gymnaſij ſcholaſtici qui ante eius aduentũ rigidi prorſus erãt, & fœtida barbarie ſqualidi, iam in latina lĩgua nitidi ac oĩ ex parte exculti appareãt. Et id quidẽ vſq; adeo, ut cũ eos ad alia gymnaſia migrare contingat, ſtatim ex Bebeliana officina limati, & excuſi prodijſſe cognoſcãtur, cuius doctrinæ ac inſtitutioni & ego q̃d quid in me terſioris ſermõis ineſſe conſpicitur, ingenue acceptũ fero. Sed ſcribẽdo quæ beneficia rei literariæ apud germanos cõtulerit, cõmẽtaria varia quæ de latinæ linguæ emẽdatõe edidit, & ea præſertim quæ de abuſiõibus latinę linguæ pro germanica natione ſingulariter notauit, abunde declarãt, q̃ ſi ęquus rerꝝ eſtimator fideliter pẽſitauerit, ipſum ex oĩbus germaniæ ſcriptoribus de ipſa germanica iuuẽtute q̃ meritiſſimũ compbabit. Nam in his ipſis multas latinę linguæ vitiligines germanis pene natiuas repurgauit, uarios abuſus ſuſtulit, quam obrẽtu ſtudioſa pubes eodem Bebelio duce & auctore niſi tibi ipſi deeſſe velis, fœda barbarie deſerta, e germaniæq; finibus eliminata elegãtiã inducre, ac purã latinitatẽ amplecti poteris. Veꝝ ſunt adhuc nonnulli in noſtra germanica natione militare ac ſtipẽdia facere ſoliti ſub Hugutiõe, Petro Helia, Cornuto, Alexãdro Gallo, & id genus barbariæ ducibus, iam pridem ab italis exploſis. Qui multa quæ ipſi ignorant, aut in ſermonis cõſuetudine non habent damnare non verẽtur, indigne forte ferentes ſeſe notari, ac quæ perperã ipſi loquũtur reprehẽdi, Illos quoniã latinæ linguę veros ac probatos ſcriptores non attigerũt, tanq; iuuentutis tuæ corruptores caueas. Ipſa aũt Bebeliana cõmentaria puram, ſyncerãq; latinitatem monſtrãtia amplexari, pro uiribuſq; ſectari ſtudeas, præterea idem Bebelius quo magis atq; magis de re literaria apud germanos mereretur, indies noua nobis opuſcula tradere conaꝫ, hinc dialogos, orationes, æglogas, ſatyras, epigrãmata varia, ingenio quidẽ elucubrata, multiiugaq; eruditione referta, p cõ

muni ſtudioſorũ vtilitate in lucem prodire curauit. Equorũ profectõ diligenti lectione, ſermonẽ tuum non emendatiorẽ modo, ſed & locupletiorẽ reddere poteris. Pro tantis itaq; muneribus tibi o ſtudioſa ſuuentus a Bebelio exhibitis non ingrata appareas, ſed eundẽ vt præceptorẽ pie colas, eiuſq; ſcripta diligenter tractes, reuerenterq; obſerues. Vnde multa tibi cõmoda ſurgere plurimũq; honorem creſcere videbis. Vale ex Tubinga v. Kal. Maij. Anno dñi. M. D. V.

EIVSDEM COCCINII AD PVBEM germanicam decaſtichon.

Romana ſi optes cultaq; nitere loquela
Bebelij legito ſcripta diſerta mei.
Is præcepta dedit, ſuadentia verba polite
Eloquier, fœdam vt barbariem caueas
Impedient, nec tecq; oſores & blatherones
Damnantes, nunquam quæ didicere rudes.
Quos ſi declines, & culta poemata vatis
Bebelij accipiens commoda multa feres.
Atq; tuum nomen toto celebrabitur orbe
Cantabit laudes terra latina tuas.

LEONHARTI CLEMENTIS VLMENSIS PRESBYteri in commentaria Bebeliana, octoſtichon.

Tollere barbariem noſtris qui nitere terris
Collecta e multis per documenta libris.
O vtinam te Bebelium olim gotthica clades
Quo facta œnotrijs æuum habuiſſet agris.
Credo haud ſerpſiſſet latiam iam tanta loquendi
Sartago in linguam, gente cum abacta ſimul
O vtinam noſtræ tribuiſſent fata iuuentæ
Talem, lingua foret iam mihi caſta nimis.

HENRICI BEBELII EPISTOLA AD LEONhartum clementem Vlmenſem, eccleſiæ Zuifuldenſis parætianum.

¶ Si tam pro hoſpitio tuo quo & crebro & cõfidenter vtor, quam cognato poetices ſtudio, amicitiaq; inueterata omnia tibi debeo, non volui te præterire in cõmentarijs meis, quibus iam perfectis, cum adhuc ſint quæ non parũ faciant ad cultiorem ſermonẽ comparãdum, volui appendicẽ adiungere, vbi quæ prius omiſſa ſunt inuenies, quæ ſibi fauorem ſtudioſorũ poſſunt non iniuria demereri, ponã aũt non omnia quæ addi poſſunt, hoc enim nimis, pfuſum librũ faceret, ſed cum

ut scis monasteria ordinis sancti Benedicti, cū datur vacatio studio-
hinc inde cōsueuerim adire in alpibus nr̄is sueuicis, an aliquid antiqui-
tatis pro excolenda Germania cōquirere possim, sepe respondere coa
ctus sum interrogationibus fratrum & monachor̄, quibus vt copio
sius respondeā, ea inserenda cōmentar̄js putaui. Et vt primū tibi satis-
faciā, quæsisti sæpe an possis dicere sum deorsum, sum supra, sum in-
fra, vt videlicet non tantū motum, sed & quietem significent. Ea hic le
ges, Vale & me ama. Tubingæ Idibus Iulijs. M. D. V.

¶ Et vt primū de deorsum loquar, si credimus Prisciano, non dice
mus sum deorsum vel surfum. Ita enī dicit de aduerbijs lib. xv. Sunt
quædā loci vnam significationē habentia quę ad locū, vt est horsum
istorsum, deorsum, surfum, siniſtrorsum, dextrorsum. Sed ad defen-
dendum diuū Hiero. qui dicit lib. iij. regū cap. viij. Domine deus israel
nō est similis tui deus in cœlo desuper & super terrā deorsum. Et Mar-
ci. xiij. Et cum esset Petrus in atrio deorsum venit vna ex ancillis &c.
Ibi ponit Hieron. siue alius fuerit interpres deorsum sine motu, quod
eius dictum defendit clarissimus grāmaticus Diomedes, qui ponit de-
orsum et alia similia in loco, per locū, de loco & ad locū, dicens, aduer
bia recta, aut cōmunia oim partiū, vt peregre, penitus, rursum, deor-
sum fursum passim anguste late. Sunt itē deorsum seorsum secus sepa
ratim vtrinq; aduerbia discretiua, ut idē Prisc. tradit. Possumus in
super dicere sum infra, vel sum supra, vel extra. Item vado supra, infra
extra, aduenio extra supra infra. item transeo infra & supra, hoc testa-
tur Prisc. de aduerbijs dicens. Cōmunes significationes locorum vt
peregre sum, peregre abeo, peregre aduenio, peregre transeo, similiter
pone supra, intra, infra, extra, vltra, citra, quę etiā casibus solent adiūgi
grauariq;, atq; ideo a quibusdam præpositiones esse putantur.

DILIGENTISSIMĒ NOTENTVR HAE CONSTRVCTI
ones ab antiquissimis Grāmaticis & auctoribus collectæ.

¶ Cum aduerbiū modo indicatiuo, mō subiūctiuo iūgitur in oībus
tpibus, vt cū dico, cum dicerē. Tunc aūt indicatiuo iūgitur, quoties ad
tp̄s quo agebā refertur, veluti cū dicā veni eo ipō tpe quo declamabo
Subiūctiuo aūt tunc iūgitur cū post factū aliquid perfectū significat,
veluti, cū veniſſet declamaui, significat enī eum prius veniſſe, & sic ce-
pisse declamare. Si iūgitur indicatiuo & subiūctiuo. Tūc indicatiuo
quoties res facta significat, veluti apud Ciceronē, sed illustrat si erum-
punt oīa, nec enī dubitat an illustrētur, sed qa illustrātur suadet, vt mu
tat Catilina mentē. Coniūctiuo qñ conditionalis & incertus est sermo
veluti si facias vel faceres. Dum iūgitur indicatiuo, vt dum venio,
quoties vero pro eo q̄d est dūmodo ponit subiūctiua recipit, ut apud

Virg. Dum cōderet vrbē. Dum etiā si alius profertur sermo declinati-
onis ad illū reformatur, veluti, petebas dum venires facerem. Item
Num si præpositū fuerit illi verbū indicatiuū recipit subiūctiua, ueluti
Cicero. Inṫrogaui nū dubitaret eo ꝓficisci, fere enī, ut dicit Diomedes
p̄posito ꝟbo finitiuo, siue indicatiuo parti orōnis subiunctiuæ sub-
iungitur species subiūctiua, veluti, nescio quare dixerit, quare venerit.
Nunquid indicatiuo soli iungitur teste Prisciano ad quod pertinet
interrogatio. Teren. in Phor. nunquid meministi? Idem, nūquid sub-
Ne aūt prohibentis teste Seruio imperatiuo iungitur, sed (olet?
ita dicit Priscia. de eo, ne cum dehortatiuū est indicatiuo non adiūgitur
sed imperatiuo, vt Virg. in vi. Tu ne cede malis sed contra audentior
ito. Vel optatiuo, ut Teren. in Phor. quod vtinā ne phormioni id sua
dere in mentē incidisset. Aut subiūctiuo, ut idem in adel. ne dicā dolo,
aut infinito, vt Cice. in inuecti. ne dici quidē opus est quāta diminutiōe
ciuium &c. NI subiūctiuo copulatur, ut Teren. in And. ni metuam
patrem. Virg. in iij. Ni teneant currus. NOn vero imperatiuo pro
prie adiungi non potest, nisi in cōpositione, vt noli, aptissime aūt indi-
catiuo iūgitur, vel subiūctiuo, uel optatiuo. QVAndo proprie in-
dicatiuo iūgitur. AN qñ construitur cū verbis dubitatiōis & insci-
entię quęrit subiunctiuū, vt nescio an pater meus viuat. Qñ vero con
struitur cū verbis opinionis & sciētiæ requirit indicatiuū, vt an malus
est qui furetur. Qꝫuis & licet recipiūt subiūctiua, ut licet venias, quā
uis venires. Virg. Qꝫuis elysios mireť græcia cāpos. Qꝫquam aūt
& si, tam & si, asciscūt sibi indicatiuū in principio maxīe orationū, epi-
stolaꝝ librorū, alibi q̄ꝫ in principio possunt habere tam indicatiuū q̄ꝫ
subiunctm̄. Cor. Ta. in vita Agricolę. Et quanq̄ꝫ primo statim beatissi
mi sęculi ortu Nerua cęsar res olim dissociabiles miscuerit principatū
ac libertatē. Idem. Quanq̄ꝫ prospera pugna terruerit incolas. Et Iuue.
Saty. vi. Sed quanq̄ꝫ in magnis opib⁹ plumaq̄ꝫ paterna. Et segmētatis
dormisset paruula cunis. De & si Cornel. Ta. de vita Agricolæ. Con-
iuges, sororesq̄ꝫ et si hostilē libidinē effugiant, noīe amicoꝝ, atq̄ꝫ hospi
tum polluūtur. Cice. pri. tuscula. Illud nunc videto, vt deū noris, & si
eius ignores & locū & faciem. Hirtius de bello gallico Cæsaris. Hunc
& si augurē prius factū quam Italiā attīgeret in itinere audierit. Lactan.
in princi. libri. Quanq̄ꝫ cum subiunctiuo cōiunxit lib. pri. diui. institu.
dicens. quanq̄ꝫ libro primo religiones deorū falsas esse mōstrauerim.
DVMmodo recipit subiunctiuū, vt dūmodo venias. POstq̄ꝫ si
iūctim accipitur indicatiuū poscit, vt est apud Virg. Postquā res Asiæ
priamiq̄ꝫ euertere gentē. Immeritā visum superis. Coniunctiuum aūt
vult quando secernitur, vt postquā visum fuisset factum est.

Antecp̃ vero contrario modo iunctū requirit subiunctiuū sic, veluti antecp̃ veniſſes, diſiunctū aūt indicatm̃ vult, vt apud Virg. Ante pudor cp̃ te violē. Vt tradit Lau. Valla hæc ſex voculæ, velut, veluti, vti, quaſi, tancp̃, ceu, imaginē imitatiōemcp̃ deſignant, nō plane ueritatem, & requirūt coniunctm̃, vt tu iraſceris tancp̃ leo, i. tancp̃ eſſes leo, tu ſpumas velut aper, i. tancp̃ vel velut aper eſſes, & ſic de ſimilibus. Hæc aūt tria ſicut, ſicuti, vt, innuūt ſimilitudinē & indicatm̃ requirūt. Q; ſi hoc prȩceptū immutabiliter ver; eſt, ego ſæpe abuſus ſum iſtis dictōibus. Et ſacræ literę, dum enim dicit, ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos, velut dicēdum fuit, non em̃ ſic dicebat Ieſus, mitto vos ſicut mitto agnos inter lupos, ſed mitto vos velut agni eſſetis. Et ſæpe alibi.

Quaſi nuncp̃ latine pro fere ponitur, vt & vti videnť conuenire generaliter cum oībus ſuperioribus. Ceu magis poetar; eſt, qua & Pli. & nōnulli alį vtūtur. Aduerbia comparatiua & ſuperlatiua quæ a prȩpoſitōibus veniūt, vltra ſolitā conſtructionē cōparatiui & ſuperlatiui ſeruiūt etiā actō, vt Cicero. caſtra propius urbem mouent. Cæſar li. vij. belli gallici. Vercingentorix cū ad ſuos redīſſet proditōis in ſimulatus ē, cp caſtra propius romanos mouiſſet. Et capella Martian⁹, propior cū dtō conſtruit li. i. philo. Hic luna quæ huic aeri propior eſt. Item proximus illū, ſic Cic. proximus pompeiū ſedebā. Et Salu. in lugur. proxime hiſpaniā Mauri ſunt. Item & cū dtō cōſtruitur. Cice. ad Marcel. vt fratri tuo aut par aut proxim⁹ ſim, Sal. proxima carthagini loca, Itēcum ablatō cū prȩpoſitōe. Suet. Proximū a dijs immor/

Amplius regit actm̃ & ablatm̃, cū actō, Virg. in. i. ęne. Noctē (talib⁹, nō amplius vnā, Falle dolo. cū ablatiuo. Iuue. in vi. Linquebat comite ancilla non amplius vna. Et cæſar in vij. belli gallici. Ita vt nō amplius quattuor digitis ex terra emineret, & Cic. pro Roſcio inquit, amplius

Procul inſtar prȩpoſitionū caſui ſeruit, Corne. Ta. (nūmo petas. Iam ventū procul mari quod hiberniam inſulam ſpectat. Q. Curtius. Vetuſta arbor haud procul muro ramos multa frōde veſtitos velut de induſtria regē tegentes obiecerat Plus ſimiliter gtm̃, actm̃ & ablatiuū regit. cū gtō vt plus viriū, plus vini &c. Cum actō Terē. in heau. adduxit ſecū plus decē ancillas oneratas veſte & auro. Idē in adel. pl⁹ quingētos colaphos infregit mihi. Cū ablatō. Cic. ad Plancū. Sed nō plus duobus aut tribus mēſibus deinde abfuit a noſtris Circiter vt dicit Neſtus Fuſcus ad numer; referť, vt circiter horas decē, Circū ad locū vt circū theatrū, Circa tēporis eſt, vt circa Kalendas Martias. Circiter tn̄ et ad tēpus & ad numer;, & ad locū referť interdū ap̄ ſcriptores

Et conſtruiť aliquando cum actō, Cæſar in commētarijs. Collis (inquit) naſcebatur aduerſus huic, & contrarius paſſus circiter ducentos,

Itē cum gtō. Idem fluminis erat altitudo circiter pedū trium. Et cū ablatiuo. Idē amissis circiter. xl. nauibus. Idē, diebus circiter quindecim.

CONTRA IMPRESSVRAM HYMNORVM MEORVM.

¶ In hymno Ambrosiano, Nūc sancte nobis, flāmescat igne charitas non flāmascat, a flāma enī, vt dicit Diomedes flāmesco venit. Ecōtrario in hymno, somno refectis, legas lucis labascat munere. i. labās fiat, a labo. as are, nō labescat, de q̄bus sępe q̄situs sum, qm̄ hymni mei perā sunt īpressi in multis locis. Fui insup nuper interrogatus de hymno. Vt queāt laxis (quē aliqui ascribūt Hieronymo, alī vt ego oli audiui Petrū longobardū dicūt auctorē) vtrū Liuione an luuione in penul. sapphico legendū sit, est enī pertinax q̄rundam disputatio dū suus Catholicon & alī diuersa dicūt & cōtraria, ad hoc ego rñdeo, quāuis nec liuio, nec luuio vsitate dicant, tuti⁹ tñ luuione legendū, siue a lauo siue a luo, q̄d probāt alluuio, eluuio uel eluuies, pluuio uel pluuies &c. Vt ponat luuio pro sorde, et pro cōpositis pro alluuione & eluuione. Liuio aūt si dicit venit a liueo. es. ere, q̄d minus cōgruit sensui. Et postremo rōne carminis nō potest stare liuione, qa prima est longa, q̄ debet eē breuis in hoc sapphico, luuione aūt primā corri. Hymnū Saluete flores martyrum cōposuit Prudētius nō Sedulius, ut ego credidi. In hymno. Festū nunc celebre, in secūdo versu lege, victoris bene gloriā boni enī ut vbiq; legitur rōne carminis non pōt stare. In hymno Martyris Christi de sancto Laurētio lege in primo versu. Cernua uocis p̄ceiam rotūdus, nō voce. In hymno de cōfessoribus. Iste cōfessor, lege in primo versu, hoc die lętus meruit superna, nō legas, nec hodie, nec secreta, qm̄ carmen non patitur.

ALIVD.

In epistola secūda ad Corinthios nō pseudo apostoli dicas, vt dicit Valla, sed pseudapostoli, vt sit vna dictio. Ita enī apud grę cos ψευδαπόστολοι nam pseudo (vt contra grāmatistas loquar) nihil est se solo, sed in cōpositōe, vt pseudo propheta pseudochristus &c qaut nos latini vtimur i in cōpositione, vt armiger primipilus dulciloquus, ita græci vtūtur o vt discophorus protomartyr, Theophilus, Allophilus &c.

ALIVD.

Vltroneus, spontaneus, erroneus, q̄uis non legerim apud veteres, non tñ oīno dānanda existimo, quibus diuus Hiero. et alī ecclesiastici crebro vtūtur. Hiero. li. ī. cōmentario⁹ in Amos. Vltroneū enim sacrificiū ad lętitiā pertinet q̄d latine epulū possumus appellare. Idē dicit vltroneas merces putere.

NOTA BENE.

Quæsitus sum nuper a quodā fratre an ego paruissimus superlatiuo vti auderem, ut quidā posuerunt. Ad quod ego ita respondi, q̄uis Lucretius philosophus & poeta dixerit paruissimus. Vegetius item &

Boetius, dicat item Cato ſæpiſſimus, ego tñ non facile ponerẽ, non q̃ ego non exiſtimẽ latinũ eſſe, q̃d aliquis illuſtris auctor poſuerit, ſed ad fugiendã affectationẽ, qua haud vllum aliud orõnis genus fœdi⁹ eſt, vſitatis enĩ tutius vtimur, quæ aũt rara apud auctores ſunt, etiã ſi latina ſint, fugienda tñ exiſtimo, vel ſaltẽ non crebro vſurpãda, ſolũ Ciceronẽ excipio, apud quẽ quicq̃d ego reperio eſt mihi regula ſermõis, atq; vſitatũ & elegans. Et vt primũ de Salluſtio loquar pr̃e hiſtoriarũ, & latiniſſimo, ille igitur cõtra alior; vſũ dixit famas in plurali q̃d ego nõ reprobo, ſed nolim multũ vti. audi quẽ Seneca de hoc dixerit (deridens quendã Aruntiũ Saluſtia. hiſtoricũ) quæ apud Salluſtiũ rara fuerunt apud Auruntiũ crebra ſunt & pene cõtinua, nec ſine cauſa, Salluſtius enĩ in illa incidebat, at Arũtius illa quærebat, Vides aũt quid ſequatur, vbi alicui vitiũ pro exẽplo eſt. dixit Salluſtius hyemãtibus, Arũtius. i. lib. belli punici ait, repente hyemauit tẽpeſtas, & alio loco cũ dicere vellet frigidũ annũ fuiſſe, ait totus hyemauit annus, & alio loco. *Inde* ſexaginta onerarias leues p̃ter militẽ & neceſſarias nautarũ hyemãtes aquilone miſit, non deſinit oĩbus locis hoc verbũ infulcire, quodam loco. Salluſtius dicit equi boni famas petit. Arũtius non tẽperauit, quominus primo ſtatim libro poneret, ingẽtes eſſe famas de Regulo. *Tandem cõcludit, talis eſt ratio oĩm qui non caſu errant, ſed ſciẽtes volenteſq;, hoc a magno animi malo oritur &c. in quibus quidẽ verbis Seneca nihil aliud vult quã a licentijs ſcriptor; cauendũ eſſe, nec crebro vſurpanda quæ rara ſunt apud ſcriptores, hocidẽ confirmat Quinti. in. i. inſtitu. nam etiã ſi poteſt videri nihil peccare, qui vtitur his verbis quæ ſũmi auctores tradiderũt, multum tñ refert non ſolũ quid dixerint, ſed etiã quid perſuaſerint.* In decimo dicit de affectatione, accidit q̃ hi qui quicquid apud auctores ſummos repererũt, dicendi legẽ putant vt deteriora imitẽtur, id enim eſt facilius, ac ſi abunde ſimiles putant ſi vitia magnor; conſequantur, hæc ille. Vnde nec ego facile glorias, tametſi Apul. & Gel. dixerint, vt ſupra oſtendi, nec facile luces & paces dixerim, licet his Ouidius & Horatius vſi ſint, & hoc in ſoluta oratione, in carmine tñ non effugerẽ auctoritate & licẽtia poetar;, qui multo liberiores in verbis ſunt q̃ oratores. Q; ſi in ſoluta orõne dixerim paces, & luces nõ errauí, qa Salluſtius teſte Sergio vſus eſt, ſed dicã vti Seneca de noĩe famas dixit, ut modeſte vſurpẽtur licẽtiæ, nec oribus ab oſu gerẽ in carmine, qa Virgilius poſuit. At tñ vt ſupra dixi, licẽtiæ ſi non vitãdæ oĩno, raro tñ ſunt vſurpandæ, ne peſſimo affectatiõis vitio notemur, & illos antiq̃s ſi quid peccauerĩt excuſat auctoritas et vetuſtas, tu ex ignorãtia, vel affectatiõe iudicaris peccare. Nam cũ Caſtritius rhetor, vt eſt apud Gel. in x. quẽdã in Graccho emẽdaret, Ita tandẽ hæc in-

quit admonui, nō ut C. Graccho vitio darē. Dij enī mentē meliorē mihi. Nam si quicq̄ in tā fortis facīdiq̄ viro vitij uel erroris esse dici pōt, id omne & auctoritas eius exhausit, & vetustas cōsumpsit, q̄ si hęc q̄ supra dixi de licētijs auctorū notētur, excusabis Laurentiū Vallā multis in locis, in q̄bus a recētioribꝰ impugnat. Nam cū Valla plus q̄ semel protestet̄ se loquí de vsu nō abusu auctorū, illi si possunt vnū auctorē contra hūc adducere, mox clamant turpiter errasse, nō consyderātes quę modo pluribus dixi de abusu & licētia scriptorū, non tñ nego q̄n interdū contra multorū vsum loquat̄, quē ego reprehēdi in cōmentarijs. Q̄ aliquotiēs dixerit nō esse latinū contra Antoniū Raudensem, ita enī in mēdosis legitur libellis, sed nunc cū inuectiuæ eius cōtra Antoniū emendatæ habeantur, dicit Laurentius aliquoties bene dici, licet raro apud Ciceronem reperiatur, quare reuocatum esse volo.

AD ALIVD QVAESITVM.

Prædecessor nō credo latinū, q̄a nec p̄decedere dicimus, vt supflue præpositōes ita cōsuamus, hoc aūt audituri q̄ mihi infensi sunt, quí sūt multi, solū propter hoc, q̄a sūma diligētia nitor extirpare barbariē apud germanos, & corrigo eorū barbarū sermonē, mox dicent, oh flagiciū summū, ille nouus latinus (vti dicere solēt) redarguit vocabulū in iure canonico sæpe positū, nescictes non solū a iure canonico non esse petendā latinitatē, sed Hiero. etiā non in iure canonico q̄d nondū compositū fuit, sed in sancto Paulo solœcismos discussisse, dicit enī li. ij. cōmentariorū epistolæ ad Ephesios. Nos quotiens cūq̄ solœcismos aut aliquid notamus nō apostolū pulsamus, vt maleuoli criminātur, sed magis apostoli assertores sumus, quod hebræus ab hebręis absq̄ rhetorici nitore sermōis, & verborū cōpositione, & eloquij venustate, nunq̄ ad fidē Christi totū mundū transducere valuisset, nisi euangelisasset eum nō in sapientia verbi, sed in virtute dei. sed ut reuertar ad inceptum. Quomodo dicā latine: decessor, vnde Cornelius Tacitus in vita Agricolæ. Mutianus missum ad delectos agendos Agricolā integreq̄, ac strenue versatum vicesimæ legioni tarde ad sacramentum transgressæ præposuit, vbi decessor seditiose agere narrabatur.

AD ALIVD QVAESITVM.

Sto steti sisto stiti, vt dicit Gel. li. ij. ca. xiiij. p̄sto a sto p̄stiti, vt notū est et p̄stauí, vñ Paulus iurisco. ff. de nego. ge. l. at qui. § pe. Contra quoq̄ vsuras q̄s p̄stauimꝰ, uel quas ex nr̄a pecunia p̄cipere potuimꝰ quā in aliena negocia īpēdimus seruabimꝰ negocioꝝ gestoꝝ iudicio. Resto restiti uł restaui. Prop. li. ij. elegi. Nec si pꝰ stygias aliq̄d restaueritignes. Disto distiti nō distaui, quia cessat auctoritas quantū ego memini me legisse.

AD ALIVD QVAESITVM.

Quęris vtrũ vitium & noctium gtõs plurales a noĩe vitis & noctis ſono t vel c enũciare debeas. De noie vitiũ reſpõdet Apuleius grãmaticus ſono t efferri debere, ad drñam nomis vitium, q̃d eſt a vitando, hoc idẽ obſeruari credo in gtõ noctiũ ad drñam noĩs noxiũ inter quę in pronũciatione nulla eſſet drña. Eſt tñ hæc pulchra Apuleĩ regula. T ſequenti I vocali in ſibilũ proferri quaſi ſono, s. in latinis dumtaxat dictionibus, in peregrinis ſuo ſono efferri, ergo pronũciando manet in græcis & alĩs, vt Antiochus, æmathia, tiara, necromãtia, nam μαντεία mantia quæ eſt diuinatio t habet, & ſic de ſimilibus.

AD ALIVD.

Quid ſit METropolis q̃ris & metropolitanus, an a mẽſura ciuitatũ veniãt, vt dicit Iſidorus li. viij. etymologiarũ, & eſt repetitũ. Di. xx. ca. cleros. Dico tibi, metropolis non dicit a mẽſura ciuitatũ, vt ſupra allegaui, ſed ex vi vocabuli eſt mater ciuitatis vel vrbis μητηρ enĩ mater dicit, & polis vrbs, eſt enĩ mater aliarũ vrbiũ illius diœceſis, & metropolitanꝰ, inde gubernator illius metropoleos. apd veteres metropolis dicebat vrbs ex qua Colonię deductæ fuerũt, de qua fit mẽtio. ff. de officio ꝓconſulis, nã & ſic ſe habet & habuit metropolis ad Coloniã, vt mater ad filiã Metropoles inquit ſuidas dicũtur quæcunq; ciuitates Colonias deduxerũt, latine matrices dictæ. At bone deus q̃ eſt conuenientia mẽſuræ ciuitatis cũ metropoli, nulla ꝓfecto directa quadratio? Sed dicẽt aduerſarĩ mei barbaræ & corruptæ linguæ amatores, nõne iterũ graſſatur in ſacras lras, ſed nihil mouebor illorũ baubatibus, ſacras enĩ literas humili ſtilo & parũ eleganti dicendi gñe eſſe ſcriptas & ſcribi debere teſtatur oĩs literatorũ cœtus. Cyprianus, Lactãtius, Hiero. Augu. nõne ille vltimus dicit indignũ exiſtimo, vt verba diuini Oraculi ſub regulis Donati reſtringã. Et Hiero. ad Pamachiũ, eccleſiaſtica interpretatio etiã ſi habet eloquĩ venuſtatẽ diſſimulare eã debet & fugere, vt nõ ocioſis phõrum ſcholis, pauciſq; diſcipulis, ſed vniuerſo loquatur hoĩm generi. Et adeo contẽnit, vt interp̃tantes bibliã de græco uel hebraico, ut ſignificãter proprie, & fideliter veritatẽ ſenſus exprimant, hi nõ dubitãt contẽnere regulas & proprietatẽ latini ſermonis & contra latinitatẽ loqui. Nam vt dimittã multas orõnes ſacrarum literarũ quas in cõmentarĩs nõ aliter excuſaui, Hieronymũq; earũ interp̃tem, niſi quia imitatꝰ ſit græcos cõtra latinitatis obſeruationẽ, nõne ſanguis teſte Priſcia. in v. ex cõmuni ſenſu grammaticorũ caret plurali, ſed legimus in euãgelio ſoãnis, qui non ex ſanguinibus, & in pſalmo. l. libera me de ſanguinibus deus. Itẽ in pſal. liiij. viri ſanguinũ & doloſi, ſup hęc verba dicit Aug. Expreſſit latinus interpres verbo minus latino proprietatem tñ ex græco, nam oĩes nouimus latine nõ dici ſanguines,

nec sanguina, sed sanguinē, tamen quia ita græcus posuit plurali numero non sine causa, nisi quia hoc inueniūt in prima lingua hebræa, maluit potius interpres minus latine aliquid dicere q̄ minus proprie, hæc ille. Et Cassiodorus eodē loco ita dicit sanguinibus, cōtra latinam quidē linguam numerus pluralis videtur assumptus, sed quia hoc in græcis exemplaribus continetur, translator omino laudandus est, elegit enī aliquid contra artē sœcularīū ponere, q̄ a veritate posita discrepare, minus ergo bene quidam irascuntur mihi, dum Hieronymū virum disertissimū dixerim interdū non elegāter locutū, hic enim vides hæc ab eo, & alijs scienter fieri, & vt fideliter transferat latinitatē sæpe non curare, vt supra dixi, & ego alibi bene dixi Hieronymū multum sui dissimilē in translatione, & minus elegātem quā in proprijs & suis epistolis. Attamē translatio psalmorū eius non habetur, & vtrū translatio noui instrumēti eius sit, dubitatur a multis, & doctissimis viris.

AD ALIVD.

¶ Geenna, sic enim apud græcos scribitur γεεννα sine aspiratione dicis accipi pro loco damnatorum, & quid proprie significet quæris, ad hoc tibi respondebo ex Hieronymo, ille enim dicit in interpretatione hebraicorū nominum, est vallis gratuita, & libro sexto super Ieremia, dicit vallis filiorum ennon quæ hebraice geenna dicitur, subiacet siloe fontibus, & amœnitate sui quia locus irriguꝰ est, populū prouocat ad luxuriā, quam idolorū cultus sequitur, hæc ille. Ex illa igitur luxuria cum sequatur idolorum cultus, sequitur & æterna damnatio, inde transfertur ad damnationem perpetuam.

HEXASTICHON GEORGII HERMAN CAVFFBEIrensis pro commentarijs Bebelianis.

Quem iuuat eloquij campum peragrasse virentem
Romani, & caste verba latina loqui.
Huc ades & crebro docti & monumenta diserti
Vatis Bebelij pulcher ephebe legas.
Bebelius cupiens latiam instaurare loquelam
Barbariem vanam reppulit vsq; minax.

¶ Dracones & omnes abyssi legendum in psalmo cxlviij. Dracōnes per d media longa, non tracones per t media breui.

AD PANTALEONEM LANCEOLVM VVISsenburgensem. Henricus Bebelius.

¶ Dicis tibi motam esse controuersiam a barbaris quibusdam, qui in psalmo cxlviij. tracones media breui & per t non dracones media longa et per d legendū censent dicentes. Laudate dominū de terra tra-

cones & oēs abyssi. Ego dico tibi oēs qui ita legūt somniare, alucinari & fœde errare, nulla neq; ratione, neq; auctoritate recepta suffultos, se quūtur aūt Catholiconē qui ita dicit. Traco traconis meat⁹ subterraneus, vnde quidā Terraꝝ tracones anīalia dico dracones, in psalmo dicitur cōmuniter tracōes penul. corre. Et idem. Et est draco temploꝝ, anguis aquaꝝ serpēs terræ. Cui ego pariter respondeo, mirari me vñ hæc deliramēta somniauerit, quō tam aperte contra oīm illustriū doctorū expositionē, sacram scripturā corrūpere audeat, aut q̄ est ista impietas, vt tuo ingenio indulgeas alios seducere? atq; intollerabilibus erroribus implicare? Audiamus itaq; Aug. oīm Christianoꝝ doctissimum, qui dracones legit pro animali dicens super isto verbo. Dracones circa aquā versantur, de speluncis procedūt, ferūtur in aere, concitatur propter eos aer. Vnde existis verbis potes intelligere non esse verum, ꝙ Catholicon dicit dracōes esse temploꝝ, sed potius aquosarū speluncaꝝ. De abysso idem Aug abyssi sunt speluncæ aquarū latentium vnde flumina, vnde fontes procedūt, atq; oīmis ista humida natura aquarū simul cum mari. Et isto infimo aere abyssus vel abyssi dicuntur. Vbi viuūt dracones, & laudant deū, vnde si sententia Catholiconis vera esset, tracones frustra poneretur, cū abyssi noīe oēs subterranei meatus cōtineantur. Audi & Cassiodoꝝ classicū psalmoꝝ interpretē eodem cū Augustino sentientē. Draco est sulcatus, q̄uis in modū serpentis producta nimis corporea magnitudine, qui naturali feruore succēsus, in remediū temperamēti aquosis spelūcis inhabitat, qui non humo repit, sed cū moueri placuerit volitare narratur. Abyssoꝝ vero cōsyderata ꝓfunditas vniuersos debet rōnales ad laudes dñi cōcitare. Et respice ordinē dictionis. Quia vnā substantiā de sensibilibus, alteram de insensibilibus posuit, vt dñs debeat oīm creaturaꝝ virtute laudari, hæc ille. Lectioni meæ suffragantur græci, qui ita legunt ἑρακοντες και πασαι αβυσσοι. Sed ꝙ Catholicon legit tracon traconis media breui, credo nec latinū, nec gręcū, nec hebraicū esse, sed ab eo excogitatū. At lego apud gręcos τραχων in gtō τραχωνος trachon ꝑ ch & o longū, qaω. i. o longū in gtō trachonos ꝑ longū o ut supra. Et dr̄ loc⁹ saxosus, quę oīa sunt cōtra Catholiconē. Quis igit̄ non stomachetur cū ita sacras lr̄as corrūpi cernat. Videturq; mihi esse impius parumq; fidei studiosus, qui cū potest sacras lr̄as nō vindicat ab iniuria illiteratoꝝ & eas cōtaminantiū. Solent aūt barbari dicere cū Catholicon, vel alius similis alicui⁹ erroris arguit̄, nō scripsit ex se ip̄o, habuit alium auctorē, & quem tu forsan nescis imitatus est. Sed vides hic non solū contra ethnicoꝝ verumetiā sanctorum doctoꝝ traditiōem esse erratū. Vale & me ama, noīeq; meo Valentinū elephantinū nunc

duumuirũ in vrbe vestra, vt audio saluũ esse iubeas. Ex Tubinga.

DISPVTATIO CVM FRATRE THEOLOGO EX EPIstola Bebelĩ ad Thomã Volphiũ Argentinẽsem iuniorẽ iurisconsultum, atq; præpositum Columbariensem.

¶ Cum nuper in cõuentu, seu vt cũ ipsis loquar monachis, capitulo generali fratrũ Augustinianorũ post munus oratoriũ ab vniuersitate mihi iniunctũ, quidã mecũ theologus familiarius loqueretur, deuenimus tandẽ ad poeticã, in qua me ille non reprehendendũ censuit, vnũ tñ sibi displicere dixit, qm̃ impie, vt videreť faceremus nos poetę Christiani, qui cũ haberemus stilũ theologorũ, sanctorũ patrum et sacram scripturã, quę iuxta patrẽ Augustinũ non est subiecta regulis. Donati, quæ itẽ venit & loquitur ex instinctu spiritus sancti, q̃ exquisitius et secundũ obseruationẽ gentiliũ & damnatorũ loqui cõcupiscerem⁹. Ad quod ego primũ respondi nouã mihi videri & inusitatã theologorũ dignitatẽ si solis illis barbare liceat loqui, mihi ꝙ videri theologiã inseruiť debere p̃ceptis grãmatices. Nam si latine qs vult philosopari & theologisare, vt ita loquar, qd stulti⁹ est q̃ linguã qua vteris velle corrũpere, & cõmittere ne intelligaris ab his apud qs loqueris, nemo em̃ intelliget eũ qui, pprietatẽ linguę non seruat, quã nemo vnq̃ sciẽter, ut ego credo nõ obseruauit. Priores insup fuerť gentiles græci & latini q̃ Christiani. Vnde illis etiã multo maiorẽ auctoritatẽ tribuendã existimo. p̃sertim cum ex eorũ traditione & obseruatiõe ois posteritas pendeat, & tum demũ aliquis recte loquať, si ab illorũ vsu & regulis non discrepet, nam insanũ esse puto eum qui latinitatẽ confessus, cõsulto et de idustria, nulla vrgẽte causa, ab illis dissentit. Indoctum vero si hoc ignorãtia fecerit, sed q̃ afflatu spũs sancti theologos loquí dicis. aiebã, vti nõ nego donũ esse spũs sancti quicqd pro veritate dicit, ita hęc vel alia verba ornata vel inornata ab illo ingeri nescio, hoc tñ diu⁹ Hier. classicus scriptor non videť sentire, ad Desyderiũ suum scribẽs. Aliud esse vatẽ aliud interpretẽ, ibi spiritũ ventura p̃dicere, hic eruditiõem & verborũ copiam, quę intelligat transferre, atq; idẽ inutiliter de ratione transferendi sacras literas p̃ciperet si munere spiritus sancti id cõtingeret. Mouet me insuper qd Paulus tuba euangelĩ se ip̃m hebraica & natiua q̃ gręca lingua expeditiorẽ testatur. Et idẽ testimonio eruditorũ virorũ, Petro Ioannę & alijs multo disertior, elegãtior, atq; eruditior est in stilo, adeo vt eũ sedisse ad pedes Gamalielis, atq; diligẽter apud eundem incubuisse in sacras lr̃as, non etiã parũ profuerit adiuueritq; eius inter apostolos eminentiã, subiũxit alter me scire debere si saltẽ aliquãdo legerim Augustinũ, Hieron. Cyprianũ & alios, scripturã sanctam esse simplici & ineleganti dicendi genere & scriptam & scribi debere.

Dixi mē neſcire, idq; pluſq; vno in loco eſſe teſtatū, ſed illi ſancti doctores ut etiam alibi dixi in tot nouis chriſtianorū ritibus, in tot nouis eorū cærimoniis fuiſſe coactos vt proprie et ſignificanter loquerent, neglexiſſe ſæpe & in ſcribēdo & tranſferendo cultæ latinitatis obſeruationes. Eorū tñ doctorū (Hieronymi ſcilicet Auguſtini, Ambroſij, Leonis, Cypriani, Tertuliani, Lactantij, & ſimiliū) ſtilus eſt aureus vt ita loquar & elegantiſſimus ad comparationē illorū qui nunc theologos ſe profitētur. Illorū em̄ oratio eſt grauis, reuerēda et maieſtatis plena, & ſimpliciter oībus acceſſibilis vt ait Aug. horū autem recentiorū vt ruſtica & barbarica vel potius gallica & Parhiſienſis vt Picus mirandula vocat, ita nodoſiſſimis & ſpinoſiſſimis philoſophorū & dialecticorū diſciplinis implicita, ita inuolucris & enigmatis intricata, vt ſphingos interpretatiōe vel Delio aliquo enarratore indigeret, qua in re ſola eſt culpa dialectica, qua vt dicit Hiero. theologia opus non habet, illius ip̄ius in quā dialecticæ ſtilus cum ſit barbarus, ſiccus, ieiunus, protitus & diſtortus, atq; adeo obſcurus (vt Ariſtoteles alioqui eloquētiſſimus aliquando gloriatus ſit apud Alexandrū magnū phyſicā ab ſe editam neminē eſſe ſatis intellecturū) facit, ut theologi illi qui ſpeculatiui vt ita loquar dicuntur, cum ſint maximi dialectici atq; philoſophi, fiant etiam & loquantur barbare, ineleganter & obſcuriſſime. Ad hoc ille, Sunt & hodie theologi multi eloquētia & terſioribus literis etiam poetas prouocantes, libere cōcedo dixi, noſco ego nō nullos, noſco item alios ſummos poetarum inimicos, qui cū ſint barbari, & inuenuſti, nihilominus cū publicas aliq̄ cogunt habere oratiōes in corona literatorū ſummis conatibus lauticias, veneres & elegantiā verborum conſectātur, ſed quia nulla vnq̄ inſtitutione rhetorica imbuti tortuoſas faciunt & ſalebroſas atq; incōcinnas orationes. Sed vt tibi ad inſtitutū tuum reſpondeā pater reuerende, ſunt & theologi eloquentes, hicq; plurimi, Character em̄ & ſtilus theologorū vt vocāt ſpeculatiuorum, vt puta Alberti magni ſueui, Thomę, Scoti, Occam, Egidij romani, Alexandri de hales, Holckot, Georgij Ariminenſis, & ſimiliū eſt oīno protritus & ab oīmi veteris eloquentię vmbra alieniſſimus, quē in eorū illi diſputatiōibus & q̄ſtionibus imitantur, ſed vt intellīgas dixi fauere me theologis, nō poſſum probare immo ſatyrico remorſu Hermolaū Barbarum alioqui doctū taxandū exiſtimo, qui cōtra theologos teutonicos ita tamq; amarulenter ad Ioannē Picū inuehitur, dicens. nec em̄ inter auctores latinæ linguæ numero germanos iſtos & teutonas, qui ne uiuentes quidē viuebant, ne dū vt extincti viuāt, aut ſi viuūt, viuūt in pœnā & contumeliā. Appellātur em̄ vulgo ſordidi, rudes, inculti, barbari, hæc ille. Ego vero non vſq; quaq;

